Digitized by Google

2.3 76

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. FRATRIS PETRI DE MVRGA,

BENEDICTINI MONACHI ÆMILIANENSIS,

ET IN CELEBERRIMO, ANTIQVISSIMO, REGIOQVE Hyrachenſi Aſceterio Profeſſi, in Curia Regia Pampilonenſi Procuratoris Generalis, ac Regij Monaſterij S. Mariæ de Hyarte Prioris Conuentualis,

QVÆSTIONES PASTORALES,

SEV DE IVRE, ET POTESTATE PAROCHI vnitarum Eccleſiarum.

TRACTATVS QVIDEM VTILIS PASTORIBVS IPSIS, eorum Vicariis, & Beneficiatis, Iudicibuſque Eccleſiaſticis; nec non & cauſarum Patronis ſcitu neceſſarius.

Addita pro coronide, DVPLICI DISQVISITIONE Canonica & Regulari: de Iure & poteſtate Prioris Conuentualis annexi, VNA. Et ALTERA. De Iure, & Poteſtate Reuerendiſſimi Generalis, & Patrum Diffinitorum Ordinis N.

In quibus plura ad ſtatum Religioſum ſpectantia: plura etiam ad forum contentioſum, & ad Titulos de Officio, & Poteſtate Iudicis Delegati, de Officio Iudicis Ordinarij, de Appellationibus, & alijs Iudicialibus. Prælatis omnibus, & Iudicibus Regularibus, & ſecularibus apprime neceſſaria, non ſolum Iuris Canonici, & Summorum Pontificum Decretis, ſed & vtriuſque Iuris Doctorum, & S. Theologiæ Interpretum doctrina ita illuſtrantur, vt ab omnibus, non ſine propria vtilitate, frequenti peruolutione, & aſpectu luſtrari mereantur.

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS COVRONNEAV, Bibliopolæ Bayonnenſis.

M. DC. LVII.

Cum approbatione Doctorum.

R. P. DOMNO MAG. F. PETRO Ab Vriz, poſt Najerenſem Præſulatum, Regij Cœnobij Hyrachenſis meritiſſimo Antiſtiti, ac eius Vniuerſitatis digniſſimo Rectori, & Cancellario: Priorique, & Conuentui ſuorum minimus filius, & ſeruus ſubiectiſſimus, Frater Petrus de Murga S. Mariæ de Hyarte Prior, ſalutem, & æternam fœlicitatem.

TRIA præcipue (Reuerendiſſime Domne) meum induxerunt, impuleruntque animum, ad hoc opus, qualecumque fuerit, elaborandum, Reuerendiſſimæque veſtræ Dominationi, Venerabiliſſimo, per illuſtri, ac obſeruantiſſimo Regij Hyrachenſis Cœnobij Aſcetarum cœtui, cui meritiſſime, magnoque non in temporalibus ſolum, ſed in ſpiritualibus ampliori præeſtis profectu, dicandum. Primum, malitia temporum, ne dicam hominum, volentium quidem iura veſtra, veſtræque Eccleſiæ, Almæ, Deiparæque Virgini Mariæ ſacratæ, arripere: quarum violentiis, quam *de Monte Lato* ſacra, & Apoſtolica quingentis fere ab hinc annis, nominauit, proclamauitque Sedes, Alexander PP. III. Anno Domini 1172. in Bulla, de qua infra quæſt. 6. num. 9.

& in fine operis apponenda. Sedere iuxta montem triſtem dicere fas eſſet, niſi eadem Apoſtolica Sedes, & Catholica Maieſtas per ſuos reſpectiue Supremos Miniſtros, illam à præfatis iniuriis, quoties ad earum auxilium implorandum accedit, ſtrenue vindicantes, ita erigerent, vt pro ea, ſuiſque Monachis, lubeat verbis Apoſtolicis vti: *quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.* Secundum eſt inſcitia iurium ſuorum, qua frequentiſſime laborant Cœnobij veſtri, non modo Præfecti, ſed & reliqui illius habitatores: De qua mirari quis non debet, cum fere ſemper aduenæ ſint, & quaſi peregrini in eo degant. Tertium denique, conſcientia mea. Cum enim ex frequenti monumentorum in ſcriniis Hyrachenſis Archiui peruolutatione, & diuturna litium Monaſterij in Regia, ac Suprema huius Regni Curia, nec non in Pontificia Diœceſana, & ex ſpeciali ſtudio meo, nonnihil præfatorum iurium, ſimul ac Sacrorum Canonum illa tuentium didicerim, repoſitum in ſudario, & abſconditum, nefas eſſe duxi. Quod vtique vel lucem videat nulli alteri, iuſtitia dictante, quam Reuerendiſſimæ veſtræ Dominationi, & Religioſiſſimo Conuentui veſtro dicare volui. Quia ex quo vinculo ſolemnis profeſſionis, me vobis obſtrinxi, ita me ipſum veſtrum mancipari ſeruum, vt non, quæ acquirerem, ſolum vobis, & Monaſterio acquirerem, iuxta vulgarem, tritamque Regulam, in iure quidem fundatam, cum dicat Innocentius Papa IV. *Seruum,*

2. Cor. 6. verſ. 10.

&

& Monachum, in eo eſſe pares, quod neuter alicuius rei dominium habeat: Sed & dominio mei, meipſum, per obedientiæ ſpoliaui votum, illudque in vos irreuocabiliter tranſtuli. Cuius certe ratione, meis operibus, prout conueniens iudicaueritis, fas eſt vobis vti. Et licet ad præſens opus, per veſtræ voluntatis intimationem, vti poteratis, me non obſtrinxeritis, me ipſum ſcienter obſtrinxi, ſciens quod perfecta obedientia, non præcepti intimationem ſpectat, ſed voluntatem potentis præcipere attendens, attente præuenit eiuſdem executionem. Accipite ergo Reuerendiſſime Domne, & ſancta Hyrachenſis Cœnobitarum Congregatio, hoc, non tam munus, quam obſequium, immo potius exiguum ſeruitium, quod vt vobis ſit placitum, & Eccleſiæ veſtræ vtile, ita ex præcordiis opto, vt nihil aliud, pro tranſitoria remuneratione, deſiderare velim. Valete in Domino ſemper, iterum dico Valete.

Inn. IV. relatus à Leſſio, de iuſt. & Iure, lib. 2. c. 4. dub. 4. n. 13. & dub. 5. n. 19.

Reuerendiſſimæ Dominationis veſtræ
humillimus in Chriſto ſeruus.

F. P. DE MVRGA.

EPISTOLA CELEBRIS IVRISCONSVLTI, In Curia Pompelonenſi cauſarum Patroni, & Fiſcalis Regij munus agentis, Licentiati Michaëlis ab Olondriz, ad Authorem operis miſſa.

BVELVO *a remitir a V. Paternidad ſu libro de Queſtiones Paſtorales, derechos y poder del Parocho de las Ygleſias vnidas. Hele viſto, y leydo con particular atencion, y no pequeño guſto de allarle tan bien trauajado: y ſu doctrina no menos fundada en el Derecho Canonico, que apoyada con la autoridad de tantos, y tan graues Doctores Iuriſconſultos, y Theologos, y Deciſiones de la Sacra Rota. El aſumpto es particular, y de pocos tratada la materia de Vnion de Beneficios, e Ygleſias, con la extenſion, textos, y doctrinas, que V. Paternidad la trata en el. Iuzgo la obra por muy vtil, no ſolo al Real Monaſterio de Hyrache por las que tiene vnidas a ſi, ſino a todos los que las tubieren: por dar Doctrina general facil de aplicar a todas: y que es merezedora de ſalir a luz. Eſte es mi ſentir. V. Paternidad goze el logro de ſus deſuelos, que eſpero: Y guarde Dios ſu perſona como le ſuplico. Pamplona, y Iunio 30. de 1656.*

Veſa la mano de V. Paternidad.

El licentiado MIGVEL DE OLENDRIZ.

Cenſura

Cenſura celebris Iuriſconſulti licentiati D. Ioannis Montero ab Eſpinoſa, in Curia Regia Pompelonenſi cauſarum Patroni.

HE leydo la Diſquiſicion Paſtoral, Canoniça y Regular del Reuerendo Padre Fray PEDRO DE MURGA, Religioſo en el Real Conuento de Hyrache, y he admirado ſu grande doctrina, y comprehenſion de materias en tan breue Epilogo de aſumpto tan eſteril: con que acredita bien lo que dixo Sidonio Apolinar, *lib.* 8. *Epiſtol.* 10. *Moris eſt eloquentibus viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus, & illic ſtylum peritum quaſi quendam fœcundi pectoris vomerem figere, vbi materiæ ſterilis argumentum vel arida ceſpidis macri gleba ieiunat.* Trae conſigo la mayor recomendacion, que ſe le puede dar, por el Author, y por lo ſingular de la comprehenſion de tan grandes noticias: Y a ſi poco tiene que hazer en ſu a la banza el artificio de la oracion: que no neceſitan de ella los que reſplandeçen con luz propria, y ſon conoçidos por la excelençia de ſu virtud y doctrina. *Longo orationis ambitu commendentur incogniti* (Dijo Simacho) *probitate, & honeſtate pollentibus viris nihil aliena addit oratio, ſua enim luce conſpicui precarijs teſtimonijs non iuuantur.* Salga pues a la luz publica, que es muy digna eſta pluma de ponerſe entre las demas de la fama. Aſſi lo juzgo en Pamplona a 17. de Iulio de 1656.

Licenciado Don Ioan de Montero de Eſpinoſa.

Cenſura

Cenſura R.admodum Magiſtri P. Dominici de Caſanoua Societatis Ieſu in Collegio Pompelonenſi Sacræ Theologiæ Profeſſoris.

DIſquiſitio Paſtoralis, Canonica, & Regularis, de iure, & Poteſtate Prioris Conuentualis annexi, authore Reuerẽdo admodum Patre Fratre Petro de Murga Benedictino, Sanctæ Mariæ de Hyarte Priore Conuentuali, quàm ſedulò, ac iocunde, auidiuſque perlegi, viſa mihi omnino fuit cunctis numeris abſoluta. Firmant enim eam ac communiunt cum erudite ac vbertim accerſita hinc inde authoritatis pondus: tum & ſolidum, ac ſibi conſtans ex opulenta authoris ſapientiæ penu deprompta rationis fulcimentum. Cohæret vero pulchre inſcriptioni opus, niſi quod forte quæ nuncupatur Diſquiſitio à fauſto inſumptæ lucubrationis exitu, veritatis conſecutio ſatius videatur appellanda. Paſtoralem autem porrigit eruditus Author Virgam Præſulibus iurium gemmis regendis ſubditis oculatam: haud ſecius, quin & longe vtilius, quam Patriarchis recens inauguratis virgam donare auream graphice margaritis ornatam Imperatores olim aſſueuerant. Nec vero refugit excoctiſſima hæc Diſquiſitio difficultatum ſalebras pleriſque aliis inacceſſas; quin & potius fœliciter init, vt ad plana redigat. Pulchra præterea methodo, nihil ea ordinatius. Tantus vero ipſi pelluciditatis nitor, vt non tam nigro atramenti colore, quam ſolaribus radiis dici valeat exarata. Quamobrem celerius feſtinandum, vt ſplendidum iſtud opus priuatum eſſe deſinens, commune, ac publicum, in eximium regularis obſeruantiæ, ac Reipublicæ litterariæ bonum, quamtocyus fiat. Sic nimirum cenſeo in Collegio Societatis Ieſu Pompelonenſi die 30. Septembris anno 1656.

Phranzeſius lib. 3. Chronici, c. 19.

Dominicus de Caſanoua Societatis
Ieſu Theologiæ Profeſſor.

Cenſura

Cenſura R. P. Andreæ Salo Societatis Ieſu, in Collegio Pampilonenſi Philoſophiæ Cathedram regentis.

PErlegi ſedulo, ac ſedula ſapientum omnium lectione dignam cenſui Diſquiſitionem iſtam Paſtoralem de Iure, & Poteſtate Prioris Conuentualis annexi, ſapienter inſtitutam, & fœliciter abſolutam ab admodum Reuerendiſſimo Patre Fratre Petro de Murga, magnæ ſtirpis Benedictinæ haud degeneri prole, Sanctæ Mariæ de Hyarte Priore Conuentuali. Nimirum fatale eſt inclytæ illi familiæ Sanctioris paſtoritij lora & regere egregie, & regendi normam aliis tradere. Vtrumque luculenter præſtat operis iſtius Author, vtrinque æque laudandus, ni forte & laudabilior poſteriori illo nomine, quo pluribus, & diutius eſt hac ratione profuturus. Ideo nempe, vt ſcribit Vegetius: *Cato ille maior, cum & armis inuictus eſſet, & Conſul exercitum ſæpe duxiſſet, plus ſe Reipublicæ credidit profuturum ſi diſciplinam militarem conferret in litteras. Nam vnius ætatis ſunt res quæ fortiter fiunt, quæ vero pro vtilitate Reipublicæ ſcribuntur, æterna ſunt.* Quid ni vero publicæ vtilitati, adeoque æternitati ſcripſiſſe dicatur Author, qui prouinciam tam parum tritam, quam non paucis peragrandam ita illuſtrauit, vt prorſus omne punctum tuliſſe videatur, ſiue iuris ſcita appoſite ducta, ſiue rationum momenta ſubtiliter contorta, ſiue ſtilum inſpicias Opere, & Authore dignum, grauem ſcilicet, & idoneum, nec ſordibus deiectum, nec fuco, & calamiſtris leuem: ſiue denique (quod tamen caput eſſe potuit) breuitatem exquiras cum copia, & claritate raro connubio ſociatam. Quare opus communi luce, ac laude dignum exiſtimaui. Ita cenſeo, ex hoc noſtro Pampilonenſi Virginis Annunciatæ Collegio 9. Octobris, 1656.

Veget. lib. 3. de arte Militari.

Andreas Salus Societatis Ieſu
Philoſophiæ Profeſſor.

Cenſura R. admodum, & præſtantiſſimi Theologi, P. Ludouici Diaz de Morentin è Societate Ieſu.

† Lib. 6. Epiſtolar.

SVM *ex ÿs, qui mirer antiquos* (Iunioris Plinij periodum exhibeo) *non tamen vt quidam noſtrorum temporum ingenia deſpicio, neque enim quaſi laſſa & effæta natura nihil iam laudabile parit.* Prorſus ita eſt; nam quæ nupera commendo, videntur antiqua: vigent enim, quaſi recens natura profuderit. Opus inſcribitur *Diſquiſitio Paſtoralis Canonica, & Regularis de Iure, & Poteſtate Prioris annexi.* Author Reuer. Pater F. PETRVS DE MVRGA, Prior Conuentualis de Hyarte, Monachus Benedictinus. Illud auide legi, quia me lectio cœpit, licet aliò me ſolicitudo vocaret. Etenim tenuit eruditionis vbertas, ingenij induſtria lactauit, allexit ipſa ſtyli ſimplicitas, quia ſicut officit fucus, ita ſuus color ſufficit veritati. Laborem miraberis, quia quæ diſperſa erant, colligit in faſciculum, vt offerat ſine labore delicias. Quæ neglecta iacebant, ſtudioſè erigit, vt nouo flore renata videantur. Quæ minus fortia inuenit, tam fortiter adſtruit, vt fruſtra congreſſio repugnet. Atque adeo quæ ad veterum exemplar ſcripſit, tam bene, vt quandoque eſſe poſſint futuris exemplar. Nec ſolum veſtigat antiqua, ſed ita noua producit, vt merito verba Cordubenſis vſurpet. *Permitto mihi, & inuenire aliquid, & mutare, & relinquere: non ſeruio prioribus, ſed aſſentior.* Quæ tamen, ita ſingula munit, vt impleat omnia. Nec ſua ſolum implet, ſed euacuat aliena. Quod quia maius exigit plus laudis adquirit. Rationes, quibus ſua, aut aliena ſententia nititur, ab origine, cauſiſque primis repetit, diſcernit, expendit. Vtrimque perſpicuè proponit, diſputat ſubtiliter, colligit fortiter, grauiter ornat. Tamen iudicij libra ita recta, & ſincera, vt ſuis momentis ſtet, donec quò veritatis propendeat examen, ſponte ſuffragium inclinet. Propterea vnum promiſſio firmet, nihil humile offendet, nihil ſordidum ocurret, quin quia eminent, plura placebunt. Tandem gemma Caſſiodori ſubſigno, qui Benedictinus Benedictino, eiuſque ſplendide familiæ præſagiſſe videtur. *Neque enim fieri poterat, vt quem* (ad rem noſtram librum) *tantus Author, familia tanta produxerat, ſententia noſtra in eo corrigendum aliquid inueniret.*

Seneca Epiſt. 80

Caſſiodorus. lib. 9. Epiſt. 22

Ludouicus Diaz de Morentin, è Societate Ieſu.

Cenſura

Cenſura, & approbatio doctiſsimorum, ac celeberrimorum Iuris vtriuſque conſultorum, in Curia Maiori, ſupremoque Senatu Regio Regni Nauarræ Aduocatorum, quorum primus, & tertius, eiuſdem Regni Syndicorum munere, & officio in Comitiis Generalibus, Parlamentis, ac aliis Congregationibus Regni meritiſsime, & communi omnium plauſu funguntur.

NOs infraſcripti Iuris vtriuſque Conſulti, & in Curia Maiori, ſupremoque Senatu Regni Nauarræ Aduocati, accurate perlegimus Diſquiſitionem Iudicialem Canonicam, & Regularem, de Iure, & Poteſtate Reuerendiſſimi Generalis, & Patrum Definitorum, &c. per R. P. F. Petrum de Murga Benedictinum Monachum, & Priorem S. Mariæ de Hyarte elaboratam. Nihil in ea vlli Iuri, aut communi Doctorum placito diſſonum; ſed omnia conſona aduertimus. Et ideo libenter ſubſcribimus. Pompilonæ, die 22. Ianuarij, Anni 1657.

El licenciado Azpilcueta. El licenciado Miguel de Olendriz.
El licenciado Loya. El licenciado Arizaga.
Licenciado D. Ioan Montero de Eſpinoſa.

Facultas Reuerendiſſimi Patris Generalis.

MAgiſter F. Bernardus Hontiberenſis Benedictinæ familiæ per Hiſpaniam, & Angliam Generalis, librum cui titulus eſt *Diſquiſitiones Paſtorales, ſeu de iure Parochi Eccleſiarum vnitarum*, ab egregio Patre Concionatore F. PETRO DE MVRGA elaboratum, quoniam grauium noſtræ familiæ, doctorumque hominum iudició approbatum comperimus, typis mandari, quoad nos pertinet, libenter annuimus. In cuius fidem has litteras noſtra manu firmatas, ſigilloque noſtri officij munitas dedimus apud S. Andream de Eſpinareda, 3. Calend. Decemb. anno Domini 1656.

Locus ✠ Sigilli.

Magiſter F. Bernardus Hontiberenſis totius Benedictinæ Congregationis Generalis.

Ego F. Maurus Martinez Secretarius de mandato R. Patris noſtri Generalis ſubſcripſi.

Cenſura, & approbatio pro Ordine, per R.admodum P. ac doctiſsimum Magiſtrum F. Petrum de Bergaño in Vniuerſitate Hyrachenſi Regentem, & Primariæ Sacræ Theologiæ Cathedræ, digniſsimum Moderatorem, de commiſsione ſpeciali Reuerendiſsimi Generalis facta.

EX commiſſione, & mandato Reuerendiſſimi Patris Noſtri Magiſtri F. Bernardi de Hontiberos, totius Benedictinæ Congregationis Generalis emeriti, & apud Ouetenſem Academiam Primariæ Cathedræ iam Iubilati, Moderatoris ſupremi, &c. librum hunc, cuius inſcriptio hæc, *Diſquiſitiones Paſtorales, ſeu de iure & poteſtate Parochi vnitarum*, à Reuerendiſſimo P. F. Petro de Murga Benedictino, & nuncupatiſſimæ huius Regalis Hyrachẽſis Vniuerſitatis addictiſſima prole, ac Sanctæ Mariæ de Hyarte Conuentuali Priore: in communem Parochorum vſum, ſingulareque Eccleſiarum eis vnitarum tutamen, ſolerti elucubratione editum, & ſummo exaratum labore, quo proprius dedit, euolui conatu, attentione vidi, voluptate legi, vtilitate perlegi. Opus plane abſolutiſſimum, ſuiſque numeris conſtans: in quo inoffenſo pede, & abſque erroris periculi labe, non tam Catholicus, verum vtriuſque iuriſperiti, ac Sacræ Theologiæ doctiores percurrere queunt. Sic animo cenſeo. Ita namque vberi defenſione prodit ſecure tantaque Authorum in eo concinnata, mireque diſtincta apparet varietas, vt nulla alia videatur egere cenſura: nam teſte D. Ennodio, *ille exponit cenſura ſententiam ſuam, quiſquis quod elegit non tuetur.* Author autem noſter acuminis ingenti faſtigio ſingularem, & exquiſitam in rebus indagandis ſolertiam; in tradendis, facillimam methodum: in citandis Authoribus, exactiſſimam fidem. Et plane ad omnia ſtudium indefeſſum adiunxit. Et quidem quamuis ex ſe ſolæ præclaræ hæ quæſtiones prodire ſine baculo poſſent, ſemper tamen veterum firmis teſtimoniis illuſtrat: ornat dictis: placitis firmat. Vnde non abs re dicere poſſem, *omnia poma noua, & vetera lectori ſeruat, & de theſauro ſuo, ſeu ingenij conflatorio, noua, & vetera profert.* Sic enim intertexta, mireque variegata, accurateque diſpoſita contemplor

Ennod. lib. 3. Epiſt. 26

templor omnia, vt totum nouum, vetus dicam totum. Opus namque totum veterum, Sacrorum Canonum, Theologorumque dictis inſperſum ornatiſſime inuenio. Verum cum nouum robur, nouam vitam, formam, ſeriem, methodum, ac venuſtatem conſpicio, non vetera, ſed noua ſcripta dico. Non antiquorum, recentiorumve, ſed omni proprietate propria appello, & argumentoſę apis ad inſtar, ex antiquorum floribus, ex neotericorumque amœnis viretis recentia, fragrantiaq; mella proprium libauit ingenium. Quæ iam ſatis elaborata communicat. *Antiquorum certe* (verba ſunt Caſſidori) *diligentiſſimus imitator, modernorum nobiliſſimus inſtitutor.... vt noſtris temporibus videatur antiquitas innouari.* Itaq; innouatur antiquitas noſtris temporibus, veterum Authorum vno volumine innouata congerie. Duo luminaria magna ſupremus condidit Artifex, at licet luminare ſit vtrumque, vnum ab altero, non ambiguam, ſed claram lucem mutuatur, vt veluti in limpidiſſimo ſpeculo refractis radiis, nitoribuſque reflexis, maius in minori lumine picturatum ſplendeat: ſolis vt poteſt, lunę lucem abſorbens. *Luna* (inquit noſter Anſelmus) *proprium lumen non habet, ſed in modum ſpeculi à ſole illuminatur: & ideo luna quaſi lucina, ideſt à luce nata nominatur.* Et Theodoretus, *tradunt Periti lunam ex ſolis radijs lucem mutuari.* Verum cur, rogo, ſi ſe ſol lunari cryſtallo committit, vt radios lunare ſpeculum mittat, noctem luſtret, ſoliſque imaginem reproducat, non vocitatur nomine ſolis lux illa, ſed lunæ nouiter ſortitur vocabulum? aſt luna deficientes iubaris radios, huc, illucque tremula motione concuſſos, & iam per orbis vaſtitatem ſparſos, ad vnum aggregauit compendium, & in proprium curſum inconfuſe allexit; quid mirum quod propriæ, nouæque lucis præconietur encomio? Nam toto terrarum globo ſplendores diſperſos in lucidum vnum reduxit volumen. Hauſit, ebibit Author noſter ex Sacrorum Canonum, Theologorumque ſcaturientibus lymphis innatam lucem ſapientiæ, ſed quot exhauſit, tot in orbem radios immittit, in Eccleſiarum Principum, Parochorumque eis vnitarum commodum, non paruam vtilitatem; ſed quia antiquorum doctrinam (heu non ire, parua ignauia) illorum incuria, ad quos de iure ſpectat annexio, non obnubilatam tantum, ſed ferme collapſam, & innumeris errantem codicibus, & indefeſſo labore ſingularique reſtaurat ſtudio, ad vnumque aureum redigit codicem, magna in orbe nouitate lucebit: dum ſingulariter dubia diuidit, nodos diſſoluit, tenebras fu-

Caſſiod. Variarũ ll. in præfatione.

Geneſis cap. 1.

D. Anſelm. de Imagine mundi, lib. 1. cap. 23.

Theod. in Cant. lib. 4.

gat, & plane in arduis claritudinem monſtrat. Ita tamen diſponit, vt non alij legantur, ſed cæteri, vt patroni allegentur, vt quod eſt iam ſuum, prælo dedat. Vnde non ſolum interpres, ſed Author, quia non quod vigilia dedit, memoriæ mandauit, ſed generoſe

Seneca Epiſt. 33. poſteritati relinquit *Omnes itaque iſtos* (querebatur Stoicus de quibuſdam ſui temporis aſſeclis) *numquam Authores, ſemper interpretes ſub aliena luna latentes, nihil puto habere generoſi. Numquam auſos aliquando facere, quod diu didicerant.* Habebunt ergo ex his lucubrationibus ſubtiliſſimis Principes, & Eccleſiarum Parochi methodum, debitamque reducendi formam ad proprias, & matrices, annexas Eccleſias: ſimulque intelligent, quomodo ſe circa intortos litium nodos gerant: quidque pro illis in ipſarum vtilitatem eligant, per quod non paucæ ſedantur lites, & maximis, quibus laborant lugentes diſpendiis Eccleſiæ: magna ex parte reſarcire quibunt. Quare non ſolum in communem lucem prodeundi facultatem tot ſudores efflagitant, verum vt in tantam vtilitatem edantur, ad præceptum cogunt. Sic vt cenſui, iterum libens cenſeo in hac alma Vniuerſitate Hyrachenſi Nonis Nouembris, Anno à Natiuitate Domini 1656.

Magiſter F. Petrus de Bergaño.

APPROBATIO.

QVæſtiones Paſtorales Reuerendiſſimi P. Petri de Murga, ſatis ſuperque à viris probatiſſimis, & in omnibus diſciplinis verſatiſſimis examinatas, tandemque à nobis Theologis Pariſienſibus diſcuſſas, prælo committendas vt perutiles iudicauimus hac die 5. Iunij 1657. Lugduni.

Fr. Ioannes Robé Ordinis Prædicatorum.

F. Alexander Richard Prior Conuentus Lugdunenſis Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Index

Index Quæſtionum principalium, quæ in hoc opere exactè diſcutiuntur.

PARS PRIMA.

QVÆST. I. Qvid ſit Beneficium? p.3

II. Quotuplex ſit Beneficium? p.5

III. Quot modis Beneficium acquiratur? p.43

PARS SECVNDA.

QVÆST. I. Qvid ſit Vnio? p.59

II. Quotuplex ſit Vnio? p.60

III. Quæ ſint cauſæ efficientes Vnionis? p.73

IV. Quæ cauſæ finales? p.79

V. Quæ conditiones ad Vnionis requirantur validitatem? p.80

VI. Qui ſint Vnionis effectus? p.83

VII. Quot modis valeat Vnio probari? p.92

PARS TERTIA.

QVÆST. I. Vtrum baptizare Parochianos ſuos ſit proprij Parochi ius? p.96

II. Vtrum Parochianus teneatur ſuo Parocho ſemel in anno omnia ſua peccata confiteri, ita vt alias illius ius violet, & confeſſio ſit nulla? p.99

III. Vtrum Sacræ Euchariſtiæ miniſtratio ad Parochum ſolum ſpectet? p.103

IV. Vtrum ius Parochi ſit, vt Parochiani Miſſæ Sacroſancto Sacrificio, diebus feſtis, in Parochiali aſſiſtant Eccleſia? p.109

V. Vtrum extreme vngere pertineat ad Parochum? p.112

VI. Vtrum Parochiani, in abſentia proprij Parochi, valeant Matrimonium celebrare coram alio, aut benedictionem nuptialem ab vllo alio accipere? p.115

VII. Vtrum ius Parochi ſit Parochianorum cadauera Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ? p.119

VIII. Vtrum decimarum, oblationum, & Canonicæ portionis perceptio, inter iura Parochi veniat numeranda? p.121

IX. Vtrum ad Parochialia iura pertineat quod vnicus ſit pro qualibet Parochiali Eccleſia Parochus. p.125

X. Vtrum curam nomine proprio, & non alieno exercere, ad iura Parochi pertineat? p.127

XI. Vtrum

XI. Vtrum limitatio territorij ſit de iuribus Parochi? p.129
XII. Vtrum Cura perpetua, & non ad tempus ad iura Parochi ſpectet. p.130
XIII. Vtrum ſit Parochi ius, celebrare in ſua Parochia volentibus, neceſſaria ad Sacrificium miniſtrare? p.134
XIV. Vtrum munus ſit, & ius Parochi, quod ipſe, & non alius, niſi de eius licentia debeat in ſua Parochia, aut poſſit Sacram facere Concionem? p.139
XV. Vtrum præcedentia ſit Parochi ius? p.147
XVI. Vtrum Parocho competat Domus ſuæ Parochiæ in hebdomada Sancta benedicere? p.149
XVII. Vtrum ſit Parochi ius, poſſe ſuam poteſtatem delegare, & Vicarium deputare? p.150
XVIII. Vtrum omnia iura in præcedentibus quęſtionibus recenſita, ſint ad conſtituendum Parochum eſſentialia; an vero aliqua eorum, & quænam illa ſint? p.157

PARS QVARTA.

QVÆST. I. Quis ſit verus, & proprius Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia Parochus? p.159
II. Vtrum Domnus Abbas Hyrachenſis ſit verus, & proprius Parochus de Luquin, & Vrbiola? p.219
III. Quis ſit verus Parochus loci de Ayegui, & quæ eius Parochialis Eccleſia? p.233
IV. Quis ſit proprius Parochus loci de Lete? p.244
V. Quis ſit Parochus S. Saluatoris ab Oteyza? p.251
VI. Quis ſit Parochus Eccleſiarum de Arbeiza, Biloria, & Zubielqui? p.260
VII. Quis ſit Eccleſiæ de Vgar Parochus? p.268
VIII. Quis Eccleſiæ ab Arizala Parochus ſit? p.277
IX. Quis ſit Parochus Eccleſiæ S. Ioan. de Stella? p.284

DIQVISITIO PASTORALIS.

PEnes quem Cura animarum Regularium in Filiationibus Monaſteriorum principalium Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum degentium reſideat? p.3
DISQVISITIO IVDICIALIS Canonica, & Regularis, de Iure & Poteſtate Reuerendiſſimi Generalis, & Definitorum eiuſdem Ordinis. p.66

Aliæ non paucæ difficultates in hoc opere dilucidantur, quarum materias, & reſolutiones facile quibit ſtudioſus lector ex Repertorio ad calcem huius voluminis appoſito.

R.P.

R. P. F. PETRI DE MVRGA, BENEDICTINI, HISPANI, Quæſtiones Paſtorales.

PROOEMIVM.

Mens aperitur Authoris, & opus hoc diuiditur.

CVM hoc opus eo ſuſceperim perficiendum animo, vt iura, & poteſtas, quibus Prælatus Beneficij pollet vniti, dilucidentur, omnibuſque nota, ac perſpicua reddantur, opere pretium duxi illud ſic diſponere, vt primo nonnulla de re beneficiaria, ſcitu digna, & pro huius operis exacta intelligentia, apprimè vtilia, pariter, ac neceſſaria, diſcuterem. Secundò, materiam vnionis veluti præcipuum fundamentum huius tractatus fundamentaliter libuit, vt fas eſt, pertractare. Deinde frequentiora Parochi iura, in iure quidem fundata Canonico, & in communi Eccleſiæ vſu, recenſerem. Et vt illa in praxim reduci

benè, à Prælato vnitarum Eccleſiarum, valeant, nonnullas tandem, diſquirere quæſtiones in ſpecie decreui, in quibus dilucidetur, quid iuris, in dictis habeat Eccleſiis, ratione annexionis. Sed quia varij reperiuntur vniendi modi, variéque vniones Eccleſiarum probari valeant, varias conſulto excitare, dilucidaréque duxi quæſtiones, in quibus varia annexionum monumenta, in medium afferam, quibus diſcuſſis, facilè quis valeat, de qualibet alia vnione verum proferre iudicium. In eis, ideò de iuribus Hyrachenſis Cœnobij diſquirere malui, quia chariora mihi, pariter ac notiora, ob frequentem monumentorum eius inſpectionem, & litium eadem in re exercitationem. Diuidam igitur opus in quatuor partes. In prima de natura, & diuiſione agam Beneficij, & de modis, quibus illud acquiritur. In ſecunda, naturam diuiſionémque Vnionis, qua potuero diligentia diſcutiam: de illius cauſis, & effectibus, & conditionibus, ac de modis illam probandi, omni extenſione tractabo. In tertia decem, & octo quæſtionibus iura Parochialia diſcutiam. In quarta, nouem proponam quæſtiones in quibus dilucidabo quis ſit proprius, & verus Parochus Eccleſiarum Monaſterio Hyrachenſi vnitarum: An Abbas, & Conuentus illius; an verò Vicarij dictarum Eccleſiarum? Et addita pro coronide, diſquiſitione Canonica, & Regulari, de iure, & poteſtate Priorum annexorum Monaſteriis principalibus Congregationis noſtræ Benedictinæ Hiſpanæ, finem, operi imponam, cum appendice plurium Sacræ Rotæ Romanæ

Romanæ deciſionum, illud nòn parum firmantium, pariter ac exornantium.

PARS PRIMA.

In qua agitur de natura, & diuiſione Beneficij in communi, & de modis quibus acquiritur.

Tres quæſtiones continet.

I. QVÆST. *Quid ſit Beneficium?*
II. QVÆST. *Quotuplex ſit Beneficium?*
III. QVÆST. *Quot modis Beneficium acquiratur?*

QVÆRITVR PRIMO.

Quid ſit Beneficium?

1. MVLTA ſolent à Doctoribus, pro illuſtranda reſolutione huius quæſtionis afferri; illis autem me ſufficienter expediam, ſi tantum, quæ ad explicandam Beneficij Eccleſiaſtici naturam, (de hoc enim, & non de alio, in præſenti tractatu diſcutiendum occurrit,) in medium proferam. Non enim intendo, quantitate molis, vel foliorum, magnificare volumen; ſed quanta poſſim quantitate virtutis, doctrina ſcilicet ad tractatus huius perfectionem præcisè neceſſaria, exornare.

2. Reſpondeo igitur, Beneficium in communi definiri per hoc, quod ſit *ius percipiendi Eccleſiaſticos fructus, propter officium ſpirituale.* Ita Gabr. Vaſq. *Opuſculo de Benef. cap.* 1. *dub. vltim.* Coincidunt definitiones, quas tradunt Ferdin. Caſtrus Palaus, *part.* 1. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 1. *num.* 1. Caſpenſis, *tom.* 2. *tract.* 18. *ſect.* 2. *num.* 10. Noctinot, verbo, *Beneficium, n.* 1. & alij.

3. Quæ tamen definitio bona eſt, ſi illi addatur, quod ius ſit perpetuum, & quod officium ſpirituale, ſit Eccleſiaſtica auctoritate conſtitutum. Quare melius diffinitur Beneficium à noſtro Gregorio Sayr. *lib.* 4. *de cenſ. cap* 6. *num.* 1. à Paulo Layman, *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Eligio Baſſæo, verbo, *Beneficium*, 1. *num.* 1. Leonardo Leſſio *tom. de iuſtit. & iure, lib.* 2. *cap.* 34. *dubio* 1. *num.* 1. Thoma Delbene, *de immunitate Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 4 *diſp.* 3. *num* 2. Lezana,

*in Summ. qq. Regul. tom.2. cap.*18. *num.*1. & aliis, dicentibus. *Beneficium eſt ius perpetuum percipiendi redditus ex bonis Eccleſiæ, ratione ſpiritualis officij, Eccleſiaſtica auctoritate conſtituti.* Quia Vicarius temporalis, qui beneficiarius non eſt, vt docet Leſſ. *n.*3. percipit fructus Eccleſiaſticos ratione ſpiritualis officij. Perpetuitas enim qualitas eſt beneficij propria, etiam in ſententia Caſtri Palai *puncto* 1. *num.7. & punct.2. num.*4. aſſerentis Vicarium temporalem non eſſe beneficiarium.

4. Per illa verba: *Ius perpetuum*, excluduntur Commenda, & Vicaria, quę in titulum perpetuum non datur, vt beneficij naturam non ſortiantur; non tamen excluduntur beneficia Regularia ex eo, quod ad tempus limitatum, v. g. ad quadriennium, aut ad triennium conferantur: nec manualia quidem, ex eo quod pro libito Superioris auferri poſſint, quia perpetuitas intelligitur ſecundùm aptitudinem. Non enim dicitur beneficium perpetuum, quia auferri non poſſit, vt benè notat Leſſius *num.*3. Sed quia inſtitutum eſt, vt ſemper duret, vtque dum vni aufertur, alteri conferatur; quod non contingit in Penſionibus, quare beneficia non dicuntur. Quod autem beneficium pro libito auferri poſſit, ex eo eſt, quod is, qui beneficium habet, ſubiectus ſit Superiori, quoad vitæ ſuæ totam directionem. Ita Rota *in vna Sabinen. Archipresbyteratus*, 27. *Decemb. de anno* 1600. coram Coccino Decano, *num.6. & ſeqq.* quam infra habes, à 32. *Quia beneficia* (inquit) *Regularia aptitudine ſunt perpetua, niſi ſi ea obtinentes amoueantur. Et de his iudicatur vt de perpetuis, prout ſunt de ſui natura, cum conferantur in titulum, & poſſint impetrari, licèt obtinentes potius ratione obedientiæ, & ex vi profeſſionis, quam ex natura beneficij poſſint remoueri ad nutum Abbatis, qui poteſt etiam non remouere.* Hæc Rota.

Quocirca dixit Palaus, *citat. punct.*1. *num.*5. ſufficere perpetuitatem in ipſo beneficio, tametſi non ſit in beneficiario: ſi enim Prælati authoritate erectum ſit, & inſtitutum ius aliquod ſpirituale perpetuum percipiendi fructus ex bonis Eccleſiæ, beneficium erit, eſto illud habens, non perpetuo habeat, ſed pro voluntate Superioris. Nam hæc dependentia à voluntate Superioris, non mutat ius ſpirituale percipiendi fructus, cum ob officium ſpirituale detur. Ergo neque beneficij naturam. Item, ex remotione talis beneficij à beneficiario, non periit beneficium, ſed vacat. Ergo beneficium de ſe perpetuum eſt. Ergo hæc perpetuitas ſufficit. 5.

Adde. Quoties alicui beneficium confertur abſque temporis limitatione, in perpetuum confertur 6.

tur ex ſe, ſiquidem in perpetuum durare poteſt: cui perpetuitati non obeſt Superioris authoritas auferendi cum maluerit, vt probat text. in capite, *Clericus*, *de cohabitat. Cleric.* & gloſſ. ibi verb. *perpetuum*, & *L. Iuriſperit. ff. de excuſat. tutor.* & *L. Sufficit*, *de Condit. indebiti*, & tradit Nicol. Garc. *tract. de benefic. part.* 1. *c.* 2. Perez de Lara, *de Capel. lib.* 2. *c.*... *à num*.... Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. & iure*, *cap.* 34. *dub.* 1. *num.* 1. Azor *in inſtitut mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quæſt.* 12. Ergo ad rationem beneficij non requiritur, vt beneficiarius perpetuo, & irreuocabiliter illud habere debeat, ſufficit ſi ipſum beneficium de ſe ita perpetuum ſit, vt ſublatum ab vno, alteri ſit conferendum. Hæc omnia Palaus.

7. Dicitur in definitione: *ratione ſpiritualis officij*: non enim ſufficit ad conſtituendum beneficium Eccleſiaſticum, vt ſit ius ad fructus, ratione qualiſcumque officij; ſed officij ſpiritualis, iuſta de cauſa ab Eccleſia impoſiti, vt benè adnotauit Antonius Granna, *in Catena Iurium*, *tom.* 2. *tit.* 5. ad caput, *Significatum*, el onceno, numero 2. *de Præbendis*, *& dignitatibus*, quale eſt onus Miſſam Beatæ Mariæ, quotidie celebrandi, in dicto capite, *Significatum*, expreſſum: diuinum officium recitandi, reſidendi, & alia huiuſmodi.

8. *Eccleſiaſtica auctoritate conſtituti*, dicitur: quia ſi Eccleſiaſtica auctoritate erectum non eſt officium, vel ſaltim confirmatum, beneficium Eccleſiaſticum minimè cenſetur, vti colligunt Doctores ex Canon. *Nemo*, el noueno, *de conſecr. diſtinct.* 1. & ratio eſt, quia ſolius Prælati eſt officia inſtituere, & diſpicere quot, & qualibus miniſtris Eccleſia opus habeat; aliàs magna eſſet confuſio, & inordinatio in Eccleſiaſtica Republica, inordinatéque Deo obſequium publicum ſolueretur.

QVÆRITVR II.

Quotuplex Beneficium ſit?

DIVISIO PRIMA.

Cognita iam Beneficij Eccleſiaſtici natura, occurrit nobis ſecundo loco diſcutiendum dubium propoſitum, quo non me ita breuiter expediam, quia eius materia latiorem expoſtulat diſquiſitionem. Reſpondeo igitur, Beneficium Eccleſiaſticum multipliciter diuidi. Prima illius diuiſio eſt, in beneficium *ſæculare*, & *regulare*. Quæ colligitur ex capite *Poſſeſſiones*, el decimo, *de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Vbi duo ſtatuuntur. Primum: Poſſeſſiones ad menſam Archiepiſcopi, vel Capituli, attinentes, alienari non debere. Secundum. *Nec Eccleſias in quibus Monachi miniſtrare conſueuerunt, Clericis, vel laicis aſſignare.* Ex capite etiam. *Cum de beneficio*, 1.

el 5. de Præbendis, & dignitatibus, in 6. vbi alia duo decernuntur. Primum. Quod cum de beneficio Eccleſiaſtico conſueto Clericis ſæcularibus aſſignari prouideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab vno, vel pluribus ſæcularibus Clericis inſtitutis in eo Rectoribus extitit continuè, ac pacificè gubernatum, vt præſcriptio legitima ſit completa, etiam ſi ante, vel pòſt Religioſi quandóque miniſtrauerint in eodem. Secundum. Quod quando ſcribitur vt prouideatur de aliquo Prioratu alicui Clerico ſæculari, prouideri non poſſit de Prioratu, qui per Religioſos (iuxta modum præmiſſum,) eſt ſolitus gubernari; niſi hoc in litteris caueatur expreſsè. Colligitur etiam ex capite, *Cùm ſingula, § Prohibemus, el 32. eodem tit. & lib.6.* vbi Bonifacius Papa Octauus prohibet ne Prioratus, vel Eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſiue officia vnius Monaſterij conſueta per eiuſdem Monachos gubernari, committantur abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ alterius Monaſterij Monachis gubernanda, nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem: ſed per eos ad quos pertinent, liberè ordinentur. Et rationem reddit. *Cum illis non liceat* (ait) *habere locum in diuerſis Monaſteriis, quorum vnum ab alio non dependet*, &c. quod à fortiori intelligi debet de beneficiis ſæcularibus, ne ſcilicet gubernentur à Regularibus, & de Regularibus ne à ſæcularibus Clericis poſſideantur. Vnde ortum habuit illud vulgare proloquium: *Beneficia ſæcularia ſæcularibus: regularia Regularibus conferenda eſſe.* Quod etiam expreſsè *in Clem. Quia Regulares*, vnica *de ſupplenda negligen. Prælat.* Fieri præcipitur. De hac diuiſ. Vide Viuian. *prax. Iuriſpatr. par.1. lib.1. cap.1. num.79. & ſeqq.* Beneficium igitur ſæculare dicitur, quod Clerico ſæculari ſolet in titulum conferri, non attento an Collator ſit ſæcularis, vel regularis. Rota *in Montis Caſsinen. Parochialis*, 8. *Febr.* 1648. coram Bichio, ex Felin. *cap. In noſtra ſub nu.*44. *de reſcript.* Gonz. *ad Reg.*8. *Cancell. gloſſ.*8. *num.*38. & Lotther. *de re benefic. lib.*1. *quæſt.*34. *num.*7. Habetur apud Dianam *part. 9. folio* 403.

Beneficia igitur Regularia ea ſunt, de quibus in fundatione dictum fuit, vt per Religioſos regerentur vt docuit Palaus *part. 2. tract.* 13. *diſp.*1. *punct.*2. *num.*1. Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. part.*3. *allegat.*57. *num.*168. Petr. Gregor. *cap.*10. *Inſtitutionum rei beneficiariæ, num.*12. *fol. mihi* 49. Regularia item ſunt beneficia illa, quæ per quadraginta annos conſueta ſunt per viros Regulares regi. Colligitur ex iuribus numero præcedenti citatis, & docetur à Palao, Barboſa, & Petro Gregorio, *vbi ſuprà.* Viuian. *num.*85. ex *c. Cùm* 2.

de

de beneficio, de Præb. in 6. Lezana, *in Summ. p.*2 *cap.*18. *num.*1. Et in vniuerſum, regulare beneficium eſt, quod tantum Regularibus confertur, v. g. Abbatia Regularis, Prioratus, Canonicatus Regularis, Monachatus, vel ita annexum, vt per eos adminiſtrari debeat. Ita Leſſ. *de iuſt. & iure, lib.* 2. *c.*34. *diſp.*2. *num.*7. Elig. Baſſæus, verb *Beneficium*, 1. *num.*2. Palaus *num.*2. Rebuff. *Praxi benef. p.*1. *tit. Regularia beneficia, num.*1.

3. Ex quibus habemus, Parochialia beneficia Regularibus vnita, ſeu annexa, Regularia eſſe. Ita etiam docet Pellizar. *tom.*2. *par.*1. *tract.*8. *cap.*4. *ſect.*4. *num.*105. & *num.*113. verſ. *Addo*, & decidit Rota Sacra in vna *Parochialiſ de Stella* 14. *Decemb. de anno* 1598. coram Cardin. Seraphino *la* 1304. & per tres ſententias definitiuas executoriatas octauo die Maij anni 1607. *in eadem cauſa* ad Monaſterij Hyrachenſis fauorem. Et in noua, Vicariæ eiuſdem de Stella, *in vna* 14. *Decemb. de anno* 164. coram Orthobono: & clarius, 26. *Maij* 165. coram Meltio. *In vna Vlisbonenſi iuris conferendi* 13. *Iunij* 1607. coram Cardinali Lancelloto, âpud Farinacium, 2. *par. deciſionum ſelectarum, to.*3. *la* 204. In alia *Vlisbonen.* 2. *Decemb. eiuſdem anni* 1607. coram Litta. De quibus omnibus, infra redibit agendi occaſio, & de alia deciſione dictæ Parochialis de Stella, pro executorialium præfatorum declaratione, 29. *Octobr.* 1611. coram Coccino Decano, prædicta non parum firmante. Sixtus V. *in Bulla* 22. *apud Roderic.* ait, Eccleſias Monaſteriis vnitas, non eſſe ſæculares. Ergo Regulares.

Hic dubium occurrit, an quando Parochia Monaſterio eſt vnita, aut annexa, omnes Monachi, qui ſunt de gremio Capituli, vel Conuentus illius, ſint Parochi? Reſpondet Ceſpedes *tractat. de exempt. Regularium c.*8. *dub.*178. apud Pellizarium *num.*107. verſ. *Quærit.* quod ſic. Quia Canonici Collegiatæ habentis annexā Parochiam, omnes ſunt Curati, vt notat Alphonſus de Leone, *de officio Capellani, quæſt.*3. *num.*26. & *ſeqq.* & ad illos omnes ſpectat cura animarum, vt colligitur ex declaratione relata à Pariſio, *lib.*8. *de reſignat. quæſt* 9. *num.*93. Eccleſiæ autem Regularium in fauorabilibus ſunt Collegiatæ, teſte Moneta, *cap.*11. *de mutat. ſtatus Eccleſ. num* 39. Rota *in Celſonen Præceptoriæ*, 16. *Decemb.* 1605. coram Coccino, *infrà la* 33. *num.*9. & *in ead.* coram *eod.* 2. *Iun.* 1606. *infrà la* 34. *num.*4. Ergo Religioſi omnes talium Eccleſiarum erunt Parochi. Idque & ſi apud illos exercitium Parochiæ non fiat per turnum à ſingulis, ſed committi ſoleat alicui Capellano: nam titulus ſemper manet apud Capitulum, nec potuit in Capellanum transferri; 4.

ferri; itavt Capitulum liberetur etiam immemorabili tempore, vt notat Alphonſus *ſuprà.* Ita Ceſpedes, monens, hinc non ſequi, quod Parochia habeat plures Rectores, nam Eccleſia Parochialis adhuc haberet vnicum Parochũ, nempè Capitulum, & ſingulos de Capitulo, quatenùs faciunt Capitulum; ſi tamen omnes requiſita ad curam animarum habeāt. Idem refert Lezana *conſult.*41. *num.*48. *& ſeqq.* imò, & docet, vel ſaltem approbat.

5. Auguſt. tamen Barb. *de Poteſt. Epiſc. allegat.*57. *num.*164. è contrario ait, quod quando Eccleſia Collegiata habet curam animarum, talis cura ad ſingulos illius Canonicos non pertinet, ſed ad totum Capitulum, ſeu Collegium vnicam Rectoris perſonam repræſentans. Ita ex Oldrad. *conſ.*67. *num.*1. *in fine*, Put. *deciſ.*220. *lib.*1. & Gonzal. *gloſſ.*6. *num.*71. Addit tamen, In Hiſpania autem, & Italia tales ſunt plures Collegiatæ, & & Parochiales Eccleſiæ, quæ regũtur per omnes de Collegio hebdomadatim: in noſtra tamen inſigni Vimaranenſi apud duos medios Canonicos, quos Capellanos vocamus, extat Parochianorum illius Collegiatæ cura, nam principaliter ea reſidet penes Reuerendiſſimum Priorem, qui eſt verè Rector illius Eccleſiæ. Vbi affirmare etiam videtur, in illa Eccleſia, cui hebdomadatim deſeruiunt curam Canonici, quemlibet illorum Parochum illius eſſe. Sed, ni fallor, magis hæc quæſtio de nomine, quam de re eſt; cum vtraque ſententia, penes totum Capitulum curam eſſe aſſerat, integraliter ſcilicet; & partialiter penes quemlibet Canonicum. Vide *diuiſ.*2. *num.*13.

Dubitatur ſecundò, an Epiſcopus Parochos Regulares negligentes in adminiſtrandis Sacramentis remouere poſſit? Reſpondet Pellizarius *num.*113. verſ. *Addit*, cum Marchino, *de Peſte, part.*1.*cap.*4. quòd non. Quia illius eſt auferre beneficium cuius eſt conferre: Regulares autem Parochias habent à Papa, & ideò nunquam vacant, neque per concurſum obtinentur: Ergo Epiſcopus non poteſt Regulares à Parochiis remouere. Secundò, quia ita declarauit S.Congregatio, in vna Mediolanenſi, de anno 1613. 6.

Tertiò dubitatur, an poſſit Epiſcopus viſitare Regularem vt Parochum, vel Vicarium in Eccleſia ſuo Monaſterio vnita inſeruientem, aut in aliis Eccleſiis Parrochialibus exemptis, Vicarium agentem? Negatiuè reſpondent Hieron. Garcia, *in Polit. Regular. tom.*1. *tract.*8. *difficult.*3. *dubit.*2. *punct.*3. *num.*12. & Bruno. *de Priuil. Regul.part.*1.*tract.*2.*cap.*3. *propoſ.*3. apud Dianam, *par.*11.*tract.*2. *Reſol.*14. 7.

Hæc ſententia fundatur in exē-

ptione

ptione Regularium ab Epiſcoporum iuriſdictione. Neque obſtare Tridentinum *ſeſſ.25. de Regular. cap.* 11. ait Bruno. Primò, quia non continet clauſulam reuocatoriam priuilegiorum Regularium. Secundò. Quia etiam ſi illam clauſulam contineret, Marè magnum conceſſum Dominicanis à Sixto I V. & ab Vrbano V I I I. confirmatum expreſsè, continet priuilegiũ illud quod Regularis Curatus in Eccleſia ſui Monaſterij non poſſit viſitari ab Epiſcopo.

Neque etiam obſtare aiunt Garcia, & Bruno, Conſtitutionem *Inſcrutabili*, Gregorij X V. la 18. ſub dat. Nonis Februarij 1622. quia nullam vim illa in Hiſpania habet. Teſtatur enim P. Lezana *in Summ. qq. Regul. tom.*1. *cap.*19. *num.*35. *& tom* 2. *cap.*18. *num.*9. *iuſſu SS. D. N. Vrbani ſuſpenſam fuiſſe pro Regnis Hiſpaniarum, vt conſtat ex Breui Nuntij Apoſtolici tunc temporis exiſtentis nunc verò Eminentiſſ. Cardin. Sacheti* 21. *Aprilis anno* 1625. Hæc Mag. Lezana, *qui in conſulto* 40. *ſub num.*115. *folio mihi* 240. Breui Vrbani ſuſpen. Conſtitutionis Gregorij, exſcribit, ex quo illud ſumptum, infrà poſt Rotæ deciſiones, habes. Vide etiam Ioan. Sanch. *in ſelect. diſp.*49.*n.*16.

Neque etiam obſtat declaratio S. Congreg. videlicet. *Non poſſe Epiſcopum viſitare Eccleſias Regularium, quibus non imminet cura animarum.*

Primò, quia in illa, noluit declarare, poſſe viſitare Eccleſias, quibus imminet cura animarum, ſed ſolum dubium ipſi propoſitum: videlicet, *Num Regularium Eccleſia, in quibus non imminet animarum cura, viſitari poſſint ab Epiſcopo.* Secundò, quia ſic declarauit, poſita Conſtitutione Gregoriana præfata: Cum autem in Hiſpania iſta, vt vidimus, non ſubſiſtat, nec declaratio in vi eius facta, ſubſiſtet, maximè cum prędictum Mare Magnum à ſucceſſore Vrb. V I I I. fuerit confirmatum.

Ex quibus deducit Bruno, non ſubiici Regularem viſitationi Epiſcopi, ſi fungatur Parochi, vel Vicarij munere in Eccleſia exempta, quia vtroque titulo, ſcilicet exemptione Eccleſiæ, & perſonæ potitur. Secundo deducit nec Epiſcopi viſitationi ſubiici, ſi in Eccleſia non exempta, eodem Parochi, aut Vicarij munere fungatur, quia cum viſitatio via ſit ad correctionem, & perſona Religioſi, quia exempta, corrigi ab Epiſcopo non poſſit, neque viſitari poterit.

Affirmatiuam tamen ſententiam tenent Pellizar. *in Man. Regul. tom.*2. *part.*1. *tract.*8. *cap.*4. *ſect.*4. *quaeſt.*7 *num.*116. Tambur. *de Iure Abbatiſſ. diſp.*17. *quaeſt.*3. *num.*3. verſ. *Poteſt. Epiſcopus*, Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. par.*3. *alleg.*74. *num.*18. Lezana, *tom.*2. *cap.*18. *n.*9. & Diana *reſol.*14. *citata*, Gauant. 8.

B *in*

in Man. Epiſcoporum, verbo, *Viſitatio Epiſcopi*, *num.* 10. 13. 14. *&* *num.* 52. refert deciſum à S. Congregat. Epiſcoporum 27. *Augusti* 1577. Regulares, qui Parochialem Eccleſiam Conuentui vnitam habent, teneri contribuere procurationi viſitationis. Sed ad hoc non teneri Monachos Benedictinos Hiſpanæ Congregationis, neque illorum Eccleſias, & illarum Rectores, ſeu Vicarios, fuit per tres ſentētias Rotales executoriatas anno 1599. declaratum in cauſa inter præfatæ Congregationis Monaſteria, & Domnum Archiepiſcopum, & Capitulum Burgenſem, quas in Archiuo S. Petri de Caradigna inueni.

9. Viſitare tamen, aut punire nequibit Religioſos huiuſmodi, niſi circa ea, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem, & curam pertinent, Lezana, *tom.* 2. *cap.* 18. *n.* 26. *ex declarat. Congr Conc.* 8. *Februarij* 1601. apud Barboſ. *collect. deciſ. Apoſt.* V. *Canonici regul. n.* 7. Laym. *quæſt.* 208. *Canonica*, & quomodo conſeruetur Sanctiſſimum Sacramentum, vaſa, & paramenta, Tambutin & Barb. *n.* 20. ex *deciſ.* 1607. Seraph. & quod prouideantur neceſſaria ad decorem Sacramentorum adminiſtrationis. Iidem, ex declarat. apud Franc. Leo *in theſ. part.* 2. *cap.* 31. *num.* 3. & Campan. *in diuerſ. iur. canon. rubr.* 12 *c.* 13. *num.* 49. Addit Pellizar. non poſſe Epiſcopum præcipere vt Eccleſia, aut Sacriſtia reficiatur, neque ad id in viſitatione partem fructuum ſequeſtrare, ex Leo. *loco citato.*

Si petas, an hæc iuriſdictio Epiſcopo competens ad viſitandas Eccleſias Monaſteriis vnitas, & earum Regulares Parochos, ſeu Vicarios, ſit priuatiua, an verò cumulatiua? Reſpondet Pellizar. ex Bordono, & Ceſpedes cumulatiuam eſſe. Idem tenet Layman. *in qq. canon. quæſt.* 208. vbi addit. *Excipitur autem in primis Monaſterium Cluniacenſe: Deinde ſi Parochia ſit ſita in loco, vbi totius Ordinis Caput Sedem principalem habet, talis Parochia ab Epiſcopo viſitari non debet. Denique nec domum Conuentualem, Prioratum, ſeu Reſidentiam Ordinis exempti, ſi Collegialiter ſub Priore ibi habitēt Religioſi, Epiſcopus viſitare poteſt.* Hæc Layman. Probat autem ſic Pelliz. Tum quia Rota ſic pluries decidit in vna *Montis Regalis iuriſdictionis*, coram Coccino, inter eius impreſſas *la* 316 *num.* 7. ſic habes. *Licèt in dubio regulariter iuriſdictio cenſeatur data cumulatiuè, non priuatiuè, vt latè per Rom. conſ.* 393. *n.* 1. *& ſeqq. & ibi Add. Felin. in c. Paſtoralis, num.* 1. *& ſeqq. Et tenuit Rota, ex ſententia Illuſtriſsimorum Interpretum Concily in cauſa Piſcien. iuriſdictionis*, 15. *Iunij* 1590. *coram Illuſtriſsimo Platto; tamen hæc concluſio intelligitur reſpectu illius, qui iam habet iuriſdictionem.*

dictionem. Tunc enim ſi alteri concedatur, cenſetur conceſſa cumulatiuè, niſi appareat de contraria mente concedentis, ita ibi. Tum, quia per hoc quod Inquiſitoribus in hæreſis cauſis tribuatur per Bullas Pontificum facultas, non detrahitur Epiſcopi facultati, vti docent Pegna, Farinacius, Palaus, & alij. Et in vniuerſum, quando alicui particulari Iudici conceditur iuriſdictio, nunquam ea cenſetur adempta à Iudice Ordinario, Tuſchus, verbo, *Iuriſdictio, concl.* 556. Cùm igitur Epiſcopis conceditur facultas ad viſitandum, corrigendum, & puniendum Regularem Parochum, aut Vicarium Eccleſiarum Regularium, ipſáſque viſitandas, in pertinentibus ad curam animarum, & Sacramentorum decentiam, & adminiſtrationem, non illa in eiſdem à Prælatis Regularibus, verè illorum Ordinariis aufertur. Et ſic tam ipſi, quam Epiſcopi ad præuentionem poterunt de cauſis Parochorum Regulariũ delinquentium in adminiſtratione Sacramentorum, & animarum cura, cognoſcere, vt benè docet Pellizarius, verſ. *Addo*, & verſ. *Reſpond.* Poſſe: & verſ. *Addit.* docet cum Ceſped. *num.* 12. hanc doctrinam procedere etiam reſpectu Parochi Regularis non exempti Ordinis: adeóque ſicut Papa, & Prælatus Regularis de facto punire poſſunt Regularem exemptum in omnibus, ſic idem procedere de Regularibus nõ exemptis reſpectu quorum Epiſcopus hac in re habet poteſtatẽ, ſicut Papa reſpectu exemptorum. Hæc ille. Qui verſ. *Addo*, etiam, aſſerit dari præuentionem quoad viſitationem: Ita tamen, vt data contrarietate inter Prælati Ordinis decreta, & inter decreta Epiſcopi, hæc præualere debeant, ex Rotæ *deciſ. coram* Pegna 20. *Octob.* 1622. & ita ait monere Ceſpedes *dub.* 166. Dictam Peniæ deciſ. quæ fuit data 24. Nouembris 1593. & non 20. Octobris 1622. quæque prædicta omnia ſolidè firmat, inuenies *infr. la* 30.

Sed an in præfatis caſibus valeat Epiſcopus contra Parochos Regulares habentes priuilegium, quod non poſſint ab Epiſcopis cẽſuris innodari, per cenſuras procedere, ſub controuerſia eſt. Aſſerunt Thom. Zerol. *in praxi Epiſc. part.* 1. verbo, *Excommunicationis cauſa materialis*, verſ. *Quarto*. Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, par.* 3. *allegat.* 105. *num.* 13. *fol.* 363. Sed negant Thom Sanch. *lib.* 7. *de Matr. diſp.* 33. *num.* 23. *& in Decal. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 14. Lezana, *tom.* 1. *c.* 11. *num.* 14. *& tom.* 4. verbo, *Proceſsio, num.* 2. Garc. *in Polit. tom.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 3. *dubio* 2. *punct.* 3. *num.* 18. Eman. Rodrig. *tom.* 3. *qq. Regular. quæſt* 36. *art.* 1 Hieron. Rodrig. *reſolut.* 60. *n.* 15 *reſol.* 62. *num.* 5 *& reſol.* 118. *num.* 1. Quorum ſententia vera eſt, & probatur *ex cap. Quoniam,* 21. *de Priuil.* ibi, *quoniam il-* 10.

lud Capitulum(priuilegij ſcilicet vt Epiſcopus Monachos excommunicare non præſumat) *intelligendum eſſe videtur de Monachis, aut Clericis in ipſo Monaſterio permanentibus, vel ad Eccleſias deſtinatis vtroque iure ſibi ſubiectas.* Hoc eſt, quoad ſpiritualia, & temporalia, vti ait *ibi* gloſſ. verb. *Vtroque iure.* & ex *cap. Volentis*, §. *In eos*, iuncta gloſſ. V. *Quoad præmiſſa*, *el* 1. *eod. tit. in* 6. Tum, quia quoties Trid. vult Epiſcopum habere facultatem excommunicandi exemptos, id explicat.

11. Monet etiam Pelliz. ex Ceſped *dub.* 181. *num.* 2. Parochum Regularem delinquentem circa curam in loco nullius diœceſis, non poſſe à Prælato illius puniri. Quia licèt Trid. *ſe.* 25. *cap.* 11. ſubdat Regulares quoad Confeſſiones Prælatis Epiſcopo inferioribus, habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, vt fuit reſolutum teſte Barboſa, Greg. tamen XV. in Bulla cit. ſolùm Epiſcopis dat facultatem puniendi. Eſſe autem Epiſcopum, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habere, eadem res non eſt, ſed diuerſa: & cum à diuerſis non fiat illatio, ex prima, maximè in odioſis, non debet, nec poteſt inferri ſecunda. Facit pro hac reſolutione, Sacra Congregatio in 13. declarationibus editis, cum eiuſdem Gregorij, & Vrbani Octaui approbatione.

12. Notanter dixi in proximo dubio, *num.* 7. *in princ. in Eccleſia ſuo Monaſterio vnita.* Quia aliter dicendum, & reſpondendū eſt quæſitui, ſi Religioſus Parochi munus agat, in Eccleſia pleno iure Epiſcopo ſubiecta, ac per conſequens, quę ſæcularis ſit, & non regularis. In hoc enim caſu Regularis Parochus non eſt ſubiectus ſui Ordinis Prælato quoad curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſed Epiſcopo, cui Eccleſia illa ſubiecta manet; immo neque quoad obſeruãtias regulares, aut quid aliud Regulari Prælato ſubiacet, ſed Epiſcopo quoad omnia, in ſententia, quam tenent Gloſſ. *in cap. de Monachis, el* 3. 16. *quæſt.* 1. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 12. *num.* 98. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6. 18. 19. *&* 24. Pelliz. *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *q.* 6. *num.* 115. *& q* 8. *num.* 118. qui pro ea citat *q.* 7. *num.* 116. verſ. *Accedit*, Angelum, Roſellam, Sylueſt. & Sanchez, apud Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 1. *num.* 12. *ex cap. Parochia*, 16. *q.* 1. *& cap. Sanè*, 16. *q.* 2. & conſtare videtur ex Leonis X. *Bulla* 22 *apud Rodriq. tom.* 1. *Bullarij.* Ratione id probat Suarez *cap.* 17. *num.* 6. ex eo quod Regula cuiuſlibet Ordinis ſolum obligat vt lex quædam huic communitati impoſita: adeóque ſolum perſonas huius communitatis obligat quandiu membra illius ſunt, cum omnis lex per ſe primo pro communitate ſit, & ad eos, qui partes talis communitatis

nitatis ſunt, loquatur. Religioſus autem Parochus factus Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ, deſinit eſſe membrum Religioſæ cõmunitatis. Ergo Regula Religionis, & iſtius leges illum non obligant. Ipſe tamen Sanch. *lib. 6. in Decalog. cap. 6. num.* 36. Hier. Garc. *in Polit. tom.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 2. *punct.* 1. *n.* 12. Eman Rodriq. *tom.* 1. *q.* 34. *art.* 6. *fol.* 210. Hier. Roderiq *reſol.* 15. *nu.* 9. *&* 58. *fol.* 118. *&* 140. & dicta gloſſ. *in cap. de Monachis*, ſentiunt Religioſum præfectum Eccleſiæ Parochiali, quæcumque illa ſit, ſolum abſolui ab iis obſeruantiis regularibus, quæ cum Parochiali munere, non poſſunt commodè ſeruari.

Sed pro caſibus in quibus Epiſcopi iuxta Tridentinum poſſunt viſitare Regulares curam animarum ſæcularium exercentes adnotanda venit doctrina Tamburini *tom.* 1. *de iure Abbatum, diſp.* 15. *q.* 7. *num.* 48. dicentis. *Notandum eſt, Regulares curam animarum exercentes, ſi delinquentes reperiantur, non eſſe ab Epiſcopo puniendos, ſed ab Epiſcopo ſuis Superioribus Regularibus tradendos, ex Conſt. Leon. X. la* 26. §. 3. *& facit c. fin. de ſtatu Monach.* §. 1. *quod docet Abbas in cap. Cùm contingat, de foro compet. n.* 22. Henriq. *l.* 7. *de Indulg. cap.* 25. *n.* 11. *vbi alios DD. cumulat, affirmans prætereà, id fuiſſe declaratum à S. Congregat. Concil. Trident. Interpretum.*

Ex dictis nonnulla inferuntur. 13.
Primum, Monachum Parochum teneri recitare officium diuinum iuxta ritum Eccleſiæ, cui inſeruit. Gloſſ. *in c. de Monachis*, 3. 16. *q.* 1. verbo, *diſcedere*, ac proinde ſi Eccleſia ſit Monaſterio vnita, iuxta ritum Ordinis perſoluere illud debet, quia ſubiectus remanet Monaſterij Prælato, & Ordinis obſeruantiis, & Eccleſia cui inſeruit Regularis eſt & Monaſterij membrũ, cuius naturam, & proprietates, ſeu qualitates per vnionem obtinuit, & proprias Eccleſię ſæcularis amiſit, vti dicemus *p.* 2. *quæſt* 6. *num.* 3. & ita, in noſtra Congregatione, cuius Monaſteriis quamplurimę ſunt Eccleſiæ Parochiales vnitæ, per Monachos gubernatæ, vſus perpetuus obtinuit. Si verò Eccleſia ſit ſæcularis, & Epiſcopo pleno iure ſubiecta, iuxta Romanum ritum, perſoluere officium tenetur. Quia exemptus eſt ab obſeruantiis Ordinis, & Epiſcopo ſubiectus, cui & ritui Eccleſiæ ſæcularis, quam regit, ſe debet conformare.

Secundum, quod infertur eſt 14.
Monachum Parochum Eccleſiæ pleno iure ſubiectæ Prælato Regulari, ſocium eiuſdem Ordinis ſecum habere debet. Gloſſ. *in titulum* 16. *quæſt.* 1. verb. *Quod Monachi c. Monachi, & c. Quod Dei timorem, de ſtatut. Monach.* Quæ in hoc ſenſu eſſe intelligenda, docet Pelliz. *num.* 120. Secùs verò ſi Eccleſiæ non ſubiectæ pleno iure

Prælato Regulari: quia cum tunc non amplius illi ſubiiciatur, non eſt cur ille ipſi ſocium deputet. In Hiſpania tamen adhuc in Eccleſiis vnitis Monaſteriis, ſocium non habere vſus obtinuit. Garc. *tom* 1. *tract*.8. *difficult*.2. *dub*.4. *punct*.1. *num*.12. Roderiq.*reſol*.15.*num*.59. *folio* 140.

15. Tertium, eſt Monachum Parochum Eccleſiæ ſæcularis, ſeu Epiſcopo, & non Prælato Ordinis ſubiectæ, teneri aſſiſtere collationibus caſuum conſcientiæ, quæ iuſſu Epiſcopi haberi ſolent à Parochis, in aliquibus diœceſibus: & idem eſt de aſſiſtentia ad proceſſiones, ab Epiſcopo præcepta. Ratio eſt, quia in omnibus eſt illi ſubiectus. An autem ad id teneatur, ſi Eccleſia vnita eſt Monaſterio, ac per conſequens pleno iure Prælato Regulari ſubiecta, nonnullam habet difficultatem. Quia vti dictum eſt, in hoc caſu Monachus Parochus, non eſt Epiſcopo ſubiectus, niſi quoad curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem: ad has autem nimis remotè ſpectat intereſſe collationibus, & proceſſionibus præfatis. Deinde, quia Monachus, ex eo quod Parochus fiat Eccleſiæ Regularis, non amittit priuilegia exemptionis, quæ antea habebat, & quibus poſtea Monachi Monaſterij ſui potiuntur. Ergo non tenetur collationibus, nec proceſſionibus ab Epiſcopo præſcriptis intereſſe. Ita docet Ceſpedes *dubit*.174. *num*.2. & *dub*.175. *num*.2. apud Pelliz. *tom*.2. *part*.1. *tract*.8. *cap*.4 *ſect*.4.*q*.11.*num*. 22. Oppoſitum tamen tenet ipſe, quoad Collationes, & prius Gauant. *in Manuali Epiſcoporum*, verbo, *Parochorum munera*, *num*.32.*fol. mihi* 184. Barb. *in collect*.209. *Apoſt. deciſ.* & Lezana, *tom*.1. *qu*. *Regul. cap*.19. *num*.44. *in fine*, & *tom*.2. *cap*.18.*num*.40.

Hic obiter nota cum Garc *in Polit.tom*.1.*tract*.8.*difficult*.3.*puncto* 2. *num*.1. Prælatos Ordinum poſſe erga ſuos ſubditos totum, quod Epiſcopi etiam ex Trident. *ſeſſ*.24. *cap*.6.*de reformat*. in ſuos, ex Bulla 132. Pij V. Romani Pontificis, conceſſa quidem Prælatis Dominicanis, & aliis communicata per varias Bullas. Sed de hoc latius *q*.11.*n*.63.

Quartum. Poſſe Parochum Regularem in caſu abſentiæ, commendare curam annexam proprio Monaſterio, vni ex ſuis confratribus, approbato tamen ab Ordinario ad audiendas Confeſſiones. Ita Pellizar.*quaeſt*.12 *num*.124 ex Peyrino *tom*.3.*Priuil.cap*.4.*num*.23. & Fagundez. 16.

Monet tamen Pelliz. *ibidem*, verſ. *Monet*, ex Ceſped. *dub*.177. quod in caſu quo pro abſentia ſit neceſſaria licentia, de quo *part*.3. dum de iuribus Parochi *q*.17. *n*.6. illam debere ab Epiſcopo concedi, ita vt non ſufficiat Prælati Regularis.

gularis licentia. Ratio huius eſt, quia Parochus Regularis, etiamſi Eccleſiæ vnitæ Monaſterio, ac proinde Regulari præſideat, Epiſcopo ſubeſt in his, quæ ad curam animarum ſpectant: de quorum numero eſt reſidentia.

17. Secundò monet Pellizar. *n.*115. Parochum Regularem Eccleſiæ Parochialis, pleno iure ſubiectæ Prælato Regulari, niſi forte in contrarium conſuetudo extet, non teneri ad reſtitutionem fructuum, iniunctam Parocho non reſidenti, à Trid. *ſeſſ.*23. *c.*1. §. *Si quis autem* ibi. *Eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detineri poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante per Superiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare*, &c. Ducitur, quod cui non conueniũt verba legis, nec debet conuenire ipſa lex, *arg. l.*4.§ *toties, ff. de damno infecto*, L. *Quod conſtituimus, ff. de Milit.teſtam.* Bartol. *in dict. l.*4. §. *Prætor ait.* Gemin. *conſ.*65. *in princ.num.*2. Tiraquel. *in L. Si vnquam*, verb. *Libertis, num.*2. *C. de reuocand.donat.* Tuſch. *tom.*8. *litt. V. concluſ.*89. *à princip.* Mar. Anton. *variar. reſolut. lib.*3. *reſol.*9. *num.*4. quos ſequens refert Lezana *tom. Conſultor. conſult.*2. *n.*35. verba autẽ Tridentini conueniũt ſolùm habenti beneficium Eccleſiaſticum, quale reuera non habet Monachus præfectus Eccleſiæ Parochiali plenè Prælato Regulari ſubiectæ, cum illi amobiliter, & ad paucos annos, non autem firmiter, & perpetuò, quod proprium eſt beneficij Eccleſiaſtici ſit præfectus.

Ex quibus colligo, duo hic Pellizarium ſentire. 18. Primum, quod Regularis, Parochus Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ præfectus, in caſu non reſidentiæ, tenetur ad reſtitutionem fructuum pro rata, ob contrariam rationem. Secundum, quod Eccleſia vnita, & annexa Monaſterio, pleno iure eſt eidem Monaſterio, & Prælato ſuo ſubiecta: quod in præcedentibus etiam ſentire oſtendit: ſiquidem *quæſt.*7. *num.*116. *Quæſito, an & in quibus Regulares habentes curam animarum, immediatè ſubiaceant iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcoporum?* Immediatè reſpondet, ſubiacere; non abſolutè, ſed tantum in his, quæ concernunt curam, & adminiſtrationem animarum, ſi curam habent in Eccleſia ſubiecta Prælato Regulari; quod ſi curam habeant (addit) in Eccleſia pleno iure ſubiecta Epiſcopo, abſolutè ſubiiciũtur Epiſcopo proprio in omnibus, itavt Prælato Regulari non amplius ſubſint. *Et infrà; quæſito an Parochus Regularis delinquens circa curam animarum poſſit puniri à Prælato Regulari, & ab Epiſcopo?* Reſpondet poſſe ab vtroque

cum

cum præuentione puniri. Quod iuxta modo dicta ex ipſo, intelligitur,quando eſt Parochus in Eccleſia non pleno iure Epiſcopo ſubiecta,ac per conſequens in Eccleſia pleno iure Prælato Monaſterij ſubiecta, cum alteri eorum neceſſario ſubiecta debeat eſſe pleno iure.

19. Nec per hoc volumus dicere, Prælatum Regularem abſolutè plenum ius habere, in foro externo, & contentioſo, in Eccleſiis omnibus ſuo Monaſterio vnitis, & in quibus ſolum poteſt Epiſcopus Parochos Regulares in pertinentibus ad curam delinquentes punire,& non in aliis; imò in nullis, quas poſſit viſitare Epiſcopus, & earum Parochos Regulares, in præfatis delinquentes punire, habet Prælatus Regularis abſolutum ius plenum contentioſum, cum Concilium & Greg.X V. dictam viſitationem, & correctionem non ſtatuant pro Eccleſiis, pleno iure contentioſo ſubiectis cum ſuis Parochianis, alteri Prælato,quam Epiſcopo diœceſano; imò huiuſmodi Eccleſia excipit à dicta viſitatione, & ſubiectione, idem Concilium; ſed quod dicimus eſt,Eccleſiam illam,cuius Parochum Monachum ſolum poteſt punire Epiſcopus, & viſitare ratione curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, & ipſum Parochum, eſſe pleno iure ſubiectum Prælato Regulari in ſpiritualibus,& temporalibus,non autem Clericos, & laicos ad dictam Eccleſiam pertinentes. Et hac de cauſa notanter dixi, ***abſolutè, & abſolutum***, quia qui habet iuriſdictionem in vtroque foro, in Eccleſia aliqua, & in Parochianis eius, abſolutè dicitur habere ius plenum, & Epiſcopale, aut quaſi. Quod autem Prælatus Regularis in Eccleſiam, & eius Parochũ Monachum, habeat ius plenum, clarius patebit, ſi materiam, ſeu doctrinam,ad formam reducamus ſcholaſticam, & primò quoad Eccleſiam, ſic.

Eccleſia Monaſterio vnita, annexa,& ſubiecta (ſynonimi vtique ſunt iſti termini,vt videbimus dũ de vnione) non eſt pleno iure Epiſcopo ſubiecta: Ergo Monaſterio,& eius Prælato. Conſequentia patet, quia cum non poſſit Eccleſia vlla,non eſſe alicui Pręlato pleno iure ſubiecta, & nulli alteri ſubeſſe poſſit Eccleſia Monaſterio vnita, quam ipſi, eiuſque Regulari Prælato, aut Epiſcopo: ſi Epiſcopo non eſt ſubiecta pleno iure,ſub Prælato Regulari erit neceſſario iure pleno. Antecedens probatur. Parochi Regulares Eccleſiarum,quæ iure pleno ad Epiſcopum pertinent, in omnibus, & non ſolùm quoad curam, & Sacramenta ſubiecti ſunt Epiſcopo: ſed Parochi Regulares Eccleſiarum Monaſterio, & eius Prælato vnitarum, ſolum quo ad curam, 20.

&

& Sacramenta ſunt Epiſcopo ſubiecti: Ergo illæ non pertinent pleno iure ad Epiſcopum.

21. Quoad Parochum probatur ſic. In illum habet quis ius plenum, abſolutum, & contentioſum, in quem poteſt procedere vſque ad Eccleſiaſticarum cēſurarum declarationem, & cuius omnia delicta punire poteſt: Sed Epiſcopus non poteſt punire Monachum Parochum Eccleſiæ Monaſterio vnitæ, niſi ratione delicti circa curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem patrati, nec tunc poteſt ad cenſuras procedere; benè autem vtrumque poteſt Abbas, aut alius Regularis Prælatus dicti Parochi. Ergo Prælatus Regularis habet ius plenum abſolutum, & contentioſum in dictum Parochum, non verò Epiſcopus.

22. Deinde Prælatus, nullius delicti ratione, poteſt procedere contra Monachū Parochū Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ, quia eodē foro, quo Eccleſia, cui præeſt, gaudet; & poteſt procedere ſi illa ſibi ſubſit, ob quamlibet culpam, ad illius punitionem: Ergo cum Eccleſia Monaſterio vnita pleno iure Abbati ſubiaceat, & Monachus illi præfectus Parochus, puniatur ab Abbate, ob quodlibet delictum, illi pleno iure erit ſubiectus. Patet conſequentia à paritate rationis.

23. Quinto infertur, Regularem teneri facere fidei profeſſionem in manibus Epiſcopi, aut eius Vicarij Generalis, ſeu Officialis, intra bimeſtre poſt adeptam poſſeſſionem Eccleſiæ, ad cuius Parochiale munus fuit aſſumptus, ſi tamen Eccleſia Epiſcopo pleno iure fuerit ſubiecta, eique pepetuo conferatur: quod etiam docet expreſsè Pelliz. *tom. 2. p. 1 tract. 8. cap. 4. ſect. 4. q. 16. num.* 127. (quod Lezana, *tom. 1. q. Reg. cap.* 18. *num.* 38. etiam docet de prouiſis de beneficiis Regularibus) Et probatur: quia cui conueniunt verba legis, & ipſa lex conuenit: ſed verba Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor* præcipientis prouiſis de beneficiis quibuſcumque curam animarum habentibus, vt teneantur dictam profeſſionem facere, Religioſo ad curam perpetuam Eccleſiæ Parochialis Epiſcopo pleno iure ſubiectæ conueniūt: Ergo & conuenit ipſa lex Tridentini, ſeu eius obligatio. Secùs verò dicendum, ſi non in perpetuum ſit aſſumptus, ſed amobiliter ad dictam Eccleſiam: aut ſi præficiatur Eccleſiæ Prælato Regulari ſubiectæ, etiam ſi ad vitam, illa ipſi conferatur, quia nihilominùs poterit ab illo auferri. Ratio autem huius, contraria eſt, quia ſcilicet non conueniunt Parocho iſti verba legis, cum non habeat verum beneficium Parochiale. Ita author citat.

24. Sed hæc quidem ratio, optima eſt ad intentum probandum, quoad Parochum temporalem, Eccleſiæ plenè Epiſcopo ſubiectæ; non

verò quoad Parochum Eccleſiæ Prælato Regulari pleno item iure ſubiectæ, ob ea, quæ diximus *qu.1. huius part. num.*4. quia beneficia Regularia quamtumuis temporalia, & amobilia ad Superioris nutum ſint, beneficia ſunt Eccleſiaſtica; niſi velis dicere, in hoc caſu, non conferri Religioſo, pro cura Eccleſiæ Monaſterio annexæ præfecto, ipſam curam, ſed nudum exercitium: quod cum ſit commune habenti beneficium, & habenti ſolùm adminiſtrationem illius, vel in perpetuum, vel ad tempus, & Religioſus non recipiat in noſtro caſu niſi exercitium, & hoc amobiliter, hinc eſt non recipere beneficium Parochiale, ac per conſequens, nec obligationem Fidei profeſſionem emittendi. Non enim recipit curam exercendam nomine proprio, quod neceſſarium eſt ad hoc vt quis habeat beneficium Parochiale propriè ſumptum, vt dicimus quæſtione de iuribus Parochi, ſed nomine Monaſterij obtinentis illud.

25. Quod ſi obiicias, Regularis aſſumptus ad curam Eccleſiæ, non vnitæ menſæ Monaſterij, aut Prælati ſui, poteſt etiam liberè ad Clauſtrum, cum oportuerit reuocari. Eſt textus expreſſus *in Clem. vnica*, *Quia Regulares*, *de Suppl. neglig. Prælat.* Ergo Eccleſia pleno iure Epiſcopo ſubiecta, non poteſt in perpetuum dari Regulari. Et per conſequens, ad quamcumque Eccleſiam in Parochum aſſumatur, ad Fidei profeſſionem, ratione huiuſmodi aſſumptionis non tenebitur.

Reſpondeo, Clementinam illam, non agere de omnibus beneficiis non vnitis menſæ Prælati, ſed de illis tantùm, quæ etſi eius menſæ vnita non ſint, dependent tamen ab illo, vti ex ipſo textu patet euidenter, ibi: *Quia Regulares Prælati, Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, aut quæuis alia beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia cum vacant*, &c. Beneficia autem Epiſcopo pleno iure ſubiecta, non dependent vllo modo à Prælato Regulari, nec ad eius ſpectant diſpoſitionem. Quare cum à diuerſis nō ſit illatio *L. Papinianus, ff. mun.* 25. *ann.* non benè ex dicta Clementina argumentatur. Poteſt liberè ad Clauſtrum reuocari Monachus promotus à Prælato ſuo ad beneficium: Ergo & promotus ab Epiſcopo poterit. 26.

Sextò infertur, quod Religioſus aſſumptus ad curam animarum, Eccleſiæ ad Monaſterium ſpectantis, acquirit Monaſterio, tam ea quæ ex proprio labore, & induſtria, quam ex rebus Eccleſiæ, aut aliundè acquirit. Quia ſubditus manet Prælato ſuo Regulari, & communionem cum ipſo habet Monaſterio. Ita Pellizar. *quæſt.* 15. *num.* 128. Tamburin. *de iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *q.* 12. Lezana, *tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 28. ex Suar. *tom.* 4. *de Relig.* 27.

*Relig. tract.*8 *lib.*3.*cap.*19.*num.*11. Baſſæus, *in Floreb. Theol.* verb. *Paupertas Religioſa, num.* 18. Cùm hac tamen differentia, conueniunt in aſſerta propoſitione iſti Doctores, quod Pellizar. putet habere locum etiam in caſu, quo Monaſterium in Eccleſia Parochiali, habeat ſola temporalia: cum quoad hæc ſubiiciatur Prælato Regulari, aliàs ſubiectus Epiſcopo, quoad ſola ſpiritualia.

28. Tamburinus autem, & Baſſæus, diſtingunt de Eccleſia pertinente ad Monaſterium, ita vt ſit de illius menſa, & fructus, & reditus illius, poſſit in vſus conuertere ipſius Conuentus: & de Eccleſia ſubiecta Monaſterio ſine tali facultate conuertendi in proprios vſus fructus, reditus, & prouentus illius, ac per conſequens, quæ non ſit de illius menſa. Si igitur Religioſus præficiatur à Prælato ſuo Eccleſiæ, quæ ſit de menſa Monaſterij, quicquid acquiſierit, vti dictum eſt, Monaſterio erit acquiſitum: quia ad illud omnes illius Eccleſiæ prouentus, & quidquid Monachus ſub obedientia ſui Prælati acquirit, pertinent. Si verò præficiatur Eccleſiæ, quæ ſit pleno iure ſuo Prælato & Monaſterio ſubiecta, & tamen non ſit de illorum menſa, quæ acquirit ratione Eccleſiæ, illi, & non Monaſterio acquirit. Eandem ſententiam, quoad ſecundam hanc partem tenuit Leſſ. *lib.* 2. *de iuſt. & iure, cap.* 41. *dub.* 1. *dicto* 2. *num.* 91. & quoad primam, Lezan. *l. cit.*

Et quoad vtramque ſtatuitur, 29. *Clem. vnica, Quia Regulares, de ſupplend. neglig. Prælat.* ibi *Nullo modo permittăt, quod iidem Prælati, Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, aut beneficia huiuſmodi applicent menſis ſuis, penſioneſve nouas eis imponant, aut veteres augeăt. Præmiſſa verò de Prioratibus, Eccleſiis, Adminiſtrationibus, & beneficiis intelligimus, quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum, ſed ſpeciales Priores, Adminiſtratores, ſeu Rectores, conſueuerunt habere, licèt Priores, ſeu Adminiſtratores huiuſmodi, liberè poſſint ad Clauſtrum (cum oportuerit) reuocari.* Et pro illorum ſpolio, immediatè ſubiungit. *In quibus etiam Conſtitutionem Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri bona beneficiorum vacantium occupari à Prælatis, vel aliis prohibentem* (& paucis interiectis,) *locum ſibi cenſuimus vendicare.* Hæc in Clem. dicta.

Cuius gloſſa, verſ. *Conſtitutionem*, dictum. Ioann. Monachi, dicentis Prioratus commendaritios propriè non vacari, & ideò in illis Decretalem Bonifacij locum non habere, ſic qualificat. *Sed ſi intellexit de his, quæ ſunt de menſa, tunc vera.* Et verſ. *Reuocari*, ita ait. *Et ſcias, per hanc decretalem hodie teneri, quod manualia, quæ non ſunt de menſa, & temporales Prioratus, vacent per mortem, vel remotionem* 30.

eorum, qui præſident illis: Vnde & hodie Papa, qui recipit fructus vacantium, recipit fructus talium. Hucuſque gloſſa.

31. Maior autem difficultas eſt, quando Religioſus præfectus eſt Eccleſiæ, Epiſcopo pleno iure ſubiectæ; an aliquid acquirat ſuo Monaſterio: an omnia tali Eccleſiæ? In qua re Tambur. Baſſ. & Leſſ. *num.92.* cum Nauarr. *comment.4. de regular. num.69.* & Barthol. *in l.Seruus communis, num.6. ff. de ſtipulat. ſeru.* diſtinguunt, ſi habet Parochiam, Canonicatū, aut aliud beneficium, quod habeat corpus bonorum ſeorſim ab aliis, tunc omnia cedent beneficio; ſi autem beneficium non habeat corpus diſtinctum, tunc ea, quæ proueniunt ex beneficio, beneficio cedent; quæ verò aliundè, Monaſterio.

32. Bartholomæus autem à Sancto Fauſto, *in Theſauro Religioſorum, lib.8. de voto paupertatis, quæſt.55.* abſolutè docet Religioſum beneficiarium extra Ordinem, non Ordini, aut Monaſterio, ſed beneficio acquirere, non ſolùm reditus, & prouentus beneficij, ſed quæ ex induſtria, arte, labore, vel opera ſua, vel hæreditate, ſucceſſione, vel donatione acquirit. Cuius rationem reddit. *Quia eſt ab Ordine exemptus, &c, Quia non eſt ſub obedientia Ordinis, vt habetur cap. Statutum, 18. quæſt.1. & tradidit rectè* Nauar. *lib.3. conſil.1. adit. tit. de donat. conſ.6. num.1, in 2. lib.2. tit. de præſumpt. conſ.2. num.1.* Roder. *tom.2. Reg. q.47. art.7.* Azor. *lib.12. cap.10. quæſt.6.* & Sà verb. *Religio, num.64.*

Pellizar. *tom.2. p.1. tract.8. cap.4. ſect 4. q.15. num.128. citat.* fauere videtur ſententiæ Tamburini, & aliorum *num.28.* relati; ſed meo videri, potius Barth. à Sancto Fauſto fauet. Ducor: Primò, quia recitatiue ex Sanch. *lib.7. moral. c 32.* aut ex Greg. Lopez, ait, *quod loquendo de acquiſitis aliundè, quam propriis operis, aut rebus ipſiuſmet Eccleſiæ, ſemper acquirere Monaſterio: non item, quæ acquirit propriis operis, aut rebus Eccleſiæ, hæc enim acquirit Eccleſiæ.* Secundò, quia ex propria ſententia, ibidem diſtinguit, de Regulari Parocho Eccleſiæ ad Monaſterium pertinenti; aut de Parocho Eccleſiæ Epiſcopo pleno iure ſubiectæ. De primo, ait, Monaſterio acquirere, *cum maneat* (inquit) *ſubditus Prælato Regulari.* De ſecundo verò, ait acquirere propriæ Eccleſiæ, *vtpote nullam habens communionem cum Monaſterio*: nec ſubiectionem vllam reſpectu Prælati Regularis, vt ſæpè dixerat, vti vidimus, *numero 15. & 18.* 33.

Quod ſi petas, quam diſpoſitionem habeat Religioſus de fructibus beneficij ſui? Dico, ad honeſtam ſui, & familiæ ſuæ ſuſtentationem, & ad pias cauſas, non aliter poſſe diſponere, ac poteſt ſæcularis beneficiarius. Ita Lezana, 34.

tom.2.

tom.2. cap.18. num.33. Barthol.à S. Fauſto, & Frat. Eman. Roderic. *loc. cit. & qu.58. art.8.* qui addit, hanc reſolutionem locum habere non ſolum quando beneficium ſæculare eſt, ſed quando Regulare; dummodò cauſa mortis non diſponat. Et iterum addit, donare illos poſſe remunerationis cauſa. Pellizarius autem *q.16. num.129.* Leſſ.*num.94.*diſtinguunt,vti ſuprà. Si beneficium pleno iure eſt Epiſcopo ſubiectum, poteſt Religioſus beneficiarius fructus eius ita expẽdere, ſicut poteſt beneficiarius ſæcularis; ſecus verò ſi Eccleſia, cui deſeruit,eſt pleno iure Monaſterio ſubiecta, & ipſe ab illa remoueri poſſit à Regulari Prælato.

35. Imò addit Pellizarius, validè poſſe Regularem, Eccleſiæ Epiſcopo pleno iure ſubiectæ, Parochum, de fructibus beneficij prodigè,aut in illicitos vſus inſumere, ſine reſtitutionis onere,tam ex parte ipſius, quam recipientis bona prodigè, aut illicitè conſumpta, modo non habeat vllam communionem cum Monaſterio, nec ſubiectionem ad illius Prælatum,ſicut re vera non habet, vt dictum eſt, quando Eccleſia pleno iure Epiſcopo ſubiecta eſt.

36. Fundamenta Pellizarij, hæc ſunt. Primum, quia Sotus, Vaſquez, & alij Doctores, quos refert Sanch. *lib.6. moral. cap.7. num.7.* docent, Religioſum Epiſcopum factum, verum fieri Dominum reddituum Eccleſiaſticorum, inſtar Epiſcoporum ſæculariũ: quòd autem aſſerunt illi de Epiſcopo, aſſeri proportionaliter de Parocho Religioſo aſſumpto ad Eccleſiam pleno iure Epiſcopo ſubiectam, ait Pellizarius, cum par in vtroque concurrat ratio. Secundum, quia Leſſ. *lib.2. lib.41. de iuſtit. & iure, dub.15. num.113.* verſ. *Contrarium tamen*, docet cum Molina,*tract.2. diſp.276. num.5.* Religioſum eiectum, & expulſum à Religione ſi illicitè, quæ acquiſierit expenderit, nec ab eo aliquid accipientem ad reſtitutionem teneri. Quia tota commoditas interim dum viuit ita ei relinquitur, ac ſi Religioſus non eſſet, nec cuiquam curæ eſt, quomodo expendat: nam Monaſterium non cenſet res illius ſuas eſſe ante eius mortem. Quæ ratio, inquit Pellizarius etiam militat in Religioſo præfecto Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectę,& non Prælato ſuo Regulari. Ergo.

Pro eo autem, quod liceat Religioſó, ad Eccleſiam pleno iure 37.
Epiſcopo ſubiectam, aſſumpto, diſponere de fructibus beneficij ad honeſtam ſuſtentationem ſui, & ad pias cauſas,perinde ac ſæcularis beneficiarius, adducit Leſſ. *dubio 11. num.93.* Nauar. *comment.2. de regular. num.10. & 11 & tract. de rebus Eccleſ. q.3. monito 25.* aſſerentem id firmè tenendum. Primò,quia eſt ſententia Card.Zabar. à toto orbe vſu recepta, & à nemi-

ne in theoria reiecta. Secundò, quia id apertè inſinuatur *in Clementina* 2. §.*Sed & tales*, *de vita*, *& honeſt. Clericor.* vbi ponitur differentia inter Religioſum ſimplicem, & beneficiarium, quod hic abſque Superioris facultate, poſſit immediatè in opera pia impendere; non verò ille. Tertiò, quia omnis titulus Canonicus beneficij tribuit facultatem diſponendi reditus in ſui congruam ſuſtentationem, & opera pia: quia qui eſt beneficij adminiſtrator, adminiſtrator eſt etiam fructuum eius: acceſſorium enim, ſequitur ſuum principale. Quartò, quia Prælatus Regularis non poteſt fructus illos, aut illorum partem menſæ ſuæ applicare, nec imponere nouas penſiones, aut augere antiquas, vti expreſsè ſtatuitur *in Clem.*1. *de ſupplend. neglig. Prælat.* & vidimus ſuprà *num.*29. Idem docet Nauarr. *conſ.*70. *de Regularib.* de aliis aliundè acquiſitis.

38. Quæ omnia, vera eſſe docet Leſſ. *num.*94. ſi loquamur de Religioſo Parocho, qui non ſubſit Prælato Regulari, à quo in vllo alio regatur, vel de eis, quæ à Papa ſunt illi collata; non tamen de illo, qui à dicto Prælato amoueri à beneficio poteſt. Quia licèt Prælatus beneficio penſionem nequeat imponere, rationi conſonat, vt poſtquam ex illo percepit inferior ſuus fructus, quos in Eccleſiæ ſuæ commodum non erat impenſurus, poſſit ei Prælatus præſcribere expendendi modum. Adnotat tandem Leſſius, quod ſi Religioſus à beneficio amotus fuerit, non amplius adminiſtrationem habet, & ſic ſi quid ſecum ad Monaſterium attulerit, Prælati ſubeſt diſpoſitioni. Idem Garc. *Polit. tom.*1. *tract.*8. *diffic.*2. *punct.*1. *num.*12. Lezana *tom* 2. *capite* 18. *num.*28.

Septimò infertur ex doctrina tradita, Regulares hoc ipſo quod fiunt Parochi, ſiue perpetui, ſiue amouibiles, poſſe Confeſſiones ſæcularium audire, abſque vlla alia Epiſcopi approbatione, inſtar Parochorum ſæcularium, qui eas poſſunt excipere. Ita Ceſpod. *dub.*171. *num.*4. apud Pellizar. *q.*17. *num.*131. ex Trident. *ſeſſ.*23. *cap.*15. dicente, *Nullum etiam Regularem poſſe Confeſsiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopo per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat.* Cùm igitur, qui approbationem obtinet, poſſit audire ſæcularium Confeſſiones, poterit & Parochus, ſeu beneficium habens Parochiale. Sic enim verificabitur Regula 70. *In alternatiuis*, & ibi Gloſſ. *de Regulis Iuris, lib.*6. & Regula: *Quod dicitur de vno æquiparatorum, dici debet, & de alio.* Pax Iordan. *tom. de re Sacra lib.*3. *tit.*4. *n.*133. idem quod Ceſpedes tenet. 39.

Quod

40\. Quod idem, à fortiori, dicendum ſit de Prælato Regulari, cuius Monaſterium annexam habeat Parochiam, docent idem Ceſped. *dub.* 172. Baſſæus, verb *Confeſſar.* 3. *num.* 10. verſ. *Nomine verò.* Nicolaus Brauo, qui in tractat. Monaſtico, *cap.* 18. *num.* 10. ſic fatur. *Et in tali caſu, eidem Abbati Regulari, qui per ipſam Abbatiam Monaſterij, cui annexa eſt Parochia ſecularium, quaſi inueſtitur ſimul eo beneficio; denegari non poteſt, eo ipſo, habere approbationem Concilij, quæ ſit per Parochiale beneficium obtentum. Quo pacto practicatur in Monaſteriis noſtris habentibus talem Parochiam, tanquam annexam Prælaturæ.* Hucuſque ille. Id etiam, & docuit R.P. Frater Ioſeph de Carmona Magiſter generalis noſtræ Congregationis, & meus, in Conſulto quodam de hac re, pro Reuerendiſſimis Hyrachenſis Abbatibus Monaſterij, ab ipſo ſubſcripto, penes me exiſtente: & docent aſſerentes, nomine Parochiale beneficiũ obtinentis, ex mente Concilij Tridentini, venire etiam Superiora beneficia, habentia curam animarum annexam, v. g. Epiſcopatus, Archidiaconatus, Abbates, & huiuſmodi habentes curam animarum, & iuriſdictionem in foro Pœnitentiæ, & Sacramentali. Ita Suar. *in* 3. *part.* D.Thom. *tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 21. Val. Regin. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 190. Fagund. *de præcept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 41. Anton. Diana, *par.* 1. *tract.* 11. *Reſol.* 8. *in fin.* Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 257. Videatur etiam Marc. Vitalis *in ſua Arca Vitali, tit. de iuriſdict. inquiſit.* 2. *num.* 10. Baſſ. verb. *Confeſſarius,* 3. *num.* 10. Idem docet Iordan. *loco cit. num.* 134. ex Bonac. *diſp.* 5. *de Sacram. quæſt.* 7. *punct.* 3. *num.* 5. & Thom. Delbene, *de Immunit. Eccl. tom.* 2. *c.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11. *num.* 6.

Octauò infertur, Regularem præfectum Eccleſiæ Parochiali, pleno iure ſubiectæ Prælato ſuo Regulari, poſſe confiteri Sacerdoti, ſolùm à Prælato Regulari approbato; ſecùs verò ſi Eccleſiæ, pleno item iure, Epiſcopo ſubiectæ Ita Pellizar. *tom.* 2. *par.* 1. *tract* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *quæſt.* 19. *num.* 135. Ratio eſt, quia in primo caſu, remanet ſubiectus Prælatis ſuis Regularibus, priuatiuè quoad Epiſcopum niſi quoad curam animarum & Sacramentorum adminiſtrationem, in quibus Epiſcopo ſubeſt; In ſecundo verò, quia amittit actualem ſubiectionẽ Regulari Prælato, & ſubiicitur quoad omnia Epiſcopo, qui ſecundùm præſentem ſtatum eſt eius Ordinarius, debet etiam illi quoad forum pœnitentiæ ſubiici, ita vt nõ poſſit confiteri Sacerdoti ab eo non approbato, ſicut nec poteſt Parochus ſecularis, eo enim ipſo, quod amiſit exemptionem, factus eſt, quoad hoc, de eodem foro Clericorum. 41.

Hic quæri poteſt, an Regularis, 42.

aut

aut ſæcularis Sacerdos, ſemel ab Ordinario approbatus ad curam animarum, ſi ab Eccleſia remoueatur, & poſtea iterum illius ſeruitio deputetur, indigeat noua approbatione? Reſpondet Pellizarius, *tom.2. tract.8. c.4. ſect.4. quæſt.20. num.136.* quod non, *ex cap. Accepimus*, iuncta gloſſa, verſ. *Reputare, de ætate, & qualitate.* Et ſæpè ſæpius, ita egomet obſeruari vidi in aliquibus Eccleſiis Pampilonenſis diœceſis, pro quibus Reuerendiſſimus Domnus Abbas Monaſterij Hyrachẽſis deputat Vicarios, quos remouet pro ſuo libito, & iterum deputat: ipſique ſine noua Epiſcopi approbatione, deinceps ſicuti ante remotionem curam exercent.

43. Cum ſuprà dictum ſit, Religioſum aſſumptum ad curam animarum, Eccleſiæ, pleno iure ſubiectæ ſuo Prælato Regulari, eidem ipſum remanere quoad omnia ſubiectũ; aſſumptum verò ad Eccleſiam pleno iure Epiſcopo ſubiectam, eidem Epiſcopo quoad omnia ſimiliter ſubiici: Reſtat nunc videre, an Monachus præſentatus ab Abbate, & ab Epiſcopo inſtitutus pro cura Eccleſiæ, ita annexæ Monaſterio, vt debeat à Religioſo eius adminiſtrari, Abbas tamen non poſſit cõferre, ſed ſolùm præſentare vnum ex ſuis Religioſis, & inſtitutio debeat ab Epiſcopo fieri, remaneat Prælato Regulari; an verò Epiſcopo ſubiectus.

Sed pro maiori rei intelligentia, 44.
adnotare operæ pretium duxi, multis modis Eccleſiam, aut beneficiũ poſſe ad aliquem pertinere, atque adeò ad Monaſterium, & eius Prælatum. Primò, tanquam ad Patronum, & ſic Patronatus illius actibus, ratione cuius habet ius præſentandi eum, qui in beneficio inſtituendus eſt, ſiue ille ſit ſæcularis, ſiue Regularis, ad Monaſterium pertinet, ſimul cum cenſu impoſito ſuper fructibus, aut redditibus Eccleſiæ ad Monachos pertinentis, ipſis ſoluendo, iuxta *cap. Sanè, el 6.* iuncta gloſſa, verſ. *Temporalibus, 16. quæſt.1.* Ita tamen quod ſi habeat ius præſentandi vnum ex ſuis Monachis, dicatur habere Patronatum actiuum, ſimul ac paſſiuum, vt Leſſij verbis vtar, *lib.2. de iuſt. & iure, cap.41. de ſtatu religioſ. dub.12. num.98.* verſu, *Sed quid dicendum.* De quo Patronatus iure; & penſione Monaſterio, à Monacho, in beneficio inſtituto, ſoluenda, eſt text. expreſſus *in Clementina vnica, Quia Regulares, de ſupplend. neglig. Prælat.* & *Clem. Frequens*, ibi. *Præſentatos per exemptos, de exceſſib. Prælat.* & colligitur *ex c. In Lateranenſi, 21. de Præb. & dignit. ex c. Cùm & plantare, § In Eccleſiis, de priuileg.* Gloſſ. *in Clement. 1.* verſ. *Ius præſentandi, de iure patronat. & c. Suſcepti, 1. de Præb. & dignit. in 6.*

Secundò poteſt Eccleſia, & be- 45.
neficium ad aliquem pertinere, ratione:

tione vnionis ad ſolum titulum, & gubernationem, ſeu regimen temporale, ſine vſu alicuius ſpiritualis iuris. De qua vnione *Clem. Quia Regulares*, ibi: *Ad eorum diſpoſitionem ſpectantia cum vacant*: & ibi: *applicent menſis ſuis*: iuncta gloſſ. verb. *Diſpoſitionem*, & verb. *De menſa, de ſupplend. neglig. Prælat.* & gloſſ. *in Clem. Frequens*, verb. *Ad menſam*, ibi. *Per quod patet, quod in Eccleſia annexa quoad temporalia, inſtituitur Rector, vel Vicarius perpetuus. De exceſſib. Prælat.* Rebuff. *Prax. benef. part.* 1. *tit. de Vicarij perpet. num.* 1. *& 6.* Mena *variar. qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 2. *§.* 2. *concluſ.* 1. *nu.* 16. Ricc. *in Prax. variar. reſol. reſol.* 293 *concl.* 1. Garc. *de benef. par.* 11. *c.* 2. *n.* 3.

46. Tertiò, pertinere poteſt iure pleno ſimpliciter, & abſoluto, cum iuriſdictione pro vtroque foro, animæ, & contentioſo, cum facultate excommunicandi, ius dicendi, &c. Quo pacto, prout de iure, omnes Eccleſiæ pertinent ad Epiſcopum diœceſanum. De hoc modo, gloſſ. *in d. Clem. Frequens*, & *in Clem. Monaſteriorum*, verb. *Proprij*, *la* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Mena, *concl.* 3. *n.* 20. Ricc. *n.* 4. *concl.* 3. Sayr. *de cenſ. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 22.

47. Quartò, iure pleno; non abſoluto, & ſimpliciter, cum iuriſdictione contentioſa; ſed ſolùm in foro pœnitentiæ, & Sacramentali, quoad curam animarum, & quoad ea, quæ ad dictam curam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus. De quo Ricc. *concl.* 4. Mena, *concluſ.* 4. *num.* 21. Et hæc eſt vnio ad menſam, ſeu quo ad ſpiritualia & temporalia, de qua Gloſſ. *in Clem. Frequens*, verb. *Ad menſam, de exceſſib. Prælat.* ibi: *aut pleno iure ſpectat ad illum quoad ſpiritualia, & temporalia.* Et *c. Cùm & plantare, §. In Eccleſiis*, iuncta gloſſ. verb. *Pleno iure*, & *cap. Quoniam, in fin.* iuncta gloſſ. verb. *Vtroque iure*, 3. *&* 21. *de priuil. cap. Abbates*, iuncta gloſſa, verb. *Pleno iure, eod. tit. in* 6. *Clem. Quia Regulares*, verſ. *Præmiſſa*, & gloſſ. verb. *de menſa*, 1. *de ſupplend. neglig. Prælat.* Hoſtien. *in Summ. lib.* 3. *Tit. Ne Sede vacante, num.* 5. Garc. *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 3. 4. *&* 6. Sayr. *in theſauro, ſeu de cenſur. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 22. Eman. Roder. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 17. *art.* 12.

Nota tamen, benè poſſe Eccleſiam aliquam pleno, ſiue vtroque iure, id eſt quoad ſpiritualia, & temporalia, pertinere ad Monaſterium, & illi eſſe ſubiectam, etiam ſi Epiſcopus aliqua temporalia ex ea recipiat, & ei etiam ſubiiciatur quoad viſitationem, correctionem, & procurationem. Ita gloſſ *in cap. Cùm Venerabilis, in Summa*, & verb. *Cauſa correctionis*, 21. *de cenſibus*, & *in c. Quoniam*, verb. *Vtroque iure*, 21. *de Priuilegiis.*

Alium quintum modum exprimit ipſa gloſſ. *in Clem. Frequens*, 48. quo aliquæ Eccleſiæ, iure pleno

ſubiectionis, ſpectat ad Religioſos, à quibus Rectores talium Eccleſiarum inſtitutionem, & deſtitutionem recipiunt, & ab illis viſitantur etiam quoad temporalia. Quem modum diſtinctum puto, ab eo, quem tertio aſſignaui loco, *num.*46. Quia Clem. illa ſupponit Religioſos quamuis exemptos, ab Epiſcopis diœceſanis variè vexari: & ſic huiuſmodi vexatos non habere iuriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi; quare gloſſa videtur illam excludere quando dictum ius plenum ſubiectionis ibi Religioſis attribuit. Et in eodem accipio ſenſu, declarationem Sacræ Congreg. Concilij, quam refert Barboſa, *collect.*52. *num.*46. *Apoſtol. deciſ.* ex Stephan. de Aluin, *de Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum poteſtate, cap.*14. *num.*1. *in fine.* Declarat, enim, *Parochiales vnitas Monaſteriis, quæ iuriſdictionem habent, Ordinarij viſitare poſſunt perſonas, tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent, in his quoque Parochialibus poſſunt: deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodò approbati ſint ab Epiſcopis.* Et deciſionem, quam idem Barb. *num.*47. refert ex Armend. *in addit. ad recop. Legum Nauarræ, lib.*1. *tit.*6. *de Viſit. l.*5. §.2. *num.*88. *Parochiales omnes ſuæ diœceſis poteſt Epiſcopus viſitare in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, licèt Eccleſiæ ſint Regularibus ſubiectæ, ſiue etiam ſi ſint Eccleſiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per Sacerdotes ſæculares.* Demùm ex Trid. *ſeſſ.*25. *cap.*11. *de reformatione*, idem conuincitur, ſiquidem excludit à viſitatione Epiſcopi, Eccleſias illas in quibus Superiores Regulariũ *iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent.* Hic quintus modus pleni iuris, quo Eccleſia ſpectare, pertinereque poteſt ad Prælatum, Capitulum, aut Conuentum.

Quibus adnotatis, dico cum Leſſio, *dubio* 12. *num.*98. verſ. *Sed quid, cit.* Religioſum præſentatum à Prælato ſuo Regulari, & ab Epiſcopo inſtitutum Parochum Eccleſiæ, in qua Monaſterium ſolùm habet Patronatum actiuum, & paſſiuum, eximi à Prælati Regularis iuriſdictione, & Epiſcopo ſubiici. Ratio eſt, quia Eccleſia illa non eſt pleno iure Monaſterio ſubiecta, ſed ſolùm quoad ius Patronatus actiuum & paſſiuum, id eſt, vt Monaſterium præſentet, & præſentetur. Vnde cum Prælatus Regularis nõ poſſit conferre, non poterit auferre. Ita Leſſ. cum Nauarr. *in cap. Non dicatis, num.*7. Duas tamen exceptiones tradit Leſſ. primam, in caſu, quo fuerit in annexione, vel inſtitutione conſtitutum, vt Superior Regularis retineat iuriſdictionem in Religioſum præſentatum ſic, & inſtitutum. Secũdam, in caſu præſcriptionis quadragenariæ. Si enim per 40. annos, bona fide 49.

fide ſe geſſerint Superiores Monaſterij, tanquam Superiores illorum Parochorum, & ipſi Parochi tanquam ſubditos Superiorum præfatorum, & nemo ſe oppoſuerit, remanebunt dicti Parochi ſubditi Prælato Monaſterij. Conſuetudo enim dat iuriſdictionem, *c. Cùm contingat*, & ibi gloſſ. verb *Vel conſuetudine*, *el* 13. *de foro compet. cap. Duo ſimul*, & gloſſ. verb. *Conſuetudo*, 9. *de Offic. Ordin. Can. Conqueſtus*, & ibi gloſſ. *eod. verb.* 9. *quæſt.* 3. Gloſſ. *in cap. Dilecti*, verb. *Conſuetudinem*, *el* 4. *de Arbitris*. Layman. *de iuriſdict. Ordin. q.* 54. *inter Canon.* Pax Iordan. *vol.* 3. *lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 4.

50. Eandẽ doctrinam, docuit Sanch. *lib.* 6. *oper. mor. cap.* 6 *num.* 36. Baſſæus, verb. *Religio*, 1. *num.* 9. & alij aſſerentes, quod quando beneficium Curatum regulare ſubeſt Monaſterio iure pleno, poteſt Religioſus illi deſeruiens ad nutum remoueri Superioris; ſecùs ſi non ſubſit pleno iure, quia eo ipſo quod habet curam animarum, conſtituitur beneficiarius authoritate Epiſcopi, cuius eſt animarum curam committere. Et ſub iure pleno intelligunt, ſubiectionem quoad ſpiritualia, & temporalia. Adduntque. Si Eccleſia eſt ſubiecta quoad tẽporalia ſola, eximitur Religioſus Parochus à ſubiectione Abbatis, quoad ſpiritualia; ſi autem quoad ſpiritualia, & temporalia eſt illa Abbati ſubiecta, & Parochus ei plenè erit ſubiectus. Si denique Eccleſia nullatenùs Prælato Regulari ſubiecta ſit, eximitur abſolutè ab obedientia Prælatorum Ordinis Religioſus illi præfectus. Idem docent Roderic. *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 34. *art.* 6. alter Roderic *reſol.* 15. *num.* 58. *fol.* 139. Hier. Garc. *tom.* 1. *Polit. tract.* 8. *diffic.* 2. *punct.* 1. *nu.* 12. in quo caſu obedire debet Epiſcopo, cui Eccleſia illa eſt ſubiecta, quia ſuus Abbas eſt. Sufficitur enim in locum Abbatis, qui habebat iuriſdictionem in huiuſmodi Monachum. Rota *in vna Montis Regalis iuriſdictionis*, 27. *Nouembris de anno* 1606. coram Coccino Decano, inter eius impreſſas, *la* 316. *n.* 1. ex Ioann. Andr. Hoſtienſ & aliis, *in cap. Cauſam quæ*, *el* 1. *de iudic.* Et in alia *Montis Regalis iuriſdictionis*, 27. *Iun.* 1607. coram eodem Coccino, *la* 360.

51. Sed dices, Regularis incapax eſt beneficij ſæcularis, quia beneficia ſæcularia, ſæcularibus; regularia, regularibus conferenda ſunt, vt diximus *ſuprà num.* 1. & latius *par.* 4. *q.* 1. *ſect.* 2. *num.* 34. Ergo inutilis diſtinctio, & doctrina tradita de Religioſo præfecto Eccleſiæ Parochiali pleno iure Epiſcopo ſubiectæ. Huic obiectioni fiet ſatis *p.* 4. *q.* 1. *ſect.* 4. *num.* 34. *& ſeqq.* Quare pro nunc dico, quod cum incapax non ſit Religioſus, beneficij ſæcularis, ratione profeſſionis, cum nulla id probari poſſit, vt benè inquit Pellizarius, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8.

*cit. cap.*4. *ſect.*4. *num.*104. & quælibet prohibitio Apoſtolica, ſi vlla eſt, poſſit per ipſius reuocationem, aut diſpenſationem auferri, inutilis vtique non eſt diſtinctio, nec doctrina à nobis tradita.

DIVISIO II.

1. Diuiditur ſecūdò beneficium, tam Regulare quam ſæculare in duplex, & ſimplex. *Duplex beneficium eſt, quod eſt qualitate aliqua iuris affectum, nempè iuriſdictione aliqua in Clerum, vel adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum, vel locali aliqua praeminentia.* Ex quo fit quadruplex eſſe beneficium duplex. Primum eſt, ſimplex *curatum*, quod curam habet animarum annexam: quia iuriſdictionem habet, & poteſtatem adminiſtrandi Sacramenta ſuis Parochianis Clericis, & laicis. Secundum eſt *dignitas*, quod aliquando dictam iuriſdictionem in foro Sacramentali habet, licèt non ſemper; habet tamen ſemper iuriſdictionem in foro externo. Pax Iordan. *vol.*2.*lib.*8.*tit.*2.*num.*47. Tertium, eſt *officium*, quod caret iuriſdictione tam in foro interno, quam externo, & contentioſo; habet tamen rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem. Quartum denique beneficij duplicis genus, eſt *Patronatus*: qui ſcilicet iuriſdictionem in neutro foro habet, nec adminiſtrationem; habet autem eminentiorem Sedem, & locum in Capitulo, Choro, & aliis locis, reſpectu aliorum, qui in Conuentu, aut Eccleſia ſua tali, aut maiori præminentia carent. Quo ex capite Parochus perſonatum habet. Mallettus, *tom.*1. *de Sacram. Malleatione* 45. *Bractea* 9. Reliqua verò beneficia, quæ aliquam ex his qualitatibus non habent; ſimplicia ſunt. Ita Tambur. *tom.*3. *de iure Abb. diſp.*9. *q.*3. Laym. *lib.*4 *tract.*2.*cap.*4.*nu.*4. Palaus, *par.*2. *tract.*13. *diſp.* 1. *puncto* 2. *num.*3. Baſſ. V. *Beneficium*, 1. *num.*3. Leſſ. *de iuſtit. & iure, lib.*2. *cap.*34.*dub.*2. Vide etiam Pac. Iordanum, *volum.*2. *de re beneficiaria, lib.*10. *tit.*8. *à n.*1. *ad* 8. & Viuian. *lib.*1. *cap.*1.

Ex beneficiis duplicibus, quædam ſublimia, ſeu maiora, v.g. Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatia, ſiue ſæcularis, ſiue Regularis, & Prioratus in Eccleſia Regulari, aut Collegiata Eccleſia, qui in vtraque eſt principalis Prælatura, & habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vti ex Ioann. Selua *in tract. de benefic. q.*2.*nu.*53. Hojeda *de incompatibilit. benefic. par.*1.*cap.*6.*num.*6. & Flam. Pariſio, *de reſignat. benefic. lib.*3. *q.*1.*n.*100. & duobus ſequentibus, docet noſter Tambur. *tom.*1.*diſp.*13.*quaſt.*1. *à num.*17. *qui num.*20. addit, idem dicendum eſſe de aliis Prælatis Epiſcopo inferioribus, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus: eadem enim (inquit) ratio militat. 2.

litat. Quod autem de Priori Conuentuali aſſerit, id intelligendum, omninò eſt, de Priore, qui toti præſit Conuentui. Leſſ. *loc. cit. num* 9. idem addens, eodem modo eſt intelligendus. De quo *infrà Diſquiſitione Paſtorali*, redibit ſermo. Vide Viuian. *lib.*1.*cap.*1.*num.*76. Garc. *de benef. part.*1. *cap.*6. *num.*2. & Zechium *de benefic. & penſion. capite* 1. *num.*10.

3. Quædam autem ſunt media, vt reliquæ dignitates, præter numero præcedenti numeratas, & præter Perſonatus, & Officia. Layman. *loc. cit.* Media autem ſunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, & ſimilia, quæ infima appellantur à Pace Iordan. *lib.*10. *tit.*36.*nu.*6. *de benefic.* quia ibi Curatus non fuit memor.

4. Curatum igitur, infimum genus duplicium beneficiorum eſt; quod aliud eſt curatum habitu tantum, & non actu, quod & ſi olim curam habuit, hodie populo caret; aliud vero habitu, & actu curatum eſt, cui nimirum cura incumbit animarum, & Parochialia. Iord *vol.*2. *lib.*10.*tit.*8.*n.*3. & 4.

5. Cura animarum, de qua docet Barb. *De Poteſt. Parochi part.*1.*c.*1. *num.*47. nihil aliud eſt, quam poteſtas Sacramenta adminiſtrandi, dupliciter conſiderari poteſt, vt idem Barb. *loco cit. & de poteſt. Epiſcop. part.*3. *allegat.*57. *num.*163. Trullench *tract. de Parocho, cap.*2. *num.*10. Viuianus, *in Praxi Iuriſpatron. part.*1 *lib.*2. *cap.*7. *num.*18. *& ſequentibus*, Maſcard. *de probationibus*, *vol.*1. *concluſ.*469. *num.*1. & 2. Caſpenſis, Rot. *in vna Recanaten. Parochialis*, 20. *May* 1577. coram Cantuccio, quam habes *infrà, deciſ.*1. Gloſſ. *in extrau. Excerabilis*, verb *Curam animarum*, & alij docent: Vno modo ſtrictè, & propriè, pro cura Pœnitentiali, quæ in foro animæ exercetur, ex vi cuius eam tenens, tenetur quantum eſt ex parte proprij muneris, Confeſſionem Sacramentalem audire, & alia adminiſtrare Sacramenta eis, qui illa ab ipſis ſuſcipere tenentur. Quod ſanè intelligendum venit, in caſu, quo poteſtatem illam ordinariam habeat, ſeu ratione proprij muneris, & officij, non autem ex delegatione ordinariam illam habentis, iuxta ea, quæ tradit Gloſſa verſ. *Impendant*, *in Clem. Dudum*, *de Sepultu.* In hac acceptione intellexit *curam*, & *curatum* Marc. Vitalis, *in ſua Arca Vitali*, *tit. de Simonia*, *inquiſit.*2. *numer.*2. *in fine.* Dum dixit, beneficium curatum dici illud, quod aliqualem adminiſtrationem, & iuriſdictionem in foro conſcientiæ exercet Notanter dixi: *quantum eſt ex parte proprij muneris*: quia ſæpè liberatur ab hoc onere, quia per Vicarios illi fit ſatis.

6. Secundò ſumitur cura animarum impropriè, & lato modo, pro cura, ſeu poteſtate circa correctionem morum in foro iudiciali ex-

terno,& contentioſo. In qua acceptione, omnis habens iuriſdictionem viſitandi iuriſdictionaliter, excommunicandi, & alia, ad morum correctionem pertinentia cõtentiosè, exercendi, curam habet animarum. Ita Io. Maſcard. Barb. & Trullench, *locis citatis*, Azor *in inſtit. part.2. lib.3. cap.12. quæſt.5.* Petr. Binsfeldius, *in Enchirid. par.4. de benefic. cap.3. §.4. concluſ.3.* Gloſſ. *in Extrau. Execrabilis*, propè finẽ, verſ. *Nec non, la 4. de Prabend. & dignitatib.* curæ animarum, in hac, & priori meminit acceptione, tam verſ. *Animarum cura*, quam verſ. *Viſitare*, & *Nec non. Contentioſa eſt* (inquit Marc. Vidal. *tit. de iuriſdictione, inquiſit.1. num.4.* ex Doctoribus loquens de iuriſdictione cõtentioſa,) *Quæ habet contradictionem, & exercetur cum ſtrepitu iudiciali inter contendentes: & ad hanc pertinet, percipere, punire, cauſas definire, & huiuſmodi.*

7. Cura animarum in prima, & propria ſignificatione, ſeu acceptione conſiderata, ſubdiuiditur in *habitualem*, & *actualem*. Hæc, in actuali curæ exercitio conſiſtit; illa verò in iure, & habitudine ad dictum exercitium: quæ multiplex, diuerſimodaque paſſim inuenitur. Habitualem ſiquidem ſine exercitio habet Parochus ille, cuius Parochiani Eccleſiam eius deſeruerunt, & alio commigrarunt ob peſtem, bellum, ſterilitatem, aut captiuitatem, vt benè Azor *loco citato, quæſt.6.* Eandem habet, qui Eccleſiam ſibi, aut ſuæ dignitati vnitam habet, ſolùm quoad Titulum, & ius perpetuum gubernandi Eccleſiam, ſeu beneficium, & eius bona, de quibus ſolùm percipere poteſt, quæ ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus remanent, non tamen adminiſtrat Sacramenta Parochianis, nec aliis vtitur ſpiritualibus iuribus, vti docent Flores de Mena, Riccius, Rebuff. & Garcia, *locis num.45. diuiſion.1. huius §. citatis.* Habitualis etiam ait Trullench, *cap.2. de Parocho, num.11.* quæ penes aliquem eſt, ratione alicuius beneficij in fieri, ſed non in facto, quia executionem poteſtatis non habet (ait) vel defectu tituli ſpiritualis iam extincti per vnionem acceſſoriè factam, vel quia priuilegio, ſeu conſuetudine leuatus fuit onere exercendi actu.

Ita Trullench, ſed bona eius venia, minus benè, quatenùs ſolam habitualem tribuit curam defectu tituli ſpiritualis iam extincti per vnionem acceſſoriè factam; niſi loquatur de eo, qui renuntiauit beneficio Parochiali, aut illo fuit priuatus, quod poſtea alteri fuerit vnitum. In vtroque enim iſtorum caſu, verum eſt fuiſſe quoad illum Parochum extinctum titulum, imò & in vnionis caſu, ſecuto tamen vnionis effectu; minimè verò abſolutè extinguitur per vnionem, cum transferatur beneficium cum ſuis iuribus, & titulo in eum, cui illud 8.

lud vnitur, vti videbimus *part.2. de vnione, quæſt.6. num.3. 5. & 6.* Et in omni euentu, Parochus, aut Curatus, nec actu, nec habitu quidem, ille dici poterit, poſt renuntiationem, aut priuationem beneficij poſtea vniti, cum non habeat poſt renuntiationem, aut priuationem ius, aut habitudinem ad exercitium.

9. Vnde quãdo ipſemet Trullench, & alij docent, quod quando Papa vnit aliquod beneficium alicui cõmunitati, penes Rectorem principalem (ipſam ſcilicet communitatem, aut eius caput) ſolùm remanet cura habitualis, & actualis in Vicarium transfertur omninò, ita vt principalis, ſuppreſſo Vicario, nullo modo poſſit ſe ingerere in exercitio curæ animarum; ſuſtineri non poſſunt, ſi vnio fuit facta ad menſam, ac per conſequens quoad ſpiritualia ſimul & temporalia; benè tamen ſi quoad temporalia ſolum, & titulum, vel quoad Patronatum fuit facta, de quibus *ſuprà diuiſ.1. num.44. & 45.* diximus, *& in hac num.7.* & rurſus dicam *q.2. de vnione.*

10. Ratio prioris eſt, quia per vnionem acceſſoriam ad menſam Prælati, aut Conuentus, ſeu Capituli factam, acquirit Prælatus, Conuentus, ſeu Capitulum curam, non ſolum in habitu, ſed etiam in actu, & in exercitio, ita vt ipſe ſit verus Rector, & Parochus, Vicarius autem, non poteſt ſic nominari, ſed Capellanus, vt benè dicunt Flores de Mena, *variar. quæſt. lib.1. quæſt.10. art.2. concluſ.4. & num.14.* Riccius, *in Praxi variar. Reſol. Reſol.293. concluſ.4.* & verſ. *Secundò facit.* Et iuxta hanc doctrinam, intelligi debet idem Ricc. *tom.3. Reſolut quotidianar. Reſol.388.* dicens, quod dignitas, cui eſt vnita Parochialis, tenetur deſeruire per Vicarium perpetuum, qui dicetur Rector curæ, quia cura actualis (inquit) auffertur Rectori, & transfertur in Vicarium perpetuum. Loquitur de vnione, quæ de menſa non fit.

Vnde Eccleſia ad menſam alicuius vnita acceſſoriè, dicitur ad illum pleno iure quo ad ſpiritualia, & temporalia ſpectare, vt vidimus *diuiſ.1. num.47.* quod non eſſet verum ſi ad illum non pertineret cura in actu, ſicut reuera pertinere pluries declarauit Sacra Rota, cuius nonnullas deciſiones, & ſententias referam, vt veritas à nobis aſſerta, illuſtrata euadat. Sed prius adnotare libuit pro ſaniori illarum intelligentia, cum Barb. *de Poteſt. Parochi, part.1. lib.1. num.77.* quod cum ſit mentio curæ ſimpliciter, de actuali, non verò de habituali eſt intelligenda, vt in terminis (ait) tenet Capra *Communium concluſione 90. num.78.* & fuit deciſum *in Vincent. Prioratus, 2. Martij, 1622.* coram Manzanedo. Quocirca Ricc. *tom.3. Reſolut. rerum quotidianarum, Reſol.388.* ait, *Vnde curam animarum quis habere dicitur principaliter* 11.

cipaliter propter exercitium, vt eleganter Probus in additionibus ad Monachum, in Capite Super eo, n.17. de Prabend. lib.6. poſt Anchar. Cardin. & Abbatem in Capite Poſtulaſti, de Prabendis. Hæc Riccius.

12. Viuianus item, *in praxi Iuriſpatronat. part.1. lib.2. cap.7. num.37.* ita ad rem fatur. *Non dicitur curatum beneficium, nec tanquam tale regulatur, quod non eſt actu curatum, ſed habitu. Abbas in cap. de multa, num.24. de Prab. Syluester in Summ. verb. Beneficium, 4. quaſt.4. verſ.2.* Hucuſque Viuianus, qui num.17. dixerat *Non dicitur Parolis Eccleſia, ſeu curata, nec tanquam talis regulatur illa, qua actu non eſt curata, ſed tantum habitu.*

13. Rebuffus idem inſinuat *in praxi benefic. tit.* de non promotis intra annum, &c. *num.65.* dum dicit. Si *Collegium committat curam duobus, neuter curam habebit, ſed tantum cura exercitium: & cura penes Collegium erit, & non apud ſingulos, cap. Irrefragabili, §. exceſſus, de officio Ordinarij, argum. l. In tantum, § Vniuerſitatis, ff. de rerum diuiſ.* Vnde quæ de hoc ipſo auctore, & aliis nonnullis *p 4. q.1. ſect.4. nu.7.* afferam. Quod autem dicit Rebuffus non eſſe curam apud ſingulos Collegij, intellige iuxta dicta *ſup. diuiſ.1. n.4. & 5.*

14. Quo igitur adnotato coram Cardinali Seraphino, *deciſ.1304. 14. Decemb. de anno 1598. Fuit concluſum curam Eccleſia Parochialis de Stella reſidere penes Abbatem de Hyrache.* Plures, pro firmanda hac reſolutione, adducit probationes, reſpicientes quidem in vnionem ad menſam, qua Eccleſia illa vnita fuerat Abbati, & Conuětui Hyrachenſi; quia vtique donata illis fuerit cum omnibus decimis, primitiis, & oblationibus, eidem Eccleſiæ pertinentibus. Quod perceperit fructus Monaſterium, & certam Vicario portionem aſſignauerit. Quod Vicarius non ſit perpetuus, ſed amouibilis. Quod corā dicto Abbate præſentent Vicarium amouibilem. Quod coactus fuerit Abbas augere ſeruitium Vicario, & aſſignare congruam. Quæ omnia ſigna ſunt vnionis ad menſam Abbatis & Conuentus, & penes eos curam dictæ Parochialis reſidere.

Hanc doctrinam ſequutus eſt 15. Baſſæus, verb. *Vicarius, num.5.* vbi docet, quod Vicarius perpetuus, habet curam animarum indiſtinctè quoad omnem effectum, & quoad exercitium, ſi percipit decimas, primitias, & oblationes debitas ratione curæ, & tunc, addit, per modum cuiuſdam iuris & habitu eſt apud principalem, ſeu Prælatum, cuius eſt Vicarius, percipientem certam portionem ſibi aſſignatam; *Si verò è contrario,* (ait) *tunc cura, & rei vendicatio fructuum ſpectat ad principalem.* Cura quidem, non quoad habitum tantum, quia in hac acceptione, illam

illam etiam habere aſſerit, quando Vicarius percipit fructus : ergo quoad exercitium illam habere Prælatum docet, quando percipit ipſe fructus.

15. In alia, coram Litta, *Vlisbonen.* 2. *Decembr.* 1605. apud Farinac *par.* 2. *deciſ ſelectar. tom.* 3. *deciſ.* 153. in qua præcedens Seraphini allegatur, deciditur, Eccleſiam B Mariæ de Alcobatia, ita ſpectare ad Monaſterium de Alcobatia, vt non ſit pro ea locus concurſui Quia eſt de illius menſa. Nominat Monanaſterium, & Epiſcopus approbat. Quia Monaſterium percipit decimas dictæ Eccleſiæ, hæc dicitur de menſa illius, & dominium, & curam Eccleſiæ habitu penes Monaſterium eſſe, & reſidere; penes Vicarium verò, exercitium, apud quē cum fuerit amouibilis, non poterat cura reſidere. Quod Vicaria in perpetuam erigatur, non ſufficit ad hoc vt per concurſum inſtituatur, ſi Eccleſia ad menſam remaneat annexa, quia remanet cura penes Monaſterium. Nec per erectionem in perpetuam, transfertur cura in Vicarium, ſi aſſignatur certa portio Vicario, & reliquum Abbati, aut Monaſterio reſeruetur. Et concludit, quod in dubio, huiuſmodi erectio intelligi debet, vt minus præiudicet Monaſterio, quam ſit poſſibile: quare etiam ſi dicatur Eccleſiam erigi in Vicarium perpetuum, & beneficium curarum, inferri non debet ad curæ tranſlationem in Vicarium, cum hæc verba verificari poſſint ratione exercitij, & oneris adminiſtrationis Sacramentorum Vicario perpetuo incumbenti: nec ex deputatione Vicarij perpetui Eccleſia deſit eſſe de menſa. Hæc omnia in dicta deciſione.

In altera *Vlisbonen. Iuris conferendi* 13. *Iunij de anno* 1607. coram Card. Lancellotto, apud Farinacium 2. *part. deciſ. ſelectarum, tom.* 3. *la* 204. ex eo quod Abbas percipiebat decimas, cum aſſignatione congruæ pro Vicario ab eodem Abbate præſentando, infert Rota, curam penes Abbatem reſidere principaliter, & ad illius exercitium tantum Vicarium deputari, & Eccleſiam eſſe de Abbatis menſa. Et idem fuiſſe deciſum in præcedentibus coram Seraph. & Litta, & in alia *huius cauſæ Vlibonen.* coram ſe ipſo, 7. *Februarij eiuſdem anni* 1607. aſſerit idem Lancellotus. Idem aſſerit, Abbatem præſentare Vicarium, non ſolum ratione iuriſpatronatus, ſed ratione ſubiectionis, & annexionis. Quod idem eſt ac dicere, ratione Parochi, vt in ſimili decidit Rota in cauſa Parochialis de Stella, *de qua num.* 18. 16.

In altera *diuerſæ cauſæ Vlisbonen.* 1. *Iunij de anno* 1615. coram Remboldo, apud Farinac. 2. *part. tom.* 4. *deciſionum, deciſ.* 710. ſupponitur in primis, quod quotieſcumque transfertur in Vicarium totalis cu-

ra, quoad exercitium ſcilicet, & habitum,ſit locus concurſui,& deciditur illi, in cauſa de qua agebatur, non eſſe locum: quia non ſuſtinere videbatur, quod in propoſito toralis cura in Vicarium tranſlata eſſe probaretur. Quia effectus vnionis eſt, vt Eccleſia acceſſoriè vnita alteri,ſupprimatur & efficiatur illius prædium: ita vt Rector Eccleſiæ, cui fuit vnita, Rector ſit & vnitæ; & cura beneficij vniti, reſideat habitu penes illum, licet exerceatur actu per Vicarium. Et cum appareat beneficium de quo agebatur fuiſſe perpetuo vnitum Canonicatui Eccleſiæ Vlisbonenſis, neceſſariò ſequi videbatur, quod omne ius tam ſpirituale, quam temporale eiuſdem beneficij, fuerit in Canonicatum tranſlatum.

Nec poteſt dici in vnione fuiſſe præſeruata Vicario cura habitualis, & actualis: quia nec in ea hoc legitur, neque poteſt colligi ex eo quod aſſignata fuit certa portio Vicario perpetuo per quem cura dicti beneficij erat exercenda, cum potius id ſignum euidens ſit penes eum non reſidere curam habitualem, ſed penes Canonicum. Tunc autem penes Vicarium eſt totalis cura, quando ipſe omnes beneficij fructus percipit,certa portione Canonico aſſignata. Hoc vero ſimul cum vnione ſtare non poteſt, cum illi repugnet, ſed cum fructuum diſmembratione.

Et infrà ait, quod ad hoc vt ſit locus concurſui, non debet inſpici an Vicarius ſit perpetuus,vel amouibilis ad nutum, vt fuit deciſum in præcedenti *deciſ. Vlisbonen.* coram Lirra, quam citat, & firmare, ait, Cardinal. *Clemen.1 num.10. de Offic.Vicarij.* dum in ſpecie inquit, etiam quod Eccleſia vnita per Vicarium perpetuum regatur:nihilominus cura per modum cuiuſdam iuris, & in habitu,eſt apud principalem. Hæc, & alia ibi, quæ noſtram corroborant doctrinam, quã etiam tuentur Gauant. verb. *Beneficium, num.52.* & Barb. *de Poteſt. Epiſc. alleg.58. num.32.* vbi ait Vicarias perpetuas vnitarum Eccleſiarum concurſu non conferri, niſi in Vicarium transferatur non ſolùm exercitium curæ, ſed etiam cura.

Pro cuius rei vltima, & efficaciſ- 17.
ſima probatione, in medium proferam verba Rotæ, in ſententiis executoriatis in eadem cauſa, qua coram Cardin. Seraphino declarauit anno 1598. curam Parochialis de Stella penes Abbatem de Hyrache reſidere, vti vidimus *num.14.* ipſam deciſionem, luce meridiana, clariorem facientia. Sic enim ait Rota in prima definitiua ſententia, per duas conformes ſubſecutas confirmata. *Nec non declaramus prædictum Abbatem, & Præſidentem ac alios, qui pro tempore fuerunt, & erunt prædicti Monaſterij, fuiſſe, & eſſe legitimos, & veros Re-*

ctores

ctores prædictæ Eccleſiæ Parochialis: & illam fuiſſe, & eſſe vnitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare, & prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterij, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochiali exiſtentia, fontem baptiſmalem, & Reliquias, Miſſam maiorem, ſeu popularem celebrare, ac omnia alia iura Parochialia exercere. Quid clarius? Nihil vtique.

18. Poſt quas quidem ſententias, in noua cauſa Vicariæ eiuſdem Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella, aliæ tres ſententiæ conformes fuerunt à Sacra Rota declaratæ & debitæ executioni traditæ, anno 1654. per Vicarium Generalem Pampilonenſem, tanquam Iudicem executorem delegatum Apoſtolicum: ſequentis tenoris. Videlicet. *Pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus ius nominandi, ſeu deputandi, & ſeu eligendi Vicarium pro Eccleſia Parochiali Sancti Ioannis oppidi de Stella, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere libere, & pleno iure ad ſupradictum Abbatem Monaſterij B. Mariæ de Hyrache, tanquam Patronum, & Parochum eiuſdem Eccleſiæ, dictumque ius nominandi, ſeu deputandi Vicarium fore, & eſſe illi adiudicandum eidem Abbati dicti Monaſterij, prout adiudicamus, & pro adiudicato haberi volumus, & mandamus.* Notentur verba: *tanquam Patronum, & Parochum*, quæ ſimilia ſunt iis, quibus eadem Rota vſa fuit *in Vlisbonen.* de qua *ſuprà numero 16.*

Ex altera *Vlisbonen.* de qua *n.*15. conuincitur, contra Reginaldum, *in praxi, lib.*30.*tract.*1 *cap.*8.*ſect.*4. *num.*52. & Azor *part.*2 *lib.*3 *cap.*6. *quæſt.*2. (dicentes, *quod quando quis habens beneficium Parochiale ſibi vnitum, conſtituit Vicarium perpetuum, liberatur ab onere in eodem per ſeipſum ſeruiendi: quia tota cura, & onus in Vicarium perpetuum transfertur,*) non transferri quidem totam curam, nec curam abſolutè prolatam, ſed nudum tantum illius exercitium, ſi beneficium ſuæ menſæ habet vnitum. Cauſalem igitur iſtorum Doctorum negamus: & doctrinam in illa contentam, ex dicta impugnamus Rotali deciſione; ſed quod liberetur ab onere per ſeipſum ſeruiendi, qui conſtituit Vicarium perpetuum, libenter tanquam veriſſimum amplexamur, quia *quando quis legitimè duas, aut plures Eccleſias habet, in quibus ſeruire, commorari, & reſidere nequit, inſeruit per ſeipſum in vna, & in aliis Vicarium conſtituere compellitur. Colligitur ex cap. Et temporis* 26. *q.*11. verba ſunt omnia eiuſdem Azoris *loco citato, quæſt.*3. quæ eſt de Vicario temporali, & quibus ex cauſis conſtituendo? Ex quibus benè etiam ſequitur eum, qui Vicarium 19.

temporalem conſtituit, liberum quoque eſſe, per ſeipſum inſeruiendi, maximè cum illum ex approbatione Ordinarij, & cum eius licentia conſtituat. Et facit textus *in cap. Eam te, 4. de ætate, & qualit.* ibi. ***Sed habentes plures Eccleſias, quæ ex vna non dependeant, tibi liceat appellatione poſtpoſita cogere ad vnam ipſarum, quam maluerint, dimittendam.*** Ergo ſi plures ex vna dependeant, nulla dimittenda eſt. Et conſequenter liber erit, ab onere per ſeipſum deſeruiendi omnibus, (cum id fieri nequeat) ſi Vicarios perpetuos, aut amobiles conſtituat, qui deſeruiant illis, quibus ipſemet per ſe non deſeruiat. In quo caſu penes principalem remanet cura, non ſolùm habitualis, ſed & actualis (ſi tamen illæ aliæ, menſæ ſint vnitæ, vti diximus,) ſicut admittit idem Trullench *c. 2. in fine*, quando principali Rectori datur, in partem ſolicitudinis ſuæ, Vicarius temporalis. Et hac fortaſſis ex cauſa, Reginaldus *loco citato, num. 53. ſequenti*, & ſi parum ſibi, & dictis *num. 52.* conſtans, dixit quod Parochialis Vicarius, poteſt eſſe temporalis, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quales ſunt (inquit) Præfecti Ordinum Regularium exemptorum ab Epiſcopi iuriſdictione. Ergo in ſententia iſtius authoris Epiſcopi, & Præfecti Ordinum Regularium exemptorum habentes Eccleſias Parochiales ſibi vnitas, ſaltim ad menſam, erunt veri, & proprij earum Parochi Ordinarij, maximè cum ipſemet docuerit, *lib. 1. cap. 6. num. 47.* Vicarium temporalem, quem Parochus inſtituit, ſeu deputauit, Ordinarium dici non poſſe. Et benè quidem, quia, qui non proprio, ſed alieno nomine aliquid facit, non procedit vt Ordinarius, id eſt ex proprio munere; ſed vti delegatus, ex aliena ſibi facultate commiſſa, vti latè probabimus *p. 3. quæſt. 10. num. 2.* Quocirca ait Iordanus *vol. 3. lib. 13. tit. 3. num. 1* Ordinaria iuriſdictio, ſiue Ordinarius Iudex dicitur ille, qui iure ſuo, vel Principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt.

Vnde eſt, vt quoties in Eccleſia accеſſoriè alteri vnita, & ab ea dependente, vel quia erigitur in illius ſubſidium, ob Parochianorum multitudinem, aut ob eorumdem habitationum magnam diſtantiam, vel aliter à principali Eccleſia dependente, Vicarius temporalis conſtituitur, talis Vicarius habebit tantummodò curæ exercitium, non nomine proprio, ſed nomine Rectoris principalis, penes quem vti diximus, cura animarum reſidet tam actu, & exercitio, quàm habitu. Quia in his caſibus, vnio dictarum Eccleſiarum, eſt quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul. Ita Flores de Mena, *variar. quæſt lib. 1. quæſt. 10. art. 2. §. 2. concluſ. 4 nu. 21.* Riccius, *in praxi variar. Reſolut. Reſol. 293.* 20.

Reſol. 293. *num.* 2. verſ. *Pro parte, & concluſ.* 4. Barboſ. *de poteſt. Parochi, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 64. 65. *&* 66. Trullench *loc. cit. de Parocho cap.* 2. *num.* 11. *in fine*: vbi pro principali hanc addit rationem. *Quia apud illum* (inquit) *adhuc manet titulus, inſtitutio, beneficium Parochiale, & illius plenum ius.* Et Azor 2. *part. lib.* 3. *cap.* 6 *quæſt.* 5. quatenùs docet Vicarium temporalem habere curam tantum in actu, & functione, non iure, & habitu: Quia penes Rectorem eſt ius curæ; penes Vicarium vero, functio, & adminiſtratio. Quod cõſonat deciſioni S. Rotæ *in Ianuenſ. Parochialis, infr. la* 3. *num.* 2. *decidenti, cura animarum ſæcularium poteſt penes illas* (Moniales ſcilicet) *reſidere, per alium tamen exercenda.* Et *in Sabinen. la* 32. *num.* 3. *&* 4. expreſsè deciditur.

21\. Quæri ſolet: An beneficium Parochiale idem ſit, ac beneficium curam habens animarum? Cui abſolutè reſpondet negatiuè Azor *loco citato, cap.* 12. *quæſt.* 5. nam beneficium (ait) cui cura animarum eſt annexa, latius patet, quam beneficium Parochiale. Sed ſub diſtinctione reſpondendum eſt, de cura animarum propriè, aut impropriè, ſtrictè, vel latè ſumpta, iuxta ea, quæ *ſuprà num.* 5. *&* 6. diximus. Qua diſtinctione ſuppoſita, reſpondeo beneficium Parochiale, & beneficium habens curam animarum propriè, & ſtrictè ſumptam, idem eſſe; ſecùs verò ſi latè, & impropriè cura animarum ſumatur. Rota *in Recanaten.* coram Cantuccio verſ. *Quarto non obſtat*: quam habes *infrà deciſ.* 1. Ita Barb. *de poteſt. Parochi, lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 47. Trullench *tract. de Parocho, cap.* 2. *num.* 9. *&* 10. Diana, *part.* 1. *tract.* 11. *reſol.* 8. ſiquidem quæſito, *An per Bullam Cruciatæ poſſit quis eligere in Confeſſarium, habentem beneficium curatum?* In reſolutione, ſic pro ſententia negatiua contraria fatur. *Non poſſe docuit Nugnus, quia in Bulla ſolum Pontifex facit mentionem de Confeſſario approbato ab Ordinario, & ne verbum quidem de illo, qui obtinet beneficium Parochiale.* Et poſt quam affirmatiuam ſtabiliuit, ſic ait. *Notandum eſt tamen, dictam ſententiam affirmatiuam procedere quoad illos, qui actu beneficium Parochiale retinent.* Vbi pro eodem accipit beneficium Parochiale, & beneficium curatum, habens ſcilicet curam animarum, non quidem latè ſumptam, cum illam habens, iuriſdictionem exerceat in vtroque foro tanquam Ordinarius, ac per conſequens poſſit & ipſe ad Confeſſiones alios approbare, vt in plurimum.

Imò, idem ſenſiſſe Azor, ex ratione, quam pro negatiua tradit parte, manifeſtum fit. *Is enim* (inquit) *qui habet iuriſdictionem in Clericos, vel laicos, ita vt iure poſſit eos vinculo excommunicationis obſtringere, ſuſpendere, interdicere,* 22.

 abſolue

abſoluere, viſitare, capere, & vinctos in carcerem mittere: & alia huiuſmodi, quæ ad corrigendos pertinent mores; nec tamen eo ipſo dicitur habere Parochiale beneficium. Et paucis interiectis, proſequitur. *Ius beneficij Parochialis conſiſtit in hoc, vt Parochus habeat populum, cui Sacramenta, & ſepulturam miniſtret, & det.* Ex quo infert, vt ea iura, quæ de beneficio Parochiali quidpiam conſtituunt, non eo ipſo in omni beneficio curam habenti, locum habeant. Ex his omnibus manifeſtum eſt, Doctorem iſtum, negare curam animarum in lata ſignificatione ſumptam, eſſe beneficium Parochiale; affirmare tamen, ſicut & nos, ſi in ſtricta ſumatur.

23. Sed & pro doctrina à nobis tradita, facit text. *in Extrauag. Execrabilis, in fine,* verſ. *Quantum, de Præbend.* vbi hæc habentur. *Illa dumtaxat, & non alia beneficia Eccleſiaſtica, quocumque nomine nuncupentur, curam animarum habere cenſemus, quæ Parochias habent, in quibus eſt animarum cura, non per Vicarios perpetuos, ſed per Rectores, aut miniſtros beneficiorum ipſorum, vel illorum temporales Vicarios exercenda.* Vbi de cura in propria, & ſtricta ſignificatione loqui, ex eiſdem verbis, fit manifeſtum, ſicut quod illa deſeruiri debeat per ipſum, penes quem illa reſidet, aut per Vicarios temporales, non autem per Vicarios perpetuos. Ex quo apparet quanto cum fundamento dixerint Flores de Mena, *variar. quæſt.* 10. *art.* 2. §. 2. *num.* 13. & Riccius, *in praxi variar. Reſol. Reſol.* 293. *num.* 2. verſ. *Pro parte.* Abbates habentes Eccleſias vnitas menſis ſuis, non poſſe pro illarum ſeruitio, Vicarios conſtituere perpetuos, ſed temporales: quos extrauagans citata permittit, ob rationem Gloſſæ *in fine,* verſ. *Temporales,* nimirum: *Quia principalis, per temporalem deſeruiendo, per ſeipſum deſeruire, & curam exercere cenſetur, cum ille iure ſuo hoc non faciat.* Hæc ibi ex *cap. Cùm veniſſet, de Reſtitut. ſpoliator. & L. Quod meo, ff. de acquirend. poſſeſſ.* Quod quidem etiam docet Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 2. *n.* 13. quatenùs ait, Ex Conſtitutione 46. Pij V. de Vicariis perpetuis, in Parochialibus vnitis Monaſteriis debere hodie Epiſcopum deputare, ad nominationem Superiorum, vnum ex Religioſis, ad nutum Superiorum amouibilem, non obſtante decreto Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. & declarationibus S. Congregationis de Vicariis perpetuis deputandis, numeris præcedentibus recenſitis, quarum præcipua hæc eſt, *num.* 12. relata. *Si Eccleſiæ curatæ ſint vnitæ Monaſteriis, poſſunt Ordinarij locorum eas viſitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſiue temporaneos, iuxta diſpoſitionem huius decreti, pro vt eis expedire videbitur.*

Poſſe igitur Monaſteria, quibus 24.
Parochiales Eccleſiæ vnitæ ſunt,

&

& eorum menſæ, Vicarios temporales, qui illis deſeruiant conſtituere, conſtat tam ex dictis, quam ex Conſtitutione 47. Pij V. *Ad exequendum*, §.5. *Et ſi dicta Parochiales*, &c vbi ſtatuitur poſſe ad hoc munus deſtinare Regulares ipſos, ad nutum Superiorum eorumdem, amouibiles. Idem ſtatuit iſte S. Pontifex *in Conſt. Et ſi Mendicantium.*

25. Sed aduertunt Flores de Mena, *loco citato, concluſ. 6. num. 26. & articulo* 40. *num.* 40. & Riccius, *loco item citato*, §. *Aduerte*, Idem docet Ludouic. Bellus, citatus *infrà p. 3. quæſt.* 17. *num.* 17.) quòd reſpectu Vicariorum ad nutum amobilium, nominatio, & deputatio pertinet ad Prælatum, aut Prælatam Monaſterij pro Eccleſia pleno iure ſuo Monaſterio vnita (id eſt quoad ſpiritualia, & temporalia,) ita vt Epiſcopus non amplius poſſit, quam examinare, approbare, admittere, & licentiam adminiſtrandi Sacramenta dare: neque vllam aliam collationem, aut inſtitutionem requiri. De quo teſtantur, ſe ipſos vidiſſe, declarationem Congregationis Concilij, in publico inſtrumento Roma miſſo. An autem poſſit præſcribi, inſtitutio authorizabilis, à Prælato Epiſcopo inferiore, controuertitur à DD. ait Gloſſ. *in c. 1. de Capell. Mon.*

26. Quod quidem, quoad Eccleſias menſæ vnitas, & ſic iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, de quo *ſuprà in hac quæſtione diuiſ.* 1. *num.* 47. eſt expreſſum *in cap. Viſis*, iuncta gloſſ. verſ. *Tradita, el* 1. 16. *quæſt.* 2. & colligitur *ex cap. In Lateranenſi, el* 31. *de Præbend. & dignit. ex cap. Cùm & plantare*, verſ. *In Eccleſiis verò*, iuncta gloſſ. verſ. *Pleno iure, el* 3. *de Priuilegiis, ex cap. Quoniam, in fine*, iuncta gloſſ. verſ. *Vtroque iure*, *eodem titulo, el* 21.

Quocirca Tamburinus, *de iure Abbatiſſarum, diſp.* 32. *quæſito* 12. docet Abbatiſſas habere ius conferendi, & inſtituendi, ad inſtar aliorum Prælatorum, beneficia, & Capellas, ad eas pleno iure ſpectantes: inſtitutione quidem, quæ dat titulum, & poſſeſſionem; non autem authorizabili, per quam poteſtas datur exercendi curam animarum, ligandi, atque ſoluendi, cum talis iuriſdictio in fœminas non cadat. Tamburinus, in prædictis, ſequutus eſt Abbatem *de Maioritate, & obedient.* & Eman. Roderic. *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 17. *art* 12. *folio mihi* 101. dicentem, quod Abbatiſſa ſtatim poſt confirmationem poteſt conferre Eccleſias, & benecia, & inſtituere Clericos ſicut alij Prælati faciunt. 27.

Approbatio autem Epiſcopi, de qua *num.* 25. vt benè docet Marc. Vidal, *in Arca Vitali, tit. de iuriſdictione, inquiſit.* 2. *num.* 12. & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 11. *num.* 38. & 46. quem omninò vide, 28.

non

non eſt iuriſdictionis collatio, ſed idoneitatis declaratio, & quaſi iuſta ſententia. Quia approbatio actus eſt intellectus; collatio verò iuriſdictionis, eſt voluntatis actus. Ex quibus fit Abbatem, & non Epiſcopum loci Ordinarium, conferre, ſeu delegare iuriſdictionem ad Parochialia exercenda in Eccleſia ſuo Monaſterio vnita, ſuppoſita tamen eiuſdem Ordinarij approbatione, & licentia ad Sacramenta miniſtranda, Vicariis amobilibus ſaltim, aut etiam perpetuis, ſi iſti pro Eccleſiis adhuc remanentibus menſæ vniti, fortaſſis inſtituantur. Quia etiam poſt erectionem Vicariæ in perpetuam remanet cura penes Abbatem, vti decidit Rota *in Vlisben. n.*15. *cit.* quam inuenies *inſ. deciſ.*7.*n.*8. *&* 9. *deciſ.*9.*num.*3. etiam *Vlisbonen.*

29. Reſpectu verò Vicariorum pro Eccleſiis ad menſam Monaſteriorum Sanctimonialium vnitis, aliter videtur dicendum: quia cum ipſæ non habeant poteſtatem exercendi curam per ſe ipſas, nec facultatem circa Claues Eccleſiæ, ſequitur non poſſe illam Vicariis delegare ex propria auctoritate. Quare dictis Vicariis iuriſdictio confertur vel ab Epiſcopo ſimul cum licentia exercendi curam, vel ab ipſo Papa, ſuppoſita approbatione Ordinarij, maximè ſi ab eodem Papa ſint Eccleſiæ Monaſteriis vnitæ: ita vt Abbatiſſæ inſtitutio, & Epiſcopi, approbatio, & licentia exercendi habeant ſe veluti conditiones, ſine quibus Sum. Pontifex, iuriſdictionem Vicariis non concedat: ad eum modum, quo plures præſtantiſſimi Theologi tenent, Religioſos iuriſdictionem immediatè, ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium excipiendas, à Papa recipere, ſuppoſita Ordinarij approbatione.

Pro Vicariis amobilibus adnotare duxi cum Pace Iordano, *vol.*2. *de re beneficiaria*, *lib.*10. *tit.*11. *de prouiſione benefic. num.*274. quod quamuis ille qui ius habet conferendi, & amouendi in beneficiis manualibus, non conſueuerit amouere prouiſum, etiam ſi diutiſſimè vixerit; non tamen proptereà dicitur alterata natura beneficij, vel præſcripta manualitas: quoniam hoc tantum procederet, quando voluiſſet amouere, & fuiſſet impeditus, & prohibitus, ac prohibitioni acquieuiſſet per ſpatium quadraginta annorum. Vel eo ſciente, & patiente, beneficium fuiſſet conceſſum in titulum perpetuum, & conceſſio habuiſſet effectum; in his enim terminis altèratur manualitas, & ita ſunt intelligendi DD. hoc aſſerentes, quos recenſitos habebis apud Gonz. *ſupr. regular.*8. *gloſſ.*5.§.6.*num.*36 *& ſeq* Et ratio prædictorum eſt, quia in facultatiuis non currit præſcriptio, niſi interuenerit actus conſtituens præſcribere volentem, in quaſi poſſeſſione, provt contingit, in vtroque exemplo, præſtiti videlicet impedimenti, 31.

dimenti, ne amoueretur à beneficio manuali, vel impetrationis in titulum eiuſdem beneficij, ſine quibus nullam habet quaſi poſſeſſionem, & abſque ea non currit præſcriptio. Et iſta eſt vera ratio, quare in facultatiuis non currat præſcriptio niſi modo prædicto, quia nempè caret poſſeſſione, vel quaſi, & ſine qua non poteſt eſſe præſcriptio. Hucuſque doctus Iordanus. Sed quod dicit de beneficio alias manuali, conceſſo in titulum, eſt intelligendum iuxtà ea, quæ *infrà part. 4. quæſt. 3. ſect. 2. concluſ. 2. num. 9. & 10. & ſeq.* Quod autem docet de facultatiuis, decidit Rota coram Merlino, 22. Aprilis de anno 1624. cuius deciſionem inuenies *infrà la 21. n. 5. 6. & 7.*

---

§. II.

De diuiſione Beneficiorum.

DIVISIO III.

1. Tertia beneficij diuiſio eſt in Titulare, & non Titulare: ſeu in Titulare ſimpliciter, & Titulare ſecundum quid. Titulare ſimpliciter, eſt quod in perpetuum, ſeu ad vitam beneficiarij illi confertur, ita vt ſine cauſa, graui quidem & iuſta auferri nequeat. In titulum itaque confertur, quando ad vitam. Viuian. *de iurepatronat. lib. 1. cap. 1 num. 39.* Paul. Layman. *lib. 4. tract. 2. cap. 1. num. 5.* verſ. *Tertia diuiſio*, Gregor. Sayr. *in theſauro, ſiue de cenſur. lib. 4. c. 14. num. 19.* Elig. Baſſæus verb. *Beneficium 1. num. 4.* & non obſcurè, Rebuff. *in praxi benef. p. 1. tit. de reſcript ad benefic. vacant. n. 2. & 10. & p. 2. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, n. 14.*

Titulare ſecundum quid, eſt quod amobiliter ad nutum Prælati, aut Patroni confertur. Quod & ſi aliquando in titulum conferatur, quia tamen id fuit reuocabiliter, ideò Titulare ſecundum quid appellatur. Huius generis ſunt, quæ beneficia manualia dicuntur, vt ſunt officia Prioris Clauſtralis, Sacriſtæ, &c. quæ curam non habent, nec ſunt electiua. Immò & Vicaria temporalis ad curam animarum titulus dici non poteſt (ait Sayr. *loc. cit.*) ſed ſi Vicaria ſit perpetua, habetur pro titulo, text. & *ibi* Panor. *in c. Michaël*, & gloſſ. *in cap. Conſtitutus*, in verb. *Perpetuus Vicarius.* Idem ferè Rebuff. *tit. de diſpenſat. cit.* verſ. *Vel earum, num. 14.* Iordan. *volum. 1. de re Sacra, tit. 6. de Sacramento Ordin. num. 94. in lib. 3.* Baſſ. *loco citat.* Viuian. *loc. citat. num. 125. 126 & 127.* vbi duo dicit. Primũ, quod manualia beneficia pro libito amoueri poſſunt quandocumque, & quomodocumque voluerit conferens ad ſui nutum, vel alterius, *c. Cùm ad Monaſterium, §. Tales, de ſtatu Monach. cap. 1. §. fin. de Priuil. lib. 6.* Staphil. *de lit. grat tit. de Expectat. in 9. forma, Expect. 29.* Caſſad. *deciſ. 8. & 12. de Præbend.* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat:*

 cum-

cum Irregularibus, *num*.3. Garcia, *par*.1.*cap*.2.*n*.65. *& ſeqq*. Maſſobr. *in praxi haben. concurſ. ad Paroch. Eccleſ prælud*.10. Secundum, quod omnia beneficia Regularia de ſui natura ſunt manualia, & talia præſumuntur, niſi ſint curata, & electiua, *ex d.§.Tales*, & Garc. *vbi ſuprà, num* 66.*&* 67 Quocirca Vidal, *tit. de Prælat. num*.92. ait. Illa officia, quæ in Monaſteriis conferuntur à Superiore pro ſua libera voluntate, & electione, & nullam dant iuriſdictionem in foro externo, amoueri poſſunt licitè pro libito Superioris etiam ſine cauſa. Rationes apud illum videas.

§. III.

De diuiſ. Beneficiorum.

Divisio IV.

QVarto diuiditur beneficium in Electiuum, Collatiuum, & Miſſum. Electiuum eſt, quod præcedente electione, & accedente Superioris conſenſu, confertur. Collatiuum verò eſt, quod libera, & ſimplici Superioris voluntate confertur. Miſſum tandem eſt, quod præſentante Patrono, & Superiore inſtituente confertur. Baſſ. *loc. cit*.

Vltima beneficij Eccleſiaſtici diuiſio eſt, in compatibile, & in Incompatibile. Incompatibilia ſunt illa quorum ſingula per ſe, vel naturali iure, vel ex Eccleſiæ conſtitutione continuam poſtulant reſidentiam: qualia ſunt duo Epiſcopatus, duæ Abbatiæ, duo Curatus proprij, duæ Vicariæ perpetuæ, duæ dignitates, duo perſonatus, & duo vniformia ſub eodem tecto, vt duo Canonicatus eiuſdem Eccleſiæ. De Abbatia, eſt text. *in cap.Vnum*, 21. *q*.1. *& cap.fin*.20.*q.vlt*. De curatu, *cap. Quia in tantum*, *de Prabend. cap.Gratia*, *de reſcript. lib*.6. *Clem. Gratiæ*, *eod. tit*. Quoad Vicariam perpetuam, *Clem. Vnica de officio Vicarij*. Quoad dignitates, *c.Quia nonnulli*, *de Cler.non reſident*. Quoad Perſonatus, & officia, *capite de Multa*, *de Prabend*. Quoad ſimplicia tandem ſub eodem tecto, *cap. Literas*, *de conceſſ. Prabend*. Gloſſa, & Doctores, *in Clem. Gratiæ citata*. Videantur Baſſæus, *loco citato*, *num*.5. & Rebuff. *in praxi benefic. Titul. de diſpenſat. ratione ætatis*, verb. *Incompatibilia*, vbi alia addit incompatibilia.

2. Videlicèt beneficium ſimplex, quod ex fundatione Eccleſiæ, vel ſtatuto, requirat continuam reſidentiam, dicitur cum alio incompatibile, quia poſſeſſor in vtroque reſidere nequit, nec ſeruire, *c.Non poteſt*, *de Prabend. lib*.6. Gloſſa, & Doctores, *in Clem.Gratiæ*, cit. Innoc. & alij *in cap.fin. de Cleric. non reſiden*. Item beneficium, aut Capellania, ſi ſtatuto cautum ſit, vt illud, vel illam habens aliud non poſſit obtinere. Item eſt incompatibile Regulare beneficium, ſæculari

lari viro, & econtrà, *cap. Nullus, de Elect. lib. 6. cap. Cùm ſingula de Prabend.* ibidem. Et addit ex Staphil. *in tract. de liter. gratiæ, tit. de qualit. & ſtatu benefic. fol.* 7. illa etiam beneficia dici incompatibilia, quæ licitè, & abſque peccato ſine diſpenſatione retineri non poſſunt: quo pacto duo ſimplicia incompatibilia dicuntur, ſi alterum per ſe ſufficiat ad congruam ſuſtentationem, *cap.* 1. 44. *diſtinct.* vbi dicitur. *Tibi, ô Sacerdos, de altari viuere, non verò luxuriari permittitur, cap. Cùm ſecundùm de Prabend.* Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 17. Quocirca videatur Petr. Binsfeld. *Enchirid. Theolog. Paſtoralis, par.* 4. *cap* 3. *de pluralit benefic.* vbi plura ex S. Scriptura, Iure Canonico, & vtriuſque Expoſitoribus, & Doctoribus Sanctis, formidanda quidem in medium profert. Pax Iordan. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 28. *num.* 43. *& ſeqq.* Viuianus, *l.* 1. *cap.* 1.

3. Incompatibilia item ſunt Rectoria, & Vicaria, quare penes vnum eſſe non poſſunt ſicut proprietas, & vſusfructus, *l. Vti frui, ff. ſi vſufr. petat.* Rebuff. *n.* 9. Sed intellige de Vicaria perpetua.

Alias plures beneficiorum diuiſiones, tradit Viuian. *in praxi iuriſpatron. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. vbi *n.* 167. ait, *Compatibile beneficium eſt, quod ſimul cum alio beneficio retineri liberè, & licitè poteſt.* & contra incompatibile eſt, quod ſimul cum alio retineri licitè non poteſt ſine diſpenſatione. Leſſ. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 140.

QVÆRITVR III.

Quot modis Beneficium acquiratur?

RESpondeo quod licèt communiter ſex tantum numerari ſoleant, videlicèt. Primus, præſentatione Patroni præuia, & ſubſequuta Superioris inſtitutione. Secundus, Electione, & Confirmatione Superioris: illa quidem præcedente, & iſta ſubſequente. Tertius, Poſtulatione, & Superioris confirmatione: qui modus ſolùm in Prælaturis habet locum Quartus, collatione libera. Quintus, permutatione Sextus, Reſignatione in alterius fauorem cum collatione ſubſequuta, vt videre eſt apud Leonard. Leſſium, *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 34 *dub.* 3. *num.* 11. & Baſſ. verb. *beneficium,* 2. & alios; ſeptem verè illi ſunt, acquiritur enim præter enumeratos modos, per vnionem, ſeu incorporationem vnius ad aliud. 1.

Sed quia de vnione, plura nobis dicere, ad exactam quæſtionum præſentis tractatus reſolutionem, neceſſe eſt, de illa, ad ſecundam tractatus huius partem agere, remitto. Quare in præſenti quæſtione, de ſex aliis modis beneficia acquirendi, agendum nobis venit. 2.

§. I.

De primo modo acquirendi beneſ.

1\. PRimum igitur modum beneficium acquirendi diximus eſſe per præſentationem Patroni præcedentem, & ſubſequentem Prælati inſtitutionem. Sed vt iſte explicetur,& intelligatur modus,terminos ipſos prius explicare oportet. Patronus igitur eſt ille,qui habet ius patronatus : quod nihil aliud eſt quam beneficium oneroſum, & vtile conueniens alicui, ob aliquod meritum, vel obſequium in Eccleſiam collatum, vti vult Elig. Baſſæus, *loco cit. num.*2. vel vt Leſſius,*loco item cit. dub.*4. *num.*18. *Ius patronatus, eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſiaſticum vacans.* Communis diffinitio eſt. *Ius honorificum, oneroſum, & vtile alicui competens in Eccleſia pro eo, quod de diœceſani conſenſu Eccleſiam fundauit, conſtruxit,vel dotauit ipſe, vel is,à quo cauſam habuit, ſolus, vel alio concurrente.* Ita Viuian. *in praxi iuriſpatr.part.*1.*lib.*1.*cap.*2. *n.*2. ex Abb. *in rubr. num.*3. *de iurepatron.* & ex Rocho de Curte, *de iurepatron. in princ. num.*3.

2\. Quod ius patronatus triplex eſt. Eccleſiaſticum, & Laicale,& Mixtum. Laicale eſt, quod alicui competit, quia ex bonis ſuis patrimonialibus,ſeu ſæcularibus Eccleſiam fundauit, conſtruxit, aut dotauit, vel beneficium erexit : aut quia ab aliquo horum cauſam obtinuit, ex teſtamento,donatione,&c. Leſſius,*num.*19.Baſſ.*num.*2.Viuian. *loc. cit. num* 10. qui ex Gloſſ. *in Clem. Plures*,verb.*Præſentare*, 2. *de iurepatronatus*, ſub Patrono laico includit etiam Clericum præſentantem ratione patrimonij ſui.

3\. Ius patronatus Eccleſiaſticum eſt, quod alicui competit, quia ex bonis Eccleſiaſticis Eccleſiam fundauit, conſtruxit, aut dotauit: aut beneficium ex bonis Eccleſiaſticis perceptis fundauit: vel quod habetur ratione Rectoratus Eccleſiæ, aut dignitatis Eccleſiaſticæ ; vt ſi fundaſti Eccleſiam, id eſt ſi tribuiſti fundum in quo fundata eſt: ſi eam extruxiſti,vel dotaſti: ſi beneficium extruxiſti pecunia ex bonis Eccleſiaſticis percepta,ius patronatus Eccleſiaſtici, ſeu Patronatum habes Eccleſiaſticum. Item ſi habes ius præſentandi, quia Epiſcopus, Abbas, Decanus, aut dignitas alia es, dictum Patronatum Eccleſiaſticum habes. Leſſ.*loc.cit.nu.*18. Baſſæus,*num.*2.Trullench *tract.de Parocho,cap.*15.*dub.*5.*num.*1. Quocirca Viuian.*num.*9.ait.*Iuſpatronatus Eccleſiaſticum eſt, quando Clericus illud habet nomine Eccleſiæ ſuæ, ſeu quando ipſa Eccleſia, vel aliqua Vniuerſitas, vel Collegium Religioſorum,ſeu Clericorum habet ius patronatus. Rota Rom. deciſ.*8. *de iurepatron. in antiquis. Eſt etiam ius*

patronatus

patronatus Eccleſiaſticum illud, quod licet ortum habuerit à laici patrimonio, tamen fuit fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quouis titulo traſlatum in Eccleſiam, Capitulum, ſeu Collegium Eccleſiaſticum Canonicorum ſæcularium, ſeu Regularium, vel in aliquam Eccleſiaſticam perſonam ratione Eccleſiæ, dignitatis, aut beneficij. Hucuſque Viuian. ex Rebuff. *in praxi benef. tit. de Præſentat. num* 5. 6. *&* 7. *&* *in p.* 3. *Signaturæ, num.* 8. Couarruu. *Pract. qq. cap.* 36. *num.* 2. *&* 5. Ricc. *prax. rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.* 152. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 39. Marc Antonin. ex Gonz. & Garc. Pro Patronatu Parochi eſt text. *in cap. Ad audientiam,* 3. *de Eccleſ. ædific.* & Rota in ſententiis, infrà *p.* 4. *q.* 9. *ſect.* 2. *num.* 13. Leſſius item *in Auctuario*, V. *Beneficium, caſu* 1. ait, Electionem perſonæ inſtituendæ, quando Patronatus eſt Eccleſiaſticus, ad Patronum pertinere.

4. Ex dictis ſequitur Patronatum eſſe Eccleſiaſticum, non ex eò quod Eccleſiaſtica perſona illum habeat, cum poſſit hæreditate, v.g poſſidere quiſque Eccleſiaſticus, quod laici acquiſierant ius ex fundatione, conſtructione, dotatione, aut erectione ex bonis ſæcularibus facta; ſed quia poſſidet, quod fuit acquiſitum mediis bonis Eccleſiaſticis, aut quia habet Rectoriam, aut dignitatem, cui annexum eſt dictum ius patronatus, vt benè adnotatum reliquerunt Leſſ. Baſſ. & Viuian.

Secundò ſequitur intelligentia ſententiarum S. Rotæ, in cauſa iuris præſentandi Vicarium pro Eccleſia S. Ioannis de Stella, ibi: *Pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ius nominandi, ſeu deputandi, & ſeu eligendi Vicarium pro cura Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis oppidi de ſtella, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ſpectare, & pertinere liberè, & pleno iure ad ſupradictum Abbatem Monaſterij Beatæ Mariæ de Hyrache tanquam Patronum, & Parochum eiuſdem Eccleſiæ.* Patronum quidem, duplici ex titulo, conſtructionis, ſcilicet, & fundationis: conſtructionis, quia illam propriis ſumptibus, & expenſis Monaſterium extruxit: fundationis verò, quia in fundo, ipſi, ad hoc à Rege, donato. Vterque titulus Eccleſiaſticus eſt: quia licet ſecundus in ſua origine laicus fuerit, per tranſlationem eius ad Monaſteriũ, media donatione Regia, factus eſt Eccleſiaſticus Patronatus: cum iuſpatronatus laicum fiat Eccleſiaſticum, per donationem eius Eccleſię factam. Parochum denique, quia talis fuit pronuntiatus, per alias ſententias executoriatas, de quibus omnibus *infr. p.* 4. *q.* 9. 5.

Iuſpatronatus mixtum eſt, quod competit Eccleſiaſticis perſonis, ac laicis. Viuian. *part.* 1. *lib* 1. *c.* 2. *n.* 11. *& cap.* 3. *num.* 1. *ex cap. vnic. de iurepatron. in* 6. Gonz. *Reg.* 8. *gloſſ.* 18. 6.

*num.*5.*& ſeq.*Garc.*de beneſic.par.*5. *cap.*1.*num.*553. *& ſeq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*72.*num.*128. *& ſeqq.* & notat ex Gloſſ. *in d. c.vnic.* iuſpatronatus mixtum,vt Eccleſiaſticum regulari.

Præſentatio autem, eſt exhibitio quædam perſonæ per Patronum ei, ad quem inſtitutio pertinet,legitimè facta,vti vult Baſſæus, V.*Beneficium* 2.*num.*1. vel vti Viuian.*lib.*5. *cap.*1.*num.*1. *Eſt exhibitio quadam legitimè facta per Patronum de Clerico præſente ſenſibus corporis Epiſcopo,vel alteri ad quem pertinet inſtitutio.*

7. Inſtitutio tandem triplex eſt. Prima eſt ſecundum Iordanum, *de re beneficiar. lib.*10.*tit.*7.*num.*409. & Baſſæum, *loco cit. num.*3. Conceſſio Eccleſiæ,ſeu beneficij auctoritate legitima Epiſcopi, vel alterius Ordinarij facta ei, qui eſt à Patrono oblatus, aut præſentatus. Vel potius ſecundum Bauny *in praxi beneſic.diſp.*2.*quæſt.*1.eſt donatio vacantis beneficij, non libera, ſed coacta ad præſentationem Patroni Coincidit cum diffinitione Viuiani *in praxi iuriſpat. lib.*12. *cap.*1.*num.*1. dicentis. *Eſt translatio iuris non libera facta à Superiore, ex qua plenum ius datur inſtituto.* Ita ille ex Abbat.*in cap. Auctoritate,num.*7.*de inſtit.*Quod ſit iuris tranſlatio, probat ex Gloſſ. & *ibi* Dynus, *in c.*1. *de Regulis iuris, in* 6. Dicitur *coacta*, quia inſtitutor non poteſt pro ſuo libito præſentatum repellere, nec illi, ſi is ſit inſtructus corporis, & animæ dotibus, quas Canones in beneficiario poſtulant, beneficium negare. Viuian.*loco cit. ex cap.Paſtoralis*, *& cap. Quod autem de iurepatr.* Gran. *in Catena Iurium,tom.*2.*tit.*7. *de inſtitutionibus, cap.*2.*num.*11. *ex cap.Decernimus*, 16.*quæſt.*7.*& cap.Nobis,de iurepatron.* Tamburinus, *de iure Abbatum, tom.*3 *diſp.*9.*quæſt.*22.*nu.*1. & alij ab iſtis Doctoribus recenſiti Prima igitur inſtitutio, eſt tituli collatiua (ita appellatur à Regula *Beneficium*, cit. 1. *de Reg. iur. in* 6.) non libera,ſed coacta.

Secunda inſtitutio eſt, quæ *anthorizabilis* dicitur, & conſiſtit in hoc,vt nemini ſine licentia,& mādato Epiſcopi cura animarum, ſæcularium ſcilicet, committi poſſit. Bauny loco proximè citato, exponens *cap. Cùm ſatis*, el 4. *de offic. Archidiaconi.* Verbum illud, *ſine mandato*, intellige, *ſine commiſſione.* Vnde Gloſſ. in Regulám *Beneficium*, citat. diuidens inſtitutionem,ait. *Alia eſt inſtitutio authorizabilis quoad commiſſionem curæ animarum.* De hac fecit mentionem Rota *in Pampilonen. Parochialis de Stella*, coram Seraphin. *la* 1104. verſ.*Neque obſtat*, infrà *la* 13. 9.

Poſt hæc ſcripta, diligenter inſpexi dictum *cap. Cùm ſatis*, & hoc ſummarium ei præfixum inueni. *Archidiaconus ſine mandato Epiſcopi non committit curam animarū,*

ideſt

ideſt non habet inſtitutionem authorizabilem. Ex quo demonſtratur hanc inſtitutionem conſiſtere, in conceſſione commiſſionis ad curam exercendam.

Quod ſi petas an poſſit præſcribi authorizabilis inſtitutio, ita vt ea vti poſſit Prælatus Epiſcopo inferior? Controuerſa res eſt inter Doctores, Gloſſ. *in cap. Presbyteri, de Capellis Monach. in 6.* tenet quod non, & videtur expreſſum, *in d. cap. Cùm ſatis*, ibi. *Obtentu alicuius conſuetudinis, non debes*, &c. Gloſſ. tamen eius *in ſumm.* & verb. *Conſuetudinis.* Viuian. *lib. 12. c. 3. n. 2.* & alij aſſerunt, quia text. intelligitur de conſuetudine non præſcripta legitimè.

9. Tertia inſtitutio eſt, quæ inducit in poſſeſſionem realem, & actualem beneficij, quæ ob id realis, & actualis dicitur, ſeu inueſtitura. Gloſſ. *in regul. beneficium*, cit. vbi ait, quod inſtitutio tituli collatiua, de iure comm. pertinet ad Epiſcopum, *cap. Conquerente, de offic. Ordinar.* quod etiam docet Graña, *tom. 1. Catena iur. tit. 7. num. 5. de inſtitutionibus, ex cap. Omnes Baſilica, el 10. 16. quæſt. 7.* & ex Gloſſ. V. *Probatam, in cap. Cùm veniſſent, el 6. de inſtitutionibus.* Pax Iordan. *volum. 2. lib. 10. tit. 7. num. 410. ex c. Ex frequentibus, de inſtit. cap. 1. eod. tit. in 6.*

De authorizabili inſtitutione, ait d. Gloſſ. *in Regul. Beneficium*, etiam ad Epiſcopum pertinere: Quod tenuit Rota *in dicta cauſa Parochialis de Stella*, coram Cardin. Seraphino 14. Decemb. 1598. & nemini dubium eſt quod ad illum de iure pertineat. Patet expreſsè *ex cap. cùm ſatis*, 4. *de offic. Archid.* iuncta Rubrica, & Gloſſ. *in Summa*, & verb. *Conſuetudinis*, & Gloſſ. *in cap. Vnic. de Capell Monach. in 6.*

Inſtitutio vero realis, actualis, 10.
ſeu inueſtitura dicta, ſecundum iuris communis diſpoſitionem, ad Archidiaconum ſpectare, docet Gloſſa citata, *in regul. beneficium, ex cap. Conquerente, de offic. Archid.* & Graña, *tit. 7. de inſtitutionibus, & num. 5.* citata, id probat *ex cap. Vt noſtrum, 9. eodem titulo, de offic. Archidiac.* vbi poſt Canonicam iuris inſtitutionem, Archidiaconus Clericum in corporalem beneficij intromittit poſſeſſionem, & iuxta tex. *in cap. Ad hæc*, verſ. *In quadam, cap. Si noſtrum, de officio Archidiac. cap. Perlectis, §. Archidiaconus, 25. diſtinct.* Abbas, *cap. cùm ſatis, 4. de offic. Archidiacon. num. 2.* Anaſtaſ. Germonius, *de Indultis Cardinalium, §. Necnon, num. 6.* Idem tenet Viuian. *in praxi iuriſpatron. part. 1. lib. 13. c. 1 n. 1* ex dd. *c. Ad hæc, & vt noſtrum*, ex Gloſſ. *in c. Auctoritate, de inſtitut.*

Et licèt dicta de iure vera ſint, ad alios inſtitutio in triplici enumerata acceptione, ſeu diuiſione pertinere poteſt, ac pertinet de facto, ſiue ex priuilegio, ſiue ex con-

ſuetudine

ſuetudine, vel præſcripta poſſeſſione quam approbat Gloſſ. *in cap. cùm ſatis*, 4. *de officio Archidiaconi*, vti in hac Pampilonenſi diœceſi omnibus notum eſt, quod Parochi proprij, vulgo Abbates, & Prælati, dignitateſque non pauci, inſtituunt quædam beneficia præſentatis per Patronos: quædam verò, liberè conferunt: & cum literis inſtitutionis, aut collationis, ſine interuentione Archidiaconi, & abſque Epiſcopi mandato, apprehendunt inſtitutionem realem ſeu poſſeſſionem actualem beneficij, ſimplicis tamen, beneficiarij à dictis Abbatibus, & Prælatis prouiſi. Quocirca Tamburinus, *de iure Abbatiſſarum, diſp.* 32. *quæſito* 12. *n.* 1. ait. *Si Monaſteria Monialium habeant beneficium curatum vnitum, Abbatiſſa poteſt de conſenſu ſui Capituli Clericos inſtituere, & beneficia, ac Capellas conferre ad inſtar aliorum Prælatorum. Et in dictis beneficiis inſtituit ea inſtitutione, quæ dat poſſeſſionem, & titulum, non autem inſtitutione authorizabili, per quam datur poteſtas exercendi curam animarum.* Hæc ibi, & *n* 2. eadem repetit, & reddit rationem exceptionis dicens: *cum talis iuriſdictio non cadat in fœminas.*

Immò ſi Abbas habeat aliquas Eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas, (id eſt ad menſam, ſeu quo ad ſpiritualia, & temporalia) in eis etiam ius inſtituendi habebit, docet Viuian. *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 17. *ex cap. In Lateranenſi*, & *ibi* Doct. *de Præbend. Clem.* 1. *de exceſſib. Prælat.* Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *num.* 188. qui ait id probat text. *in d. Clem.* Ex quo fit de iure ad Abbatem inſtitutio pertinere.

Rodericus, etiam *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 36. *art....* ita reſoluit propoſitum à ſe quæſitum. *Reſpondeo dicendo, quòd eo ipſo, quod Eccleſia conceſſa Monachis eſt, ipſo iure intelligitur conceſſa ipſis facultas conferendi ipſam, & inſtituendi Rectorem etiam quo ad authorizabilem inſtitutionem ſupra curam; ita tamen, quod hæc faciant vice Epiſcopi, vel Papæ concedentis Eccleſiam pleno iure, tanquam gerentes vicem Epiſcopi, vel Papæ ſecundum Ioann. Andræam, Ancharanum, Imolam, & Abbatem.* Hucuſque ille. Quo ſpectat illud Gloſſ. *in cap. cùm & plantare, in Summa, el* 3. *de Priuil. Inſtitutio, & deſtitutio presbyterorum ad Epiſcopum pertinet, niſi vtroque iure, ideſt, quoad ſpiritualia, & temporalia ad Religioſos pertineant.* Pertinere igitur pleno iure vna Eccleſia alteri, & pertinere, quoad ſpiritualia, & temporalia, idem eſt. 12.

Prædictam doctrinam tenet Viuian. *in praxi iuriſpatron. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. & 3. dicens. *An autem inſtitutio authorizabilis, per quam tribuitur poteſtas exercendi curam, poſſit ſpectare ad inferiorem Epiſcopo, niſi Epiſcopi accedat conſenſus, dubium eſt, vt notatur in c. cùm*

*ſùm ſatu, de offic. Archidiac. verius tamen eſt etiam prædictam inſtitutionem authorizabilem præſcriptione acquiri poſſe, quia nihil inconuenit, quod ſi Religioſi Eccleſiam pleno iure acquirant quoad omnimodam iuriſdictionem, poſsint etiam acquirere poteſtatem tradendi facultatem exercendi curam animarum, immò id apertè videtur ſupponere text. in Clem.*1. verſ. *Quidam prætereà, de exceſsib. Prælat. vt ibidem poſt Gloſſ. notauit Cardin. in princ. oppoſit. 6. & poſt Abb. & Felin. in c. Auditis, de præſcript. p. 5. quæſt.* 11. *num. 6. & ad d. c. cùm ſatis reſpondetur, textum loqui de conſuetudine, vel præſcriptione non completa, vel præſcriptione carente titulo, & bona fide.* Ita Viuian.

13. Et ne doctrina Emanualis alicui noua videatur, illam exornabo ex aliquibus Iuris Canonici Gloſſis. Prima eſt *in cap. Paſtoralis*, verſ. *Cathedraticum, el 7. de donationibus.* vbi ſic fatur. *Si ita generaliter dat Epiſcopus Eccleſiam, tunc etiam dediſſe intelligitur ius inſtituendi.* Secunda eſt, *in cap. Viſis*, verſ. *Tradita, el* 1. 16. *quæſt.* 2. vbi idem omninò ait, ac *in cap. Paſtoralis.* Sed obiici poteſt Gloſſas iſtas minimè loqui de inſtitutione authorizabili, ſed de inſtitutione, quæ eſt conceſſio, ſeu donatio coacta beneficij vacantis ad Patroni præſentationem. Reſpondetur tamen de authorizabili etiam loqui; Quia quãdo ita Epiſcopus generaliter concedit Eccleſiam alicui Monaſterio exempto, etiam ius pleniſſimum, & contentioſum quoad correctionẽ morum, & exceſſuum concedit, in ſententia quorumdam, quos ſuppreſſo nomine citat ipſa Gloſſa *in cap. Viſis.* Quod ſine dubio magis eſt, quam inſtitutionem authorizabilem illi concedere. Et ſic correctione conceſſa, inſtitutio iſta conceſſa videtur, *quia vbi maius conceditur* (ait Innocentius Tertius, *cap Ex parte tua, el 27. de decimis.*) *minus conceſſum eſſe videtur*, maximè in ſententia Gloſſæ locis citatis, dicentis, quod quamtumcumque Epiſcopus generaliter eximat Eccleſiam à ſe, ſemper retinet ius correctionis, procurationem, & viſitationem, & Cathedraticum, niſi confirmatio Apoſtolica intercedat. Et reddit rationem: quia Epiſcopus non poteſt plenè remittere ius Epiſcopale, cum aliàs poſſet à ſe reiicere iuriſdictionem Epiſcopalem. Ex eo autem quod concederet inſtitutionem authorizabilem, non reiiceret à ſe plenè iuriſdictionem Epiſcopalem, cum retineret ius correctionis, viſitationem, procurationem, & Cathedraticum.

Ex tribus inſtitutionibus enumeratis, duæ priores ſpirituales ſunt, & in iure ſpirituali conſiſtunt; poſterior verò corporalis eſt, & in facto conſiſtit. Ita Graña, *tom. 1. titulo 27. num* 15. citato. Ex quo fit, vt priores, ab Eccleſiaſticis ſolum, fieri poſſint, cum ipſi tantum ſint 14.

diſpenſatores myſteriorum Dei; poſterior verò poteſt etiam à ſæcularibus.

15. Duo hic adnotare duxi primum: hanc vocem : *Inſtitutio*, variè in iure vſurpari. Aliquando enim ſumitur,pro conceſſione tituli beneficij, *cap.Poſt electionem*, 7. *de conceſsione Præbend. & Regula Beneficium*, 1. *de Regul. iuris*, *lib.6.* & *ibi* Gloſſa. Aliquando accipitur pro confirmatione electionis ad beneficium factæ, *cap.cùm & plantare*, §.*In Eccleſiis*, *de Priuilegiis*, *c. cùm olim*, *de electio.* Aliquando etiam ſumitur pro deſtinatione quoad ſolum exercitium curæ animarum, & non quoad titulum principalem beneficij, *cap.In Eccleſiis*, 1. *de Capellis Monachorum.* Aliquando verò accipitur, prout volunt Graña, & Bauny *locis citatis*,pro admiſſione, neceſſaria quidem ad beneficium perpetuò poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus. Ego autem cum Gloſſa *in cap.Suſcepti regiminis*, 1. *de Præbendis*, *libro* 6. non pro admiſſione, ſed pro receptione neceſſaria ad beneficium perpetuò poſſidendum, ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus accipio præfatam vocem *Inſtitutio* propriè, & rigorosè ſumptam. Quia aliud eſt admittere, & aliud recipere. Admittere enim, vti ait Gloſſa illa,eſt approbare perſonam præſentatam; recipere verò, eſt illam Canonicè inſtituere. Quod inſtitutio in hac vltima acceptione comprehendatur aliquando ſub voce *Collatio* docet Rebuff. *in praxi benef.tit.de forma Vicariatus Archiepiſcoporum*, &c. *n.*127.

Ex quibus omnibus acceptionibus,ſola eſt propria, quando ſumitur pro conceſſione canonica beneficij ei, qui fuit à Patrono præſentatus, & pro ad idem beneficiũ receptione, vt benè adnotant Bauny, & Graña, vbi ſuprà *num.*7. reliquæ verò impropriæ ſunt dictæ inſtitutiones, & de authorizabili quidem id decidit Rota, in vna *Vlisbonen. Iuris conferendi*, 13. *Iunij de anno* 1607. coram Lancellotto, apud Farinac. 2.*part deciſ. ſelectarum,tom.*3.*la* 204 infrà *la* 8.*num.6.* Viuian. etiam *in praxi iuriſpatron. p.2.lib.*11.*cap.*1. docet *num.*2. quod inſtitutio largè ſumpta continet inueſtituram, immiſſionem in poſſeſſionem,& inſtitutionem authorizabilem, collationem, omnem modum prouidendi,& omnem canonicum titulum; propriè autem ſumpta,eſſe ait,*quæ cadit ſuper præſentatione facta à Patrono.* 16.

Vnde quando Viuianus *in praxi iuriſpatron. lib.*1. *cap.*1. *num.*193. *&* 194. *ex cap.Extirpandæ*, §.*Qui verò*, *de Præbendis*, *cap.Si gratiosè*, *de reſcriptis in 6.* *& cap.Statutum*, *de Præbend. in 6.* & Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi*, *allegat.*72. *num.*188. dixerunt,quod *Canonica inſtitutio*, *eſt prouiſio ſecundum Canones*, *& ab eo*, *qui iure poteſt conferre*: Loquuti non ſunt de inſtitutione in propria,

propria, ſtricta, & rigoroſa ſignificatione iſtius vocis *inſtitutio*, ſed in impropria, prout comprehendit quemlibet modum canonicum acquirendi beneficium, vt videre eſt in Viuian. *n.* 195. & Barb. *n.* 188. *& ſeq.*

18. Secundum, quod adnoto pro praxi, eſt, quod ſi Patronatus eſt laicus, ipſe Patronus, quem vult præſentat, & Epiſcopus, vel alter inſtituendi habens facultatem, approbat, & inſtituit. Si autem Patronatus eſt Eccleſiaſticus, in menſibus non reſeruatis Papæ, nominat Patronus duos, aut tres, quos examinat inſtitutor, & ex approbatis ab inſtitutore, eligit Patronus, quē vult. Sed in menſibus reſeruatis, non poteſt Patronus nominare, aut præſentare; ſed Epiſcopus præmiſſo concurſu nominat, & eligit digniorem, qui à Papa accipit collationem. Ita Trullench, *tract. de Parocho, cap.* 15. *dub.* 5. *num.* 1. & Pax Iordan. *vol.* 2. *de re beneficiar. lib.* 10. *titulo* 8. *de collatione Parochialium, num.* 45. vbi docet, quid ab Epiſcopo, & Papa fieri debeat aut quidem fiat. Vide etiam *numer.* 50. *&* 53.

---

§. II.

De ſecundo modo acquirendi benefi ium.

1. SEcūdus modus acquirendi beneficium eſt per electionem, & confirmationem Superioris. Electio, in propria, & ſtricta nominis ſignificatione. *Eſt alicuius perſonæ, ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam, canonicè facta vocatio.* Baſſæus, V. *Beneficium* 2. *num.* 4. Palaus, *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 11. *in princ. ex cap. Quia propter, de elect.* In lata verò, *eſt alicuius perſonæ, ad Prælaturam, ſeu dignitatem, vel fraternam ſocietatem, canonicè facta vocatio, confirmatione Superioris legitimè approbata.* Ita Baſſæus, verb. *Electio, num.* 1. Quæ deſcriptio, vt melius intelligatur, aduerte, quod verbum Prælatura, ſeu Prælatus, largè aliquandò ſumitur, aliquandò vero ſtrictè, & propriè. Largè hoc nomen cuilibet curam habenti tribuitur; propriè vero illi ſoli, qui aliquam iuriſdictionem ordinariam in foro externo, & contentioſo exercet, etiam ſi illam ex vi priuilegij, aut præſcriptionis habeat. Baſſæus verb. *Prælatus, num.* 1. & Archidiaconi, & Archipresbyteri Cathedralis Eccleſiæ etiamſi cura, & iuriſdictione careant. Rot. *infrà deciſ.* 24 *num.* 2.

Dignitas, ſimiliter propriè, & 2. impropriè etiam accipitur. Propriè, & in rigoroſa ſignificatione, ſumitur pro habente beneficium cum iuriſdictione ſpirituali fori externi, vti idem Baſſæus, ait, verb. *Beneficium,* 1. *num.* 3. verſ. *Ex quibus,* ſeu vti Viuianus *praxi de iurepatronat. lib.* 1. *cap.* 1 *num.* 92. pro illo, qui rerum Eccleſiaſticarum adminiſtra-

tionem cum iuriſdictione habet. Impropriè de Perſonatu dici ſolet, qui eſt quædam prærogatiua, ſine iuriſdictione, vt habere ſtatum honorificum in Choro, Capitulo, aut menſa, &c. plus quam alij ſui ordinis fratres, Monachi, aut Canonici. Videantur, quæ diximus *quæſt.2. de diuiſ. benefic. diuiſione 2. num.*1. vbi etiam dictum eſt Parochum Perſonatum habere, & *p.3.q.*15. dicam præcedere: Vnde lato modo dignitas dicitur.

3. Multa alia de Electione tractantur à Baſſæo *loco citato*, à Caſtro Palao, *part.2. tract.*13. *diſp.*2. ex quibus nonnulla ſcitu digna hic adnotabo. Primum, quod electionis confirmatio, eſt approbatio Superioris, electionis à Collegio factæ alicuius perſonæ ad dignitatem, Prælaturam, vel beneficium vacans. Ita tamen, quod ſi Prælatus eligitur, electio, vera, propria, & rigoroſa electio dicatur; impropria verò, ſi beneficiarius, aut dignitas quidem eligatur, cum electio propriè ſit de Eccleſia à Paſtore deſtituta.

4. Secundum, quod vocatio debet fieri à maiori parte communitatis, ſeu ſuffragium, vel votum ad electionem habentium, vt electus ius ad dignitatem, vel beneficium acquirat. Palaus, *n.*4. ex Ænea Garuenſ. & Garcia *4. part. de benefic. cap.3. num.*14. Viuian. *lib.6. cap.*7. *num.*57. Layman. *in qq. Canonic. de Prælat. Eccleſ. quæſt.*37. qui limitat, dummodò duæ partes Capitularium ad eligendum conuenerint.

Tertium, quod electus ante acceptationem ius ad dignitatem, Prælaturam, aut beneficium acquirit per ſolam electionem. Palaus, *num.4.* verſ. *Dubium, ex cap. Cupientes*, §. *Caeterùm*, *cap. Quam ſit*, *de elect. in 6.* vbi electus priuatur iure, quod per electionem acquirit, ſi infrà menſem à die habitæ notitiæ ſuæ electionis, non præbuerit aſſenſum. Et addit rationem. Quia electio eſt dimidiata collatio dignitatis, Prælaturæ, aut beneficij, quæ confirmatione, & approbatione completur: Ac per conſequens electio eſt poteſtatis ſpiritualis actus, ſecùs verò nominatio, & præſentatio. Felin. *cap. cùm Bertholdus, de re iudicata, num.2. & 3.* Dominic. *in cap. Quam ſit*, § 1. *de elect. lib.6. c.*19. *quæſt.2. in fin.* Idem tenet Viuian. *lib.5. cap.1. num.*15. quoad acquiſitionem Iuris Prælaturæ, & adminiſtrandi, ſaltim in habitu, ex Gloſ. *in cap. Quanto, diſtinct* 63. Et quoad hoc vt electio ſit ius ſpirituale merum, *n.*17. *ex cap. Meſſana*, *de electio.* 5.

6. Ex modo dictis conſtat diſcrimen quod inter præſentationem, ſeu nominationem, & electionem reperitur: quod nominatio, & præſentatio, poteſt fieri tam à ſæcularibus, & laicis, quam ab Eccleſiaſticis; electio autem ſemper fit ab Eccleſiaſticis, penes quos ſolos eſt poteſtas

poteſtas ad ſpirituales actus, & functiones. Et ob eandem rationem differt confirmatio, & approbatio electionis [1], ab inſtitutione. Conueniunt tamen in hoc quod vtraque obligatoria eſt, & non libera ex parte Superioris inſtituentis, confirmantis, & approbantis, vbi benè Palaus, *num.2.* verſ. *Electionis*, & verſ. *Inſtitutio.* Vide Viuianum, *d. cap.1.* vbi plures, vltra præfatas, aſſignat differentias inter electionem, & præſentationem.

7. Quocirca, adnotandum eſt, electionem per ſæcularem poteſtatem ad dignitatem Eccleſiaſticam factam, ipſo iure eſſe nullam, & ipſum electum fieri ineligibilem, ita vt ſine diſpenſatione ad aliam nequeat eligi dignitatem, ſi tamen paſſus eſt de ſe electionem per ſæcularem fieri. Ita Pax Iordanus, *volum.2. de re beneficiaria*, *libro 9. Tit.1. de diſpenſationibus, num 451. ex cap. Quiſquis, de elect.* Poſſe tamen ab Epiſcopo diſpenſari, ait ex Gloſſ. *in d. cap.* verſ *Fiat.* Dictam pœnam ineligibilitatis, extendit Iord. *n.452.* ad eum, qui paſſus eſt à laicis in Parochum eligi, quia beneficia, inquit, curata æquiparantur dignitatibus.

8. Pro praxi nota, tempus à iure præfixum non reperiri habenti inſtituere, intra quod ſit facienda inſtitutio. Viuian. *lib.12. cap.4. num.7.* ex Rot. *deciſ.4.* incipiente, *Secundum omnes, de iurepatr. in nouiſ. & ex Iacen. Vicariæ*, 31. *Iann.* 1590. coram Platto, *& ex Caſalen. Parochialis*, 17. *Maij* 1591. coram Orano, *& ex Lunen. Sarzanen. Capellaniæ*, 20. *Iun. & 5. Decembr.* 1601. coram Sacrato, ex Germon. *de indult. Cardinal. §. Volumus, à num.76.* Riccio, *in praxi aurea, reſol.260.* Lambert. *de iurepat. lib.2. quæſt.2. art.6. & 7.* Rocho de Curte, *de iurepatr.* verb. *honorificum, num.55.* & ex Garc. *part.10. cap.1. num.1.*

---

§. III.

De tertio modo acquirendi Beneficium.

Tertius modus acquirendi beneficia, eſt per poſtulationem. *Poſtulatio* autem *eſt ſupplex quædam à Collegio Canonicorum facta apud Superiorem petitio, qua petitur vt aliquis certæ Eccleſiæ vacanti præficiatur, non obſtante aliquo defectu, quem patitur.* Ita illam diffinit Baſſæus, verb. *Beneficium 2. numero 5.* vbi aduertit defectum non debere eſſe moralem, ſed naturalem tantùm: exempli gratia, quod ex legitimo non ſit procreatus coniugio: quod ordinatus non ſit: aut quod ætatem non habeat ſufficientem. 1.

Dictam poſtulationis diffinitionem tenet etiam Caſtrus Palaus, *part.2. tract.13. diſp.2. punct.12.* ſiquidem *num.1.* ait, quod *eſt perſona iure canonico impedita: quod po-* 2.

ſtulantes petunt à Superiore vt poſtulato, impedimentum relaxet, habilémque redditũ confirmet. Quod colligit *ex cap. Innotuit, de elect. cap. Bona, 2. de poſtulat. Pralat.* & tradit, ait, Abb. *Rub. de poſtulat. Pralat.* Viuian. etiam idem docet *in praxi iuriſpatron. part.1. lib.1 cap.1. num.* 178.

3. Ex quibus nonnulla colligit Palaus. Primùm, quod ſolus Summus Pontifex poteſt poſtulationem admittere, quia ipſe ſolus poteſt impedimentum remouere, cum ipſe ſolus ius poſſit relaxare: quia admiſſio poſtulationis, eſt relaxatio iuris, & poſtulati confirmatio, *cap. Gratum, cap Bonæ, cap. vlt. de poſtulat. Pralat.* & tradit (ait) Abbas *c.1. de poſtulat. Prælat. num.* 34. *& cap. Gratum, eod. tit. num.* 11. Layman. *in qq. Canonicis de Prælat. Eccleſiaſticis, q.* 3. aitque ab eo fieri debet poſtulatio, ad quem pertinet Prælati confirmatio, dummodò in defectu poſtulati diſpenſare queat.

4. Secundò infert, poſtulato nullum ius ad beneficium competere, antequam Superior poſtulationem admittat. Quia ob impedimentum ab illo eſt excluſus: non autem illud remouetur per poſtulationem; ſed per admiſſionem Superioris. Idem docet Laym. *loco citato, q.* 2. qui addit: Imò in eam abſolutè, & ſine conditione relata ad Superioris diſpenſationem, conſentire non poteſt, cum inhabilis ſit.

5. Tertiò non poſſe impedire poſtulatum, vt poſtulatores alium poſtulent, aut eligant, & à ſui poſtulatione deſiſtant. Quia, vt dictum eſt, nullum ius acquiſiuit. Layman autem diſtinguit *quaſt.6.* Aut eſt præſentata poſtulatio coram Superiore; aut non. Si primum, non poteſt reuocari, *c Bona, 4. de poſtul. Pral.* Si ſecundum, poteſt, quia tendit ad gratiam impetrandam, quam 6.
nemo petere cogitur.

Poſtulatio legitimè fit à maiori parte Collegij, etiam ſi alij contradicant. Palaus, *loc. cit. num. 3. ex l. Quod maior, ff. ad municipalem, & cap.1. & vlt. de his, qua fiunt à maiori parte Capituli, & ex cap. Scriptum, de electiõn.* Conſentit Palao Layman dummodò non concurrat cum alterius electione in diſcordia, quia tunc debet fieri à duabus partibus Capituli, *cap. Script.* 40. *de* 7.
elect.

Qui poſtulat indignum, priuatur poteſtate eligendi, vel poſtulandi pro illa Vice Palaus, *n.*4. & eſt expreſſum *in c. Scriptum, de elect. c.1.* 8.
& 2. de poſtul. Prælat.

Inter electionem, & poſtulationem nonnulla diſcrimina recenſentur: quod iſta innititur gratiæ; illa iuri. Quod eligatur habilis; poſtuletur ſecundum iura inhabilis; quod iſte ádmittatur; & ille confirmetur. Quod per electionem ab electo acceptata, ius ipſi conferatur; per poſtulationem verò nullum confertur.

§. IV.

§. IV.

De quarto modo acquir. benef.

1. QVartus modus acquirẽdi beneficia, & propriiſſimus quidem, eſt *Collatio*, ſumpta in propria, & ſtricta huius vocis ſignificatione, & propriè dicitur *tranſlatio*, ſiue *libera conceſſio iuris*, ait Viuian. *in praxi de iurepatr. part.*1. *lib.*5.*cap.*1.*num.*95. ex Abb. *in cap. Auctoritate,num.*9. *de inſtitut.* Geminian. & aliis *in cap. cùm in illis*, §.1.*de Prabend. lib.*6. quæ per hanc diffinitionem declaratur. *Collatio, eſt conceſsio beneficij vacantis, liberè ab habente poteſtatem conferendi facta, nulla Superioris confirmatione indigens.* verba illa: *Conceſsio beneficij vacantis*: Loco generis in hac diffinitione ponuntur; quia de illa conuenit Collatio, cum aliis modis acquirendi beneficia; Reliqua verò, loco differentiæ. Per illud enim *liberè* differt collatio ab inſtitutione, ſupponente præſentationem: à confirmatione, quæ fit poſt electionem, ab admiſſione, poſt poſtulationem, vti vidimus §§.1.2. *&* 3. *huius quaſtionis*: & per illa: *nulla Superioris confirmatione indigens*, differt collatio, ab enumeratis tribus acquirendi beneficia modis, & ab enumerandis, ſcilicet mediis permutatione, reſignatione, & vnione, quia in his tribus ſubſequentibus, ſicut nec in tribus præcedentibus collationem, datur totalis libertas in Superiore, ſed vel omnimoda, aut aliqualis neceſſitas concedendi beneficium, (ſi concedendum illud eſt) determinato ſubiecto. In collatione autem, libertas, & gratia, & hac de cauſa ſæpè ſub nomine donationis in iure exprimitur, vt benè obſeruat nouiſſimè Pax Iordanus, *vol.*2. *de re beneficiaria, lib.*10. *tit.*10. *n.*1. *ex cap.final de offic.Vicarij, lib.6. c. Propoſuit, cap. Quia diuerſitatem. cap.cùm noſtris,cap.penult.de conceſſio. Prabend.*

Nec obſtat eſſe præciſum, & neceſſarium conferre beneficia Quia magis vni, quam alteri conferre, omninò gratioſum eſt, & voluntarium. Ceſſat quidem liberalitas in dando; exercetur tamen in cui dando. Pulchra Gloſſ. *in cap. Relatum*, verſ.*Liberaliter*, *de Prabend.* & in verb. *Libera,in cap.fin.de offic. Vicarij,lib.6.* Staphil *de literis grat.* Gonz. *ad reg.*8. *Cancell.* §.4 *proœm. n.*45. *&* 46. quos cirat, & ſequitur idem doctiſſimus Iord. *dict. lib.*10. *tit.*10. *num* 1. 2.

Ex modo dictis, facilis eſt reſolutio quæſtionis illius, An (ſcilicet) libera ſit, nec ne, inſtitutio, quæ certo generi perſonarum facienda eſt, etiam præuia præſentatione, v. gr. filiis patrimonialibus, aut perſonis determinatæ familiæ? & an in rigore ſit huiuſmodi prouiſio, dicenda *inſtitutio*, an verò *collatio?* Reſpondetur enim, quod ſi duo, 3.

aut

aut tres præſentantur, vt vno ex illis, Superior, cui ipſe maluerit, beneficium concedat, talis conceſſio, & prouiſio libera erit, ac per conſequens collatio ſtrictè, & propriè dicta dicenda erit, non verò inſtitutio. Ratio ea eſt, quia ſi duo, aut plures præſentantur, & Superior eligit, quem mauult, liberè, & gratioſè illi cōcedit beneficium, quod alteri ex omiſſis concedere, liberè, & gratioſè, æquè benè valebat. Ita etiam tenet Graña, *in Catena iurium, tom.* 1. *tit.* 7. *de inſtitut. cap.* 2. *num.* 12. ex Puteo, *lib.* 2. *deciſ.* 162. Riccio, *Collectan.* 1374. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 75. *& gloſſ* 47 *num.* 19. Barb. *in collect. ad cap. Ad decorem, num.* 3. *&* 5. *de inſtitutionibus*, & ex Rebuff. *in praxi benefic. part.* 3. *tit. de reſcriptis mixtis, in principio, num.* 6. *gloſſa* 1. *&* 2.

4. Illud demum adnoto, collationem propriè ſumptam, ſignificari aliquando per vocem: *Inſtitutio*, maximè quando *de inſtitutione ſpirituali*: aut *de inſtitutione tituli*, fit mentio. De quibus acceptionibus, Graña *in citata catena, tom.* 1. *tit.* 27. *cap. penult. num.* 13. 14. *&* 15. *& tom.* 2. *tit.* 7. *cap.* 2. *num.* 5. 7. *&* 10. Sicut è conuerſo verbum *Collatio*, aut *conferre* comprehendit etiam *inſtitutionem*, & *inſtituere* non liberè, vt benè Rebuff. *in praxi benefic. part* 1. *titulo, Forma Vicariatus Archiepiſcoporum*, *& aliorum collatorum*, *num.* 127. non tamen ſemper, ſed aliquando. Vide etiam Viuian. *in praxi iuriſpatron. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 96. vbi ait hoc nomen collatio, latè ſumptum, comprehendit in ſe præſentationem, electionem, confirmationem, & inſtitutionem: *& p.* 2. *l.* 12. *cap.* 1. *n.* 2. vbi ait, quod inſtitutio latè ſumpta continet collationem, &c.

---

§. V.

De quinto modo acquirendi benefic.

Permutationem beneficiorum diximus eſſe quintum modum illa acquirendi. Definitur à Baſſæo, verb. *Beneficium* 2. *num.* 7. ſic. *Permutatio eſt reciproca quædam reſignatio quæ admutuem inter permutantes fit, legitima Superioris authoritate.* 1.

Nonnullæ conditiones ad permutationem requiruntur. *Prima*, vt permutantes Domini ſint beneficiorum, quæ permutantur. *Secunda*, vt liberè fiat, non metu, aut dolo extorta. *Tertia*, vt vterque beneficium in manus Ordinarij, cui beneficium ſubeſt, reſignet. Inferior enim Epiſcopo, non poteſt recipere reſignationes cauſa permutationis, abſque illius conſenſu, & ex vi illius conferre, niſi alia fuerit conſuetudo, ait Baſſæus. *Quarta*, vt beneficia permutantibus dentur, non aliis. *Quinta*, vt fiat de conſenſu illorum, ad quos præſentatio, aut 2.

aut electio pertinet. Si tamen Patronus requiſitus, conſentire nolit, poterit ordinarius eius ſupplere conſenſum, ſi iudicat permutationem Eccleſiæ conuenire. *Sexta*, ſi permutans ſit infirmus, poſt permutationem, viginti dies ſuperuiuere debet. *Septima*, ſi permutatio in Roma fit, debet in loco beneficij fieri publicatio, intra ſex menſes à die ſupplicationis oblatæ computandos, ſi ſint intra montes: ſi vltra montes verò, intra nouem Si autem extra Curiam Romanam permutatio fiat, debet ordinarius intra menſem conferre: & permutantes intra tres publicare.

3. Hæc, & alia ad materiam pertinentia, videri poſſunt in Elig. Baſſ. *loc. cit.* Palao *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 3. in 5. prioribus* §§. *fol. mihi* 424. Leſſ. *de iuſtit. & iure, lib. 2. cap. 34. dub. 36.* Rebuff. *praxi benefic. part. 3. tit. de permutatione, à fol.* 528.

---

§. VI.

De ſexto modo acquirendi beneficia.

1. SExtus acquirẽdi beneficia modus eſt *Reſignatio* in propria, & ſtricta huius nominis ſignificatione ſumpta. Quæ ſic à Baſſæo definitur, verb. *Beneficium 2. num. 8. Reſignatio eſt libera beneficij dimiſſio, facta cum cauſa, coram legitimo Superiore.* Cauſæ autem multæ admodùm ſunt, de quibus videri poteſt Caſtrus Palaus, *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 2.* §. 1. vbi etiam diſtinguit duplicem reſignationem, ſeu renuntiationem, quas pro eadem re vſurpat, in tacitam, & expreſſam. Tacita eſt, quæ iuris diſpoſitione inducitur ob actum contrarium retentioni beneficij, v. g. matrimonium contrahendo, Religionem profitendo, & militiæ nomen dando. Cùm igitur his actibus, ipſo iure, ſit annexa beneficij vacatio, eos præſtans cenſeris beneficium dimittere.

Expreſſa verò, eſt reſignatio, ſi verbis expreſſis beneficium deponas. Et hæc alia ſimplex, & alia conditionata. Simplex, ſeu pura eſt illa, quæ nulla appoſita conditione, aut pacto fit, & tunc poteſt ordinarius liberè, cui voluerit, beneficium dimiſſum conferre, vti docet Leonard. Leſſ. *de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 34. dub. 35.* Conditionata verò eſt ſi aliqua adiecta conditione beneficium dimittitur. Conditio, quia multiplex eſſe poteſt, ideò reſignatio diuerſimodè denominari ſolet. Si nulla alia conditio apponatur, niſi quod certæ perſonæ, v. gr. Petro conferatur beneficium reſignatum, tunc vocatur reſignatio ſimplex in fauorem: ſi verò fit ea conditione vt reſeruetur reſignanti ius regreſſus vel ingreſſus, aut penſio aliqua, dicitur reſignatio conditionis qualificata. Ita Leſſ. Baſſæus, & Palaus, qui pro eodem 2.

vſurpat vocem renuntiatio,ac reſignatio, quod & Iordanus infrà citandus facit.

3. Sed vt valida ſit reſignatio, aliquæ conditiones neceſſariæ ſunt. *Prima*, vt beneficium reſignantis ſit. Quia cum reſignatio ſit iuris proprij dimiſſio ſpontanea, vti docent Leſſ. *loco cit.num.*189.*&* 190. Pax Iordanus, *volum.*2. *de re beneficiaria, lib.*10.*tit.*15.*de reſignatione.* Si proprium beneficium non dimittitur, dimiſſio, reſignatio,aut renuntiatio non erit. *Secunda* conditio eſt,vt dimiſſio libera ſit:quando enim metus,aut dolus dat cauſam contractui, non obligat. *Tertia* conditio , vt fiat in manibus eius,qui poſſit eam admittere.Qui reſpectu omnium beneficiorum, eſt Summus Pontifex:Ordinarius, reſpectu eorum, qui ſibi ſubſunt: Deinde Collator,vel inſtitutor inferior. *Quarta*, vt reſignans amittat ius ſuum , debet reſignatio à Prælato acceptari. *Quinta*, acceptari etiam debet ab eo in cuius fauorem fit reſignatio. Quæ conditio adeò neceſſaria eſt,vt aliàs reſignans ius ſuum non amittat, ob clauſulam, *non aliter*, *&c.* *Sexta*, debet conferri ei, in cuius fauorem fit; aliàs collatio alteri facta, etiam ſi à Papa fiat,nulla erit: Non enim poteſt vnius ius ab eo auferri, ipſo inuito, & alteri dari. *Septima*,conditio eſt, vt accedat conſenſus Patroni ſi beneficium iuriſpatronatus eſt: aut electorum, ſi electiuum illud eſt. Aliàs reſignatio in fauorem, nulla erit. *Octaua*, vt ſi reſignans ſit infirmus, debet ſuperuiuere 20. dies poſt reſignationẽ.*Nona* conditio eſt, vt ſi reſignatio in Curia fiat,debeat in beneficij loco publicari, intra ſex menſes, à die ſupplicationis oblatæ, computandos: ſi tamen intra montes locus ille ſit; aliàs intra nouem, iuxta ea, quæ hic §.5. diximus. Si autem reſignatio extra Romam fiat, intra menſem debet publicari.

Hæc,& alia in materia renuntiationis, & reſignationis,ſcitu digna, videri poſſunt apud Rebuff.*in praxi benefic.part.*3. *tract. de reſignatione,à fol. mihi* 474.*vſque ad* 506. Pacem Iordanum, *volum.*2. *de re beneficiaria*, *lib.*10.*tit.*35. *de reſignat. à pag.*445.Leonard.Leſſium, Eligium Baſſæum , & Caſtr. Palaum, *locis citatis*, & apud iſtum vltimum Doctorem, *per* 5. *ſeqq.* §§. Vide illos, & præcipuè Iordanum, *à num.*27. vbi reſignationem definit , & renuntiationem , per hoc, quod ſit *iuris proprij ſpontanea facta dimiſſio, ſeu ceſſio*, *à perſona idonea*, *in alterius beneficium*, *cum licentia Superioris*. Et recenſet caſus in quibus non ſit libera. Ex quo,citato Garc. *de benef.p.*11. *c.*3. §.3. *n.*270. ſcias in Hiſpania non obſeruari Conſt.Pij V. *Quanta Eccleſia Dei.* Quoad partem de non conferendis beneficiis reſignatis affinibus,conſanguineis, vel familiaribus Collatorũ,vel reſignantiũ. 4

§. VII.

§. VII.

De ſeptimo benef. acquirendi modo.

VLtimus modus beneficium acquirendi, eſt illius vnio. Docet Gordonus, *libro ſeptimo, capite quarto, paragrapho primo.* Et latè conſtabit ex modo dicendis, in ſecunda huius operis parte, vbi ex profeſſo, materia iſta plena dilucidabitur manu.

PARS SECVNDA.

In qua Vnionis beneficiorum materia diſcutitur, pariter ac illuſtratur.

CVM fundamenta omnium reſolutionum quartæ partis huius operis, à quibus nomen iſtud ſortitur, hæc ſecunda affluenter miniſtret, in eáque iura Parochi vnitarum, vnicè radicentur, conſultò illam, & tractatum de Vnione beneficiorum, ſeptem quæſtionibus dilucidandis, quibus perfectè illius natura, cauſæ, effectúſque ſciantur cingere duxi, claudere, & lubens decreui. In prima, inquiram. Quid ſit vnio? In ſecunda. Quotuplex ſit vnio? In tertia. Quæ ſint efficientes Vnionis cauſæ? In quarta. Quæ cauſæ finales? In quinta. Quæ conditiones ad Vnionis requirantur validitatem? In ſexta. Qui ſint Vnionis effectus? In ſeptima denique. Quot modis valeat Vnio probari? Ad rem igitur accedo.

QVÆRITVR PRIMO.

Quid ſit Vnio?

QVæſtioni propoſitæ breuiter, ſed plenè reſpondeo dicendo, quod Vnio in communi ſumpta, *eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum ab Epiſcopo, vel ab alio Superiore facta annexio.* Sic definitur à Rebuff. *in praxi beneficiorum, p.* 1. *tit. de Vnionibus beneficiorum, num.* 1. *fol. mihi* 278. Nicol. Garcia, *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *num.* 3. Viuiano *in praxi iuriſpatronatus, part.* 3. *lib.* 14. *num.* 2. Auguſt. Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 66. *num.* 1. Gordon. *lib.* 7. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 1. verſ. *Vnio eſt,* ſub *num.* 17. Thom. Sanchez *oper. moral. tom.* 3. *libro* 7. *cap.* 29. *num.* 145. ſic & Azor *in inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 1. Paul Layman, *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Caſtrus Palaus, 2 *part. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 11

Petr. Greg. *de re beneficiaria, c.*20. *de Vnione, num.*2. Eligius Caſarellus, *lib.*2. *Erotematũ iuris canonici, tract.*19. *fol.*40. Pax Iordanus, *volum.*2. *de re beneficiaria*, *lib.*10. *tit.*32. *de Vnione*, Baſſæus, conſentiunt & alij communiter tam iuris canonici profeſſores, quàm Theologi Morales. Cui tamen definitioni, addit Petr. Greg. particulam hanc *in perpetuum*. Sed minus benè, cum detur vnio quæ temporalis ſit. Vnde

QVÆSTIO II.

Quotuplex ſit Vnio?

1. VNio diuiditur primò *in perpetuam*, & *temporalem*. Ita Rebuff. *num.*6. *ex cap.*1. *Ne Sede vacante*. Barb. *n.*8. & Pax Iordan. *n* 49. *citatis* Garc. *de benef.* Gonz. & aliis. Palaus, *num.*2. Gordon. *vbi ſuprà*.

2. Vnio perpetua eſt, quando exprimitur, *vt perpetuò duret*: *cap. Expoſuiſti*, ibi, *de Capellis annectendis in perpetuum*, *de Præbend.* & quando dicitur: *ad perpetuam memoriam*; vel: *ad Sedis beneplacitum*, *cap. ſi gratioſè*, *de reſcriptis*, *in* 6. aut denique: *ſi ſit Eccleſia contemplatione*, *aut Monaſterij*: *cap.*1. *Ne Sede vacante*. Ita Rebuff. *n.*7. Gordon. *citat.*

3. Vnio verò *temporalis* eſt quando ad tempus fit, ad vitam videlicèt eius, cui conceditur. & ſic amore perſonæ, *cap.*1. *Ne Sede vacan.* Vnde per illius mortem expirat, *cap. Quoniam de offic. deleg.* Rebuff. *num.*9. Caſtrus Palaus *n.*2. citatis Hojeda *de incompatibilit. benef.* 2. *p. c.*3. *n.*1. & Sanch. Gordon. *loc. cit.*

In dubio an ſit facta Eccleſiæ, an verò perſonæ, præſumitur Eccleſiæ facta: quia Eccleſiæ magis quàm perſonæ fauendum eſt. Rebuff. *num.*10. *ex cap.*1. *& cap.*15. *requiſiſti, de teſtamentis*, vbi legatum potius factum contemplatione Eccleſiæ, quàm perſonæ, ſi contrarium non appareat. Quod clarius habetur in can. Pontifices, iuncta gloſſ. verbo, *Ab extraneis*, 12. *quæſt.* 3. 4.

Secundò diuiditur vnio perpetua *in æque principalem*, *& acceſſoriam*. Vnio *æquè principalis eſt*, quando duæ diœceſes, aut duæ Eccleſiæ vniuntur quoad caput, & gubernatorem, eo ſcilicet pacto, vt vnus ſit earum Prælatus, vel Rector, abſque eo quod vna earum alteri ſubiiciatur, aut propria amittat iura, vel priuilegia, aut prærogatiuas, & abſque eo quod adinuicem aliqua horum communicentur. Vtraque enim omnia, quæ ante vnionem habebat, præter ſpecialem, peculiarem, ſeu proprium Prælatum, vel Rectorem, poſt illam ſibi etiam in ſolidum retinet. Ita Rebuff. *num.*15. Garc. *num.*8. Viuian. *cap.*15. *num.*7. *&* 27. Gonz. *Reg.*8. *gloſſ.*5. §.7. *num.*29. Pax Iordanus, 5.

*num.*10.

*num.*10.Petr.Gregor.*num.*2.Sanch. *num.*146 Filliuc.*tract.*41.*de benefic. cap.*3.*num.*121.Azor *quæſt.*2. Aſcan. Tamburin.*de iure Abbatum,tom.*3. *diffic.*15. *quæſt.*5. *num.*3. Bauny *in praxi benefic.diſp.*8.*quæſt.*4 Laym. *num.*2. verſ.*Tertius modus* Moneta *de decimis*, *cap.*9.*num.*66.*pag.*105. Rota *in Ciuitaten.Presbyt.*24.*Martij* 1645. coram Cerro,quam tradit Diana *par.*8.

6. Vnio *acceſſoria*,ſiue *ſubiectionis*, tunc fit quando vna Eccleſia, aut beneficium alteri ſubiicitur, & annectitur, pro augmento dotis, & patrimonij, acceſſoriè. Et tunc illa Eccleſia,cui altera vnitur, remanet Superior, & principalis, inferior verò, & ſubiecta illa, quæ fuit vnita. Ita Rebuff. *num.*12.Garc.*num.*6. *&* 7.Gonzal.*num.*27. Viuian.*cap.*5. *citat. num.*6. Innoc. *in cap. Nouit*, *num.*1.*Ne Sede vacant*.Summ Hoſtienſ.*lib.*3.*Tit.Ne Sede vacan.n.*5. ibi. *Secundò vnitur ſic vna Eccleſia alteri, vt ei ſubiiciatur in ſpiritualibus,& temporalibus,ita quod vna ſit mater, altera filia.* Barb. *num.*2. Filliuc. *num.*121.*cit.*Tambur.*nu.*4. Bauny *q.*7. *in princ.* Sanch. Azor, & Laym. *locis citatis.* Gordon. *vbi ſuprà* §.1. *num.*17. verſ.*Vnio fieri poteſt.* De hac vnione agitur *in cap. Quia Monaſterium*, 2.*de Relig.domibus*, *cap. Recolentes* , *in fin. de ſtatu Monach.* vt de primo , & ſecundo, cap. docet Pax Iordanus , *num.*9. vbi ſupradicta tenet cum præcitatis Doctoribus: & de ſecundo,Rebuffus: Moneta etiam *de decimis, cap.*9.*num.*66.*pag.*105. ex DD. *in cap.Poſtquam*, *& cap. Temporis*, 16. *quæſt.*1.*cap.Sicut vnire, de exceſſib.Prælat.cap.Quod tranſlationem*, *de offic. leg.* Rota *in Portugalien.* coram Penia, 10.*Nouemb.* 1598. quam habes *infr.la* 31. vbi *num.*2.*& tanquam Filialis*,&c.

Tertio, vnio acceſſoria & ſubie- 7.
ctionis, in vnionem *quoad temporalia ſolum*, & in vnionem *quoad ſpiritualia,& temporalia ſimul*,diuiditur. Hanc diſtinctionem , & diuiſionem tenet Rebuff. *Titulo de Vicariis perpetuis* : vbi poſtquam *num.*1. dixit, quod *quando vnio fit acceſſoriè,in beneficio vnito,relinqui ſolet Vicarius perpetuus, qui illi deſeruiet beneficio: & is, qui habet beneficium vnitum, non poterit illi deſeruire per ſe, inuito Vicario perpetuo per text. in cap.Extirpandæ*, §.*Qui verò*, *de Præbend. cap.*1. *illo tit. in* 6. *& cap.Vnico de Capell.Monachor. illo lib. num.* 6. ait ,quod *quando vnio eſt ad menſam Capituli, vel Epiſcopi poteſt deſeruiri per Vicarium temporalem , per gloſſ.in* verb. *Ad menſam, Clem.*1.*de exceſſ. Prælat.* & gloſſ. *& DD. in Clem.*1. *de reſcript. & in Clem. vnica*, *de ſupplend.neglig.Prælat* & Rota *deciſ.*260. *nota gloſſ. in antiquis.* Et addit,quod ſi in vnione (quæ ſcilicet non ſit ad menſam) non fuerit creatus Vicarius perpetuus,poterit conſtitui temporalis. *Et num* 7. ſequenti docet quod *ad menſam cen-*

ſetur vnitum beneficium , quando ſpiritualia , & temporalia ſunt annexa. Gloſſ. verb. *Ad menſam, & Doctores, in cap. Vt ſupra de reb. Eccleſ. non alien. & num.*8. ait vnitum eſſe beneficium ad menſam Abbatis quando conceſſum fuit vt is viuere poſſet cum ſuis Religioſis.

8. Et vlterius *num.*11. dicit. Debet conſtitui (ſcilicet in vnione, iuxta ſupra dicta) Vicarius perpetuus, quando Religioſi vel ſæculares, ex diſpenſatione habent Prioratus Regulares, quibus eſt annexa cura animarum. *Clem. Vnica de ſuppl*e*nd. neglig. Prælat. Clem. Ne in agro*, §. *Cæterum , de ſtatu Monacho.* Rota *Deciſ.* 228. *Nota quod vbi , in antiq.* Ex quibus omnibus manifeſtè apparet Rebuffum ſentire, Monaſteria habere Eccleſias ſibi ipſis vnitas, quæ ſint, de eorum menſa, & quoad ſpiritualia, & temporalia eiſdem annexas, in quibus deſtinari poſſint Vicarij amouibiles ; & Eccleſias non ad menſam pertinentes, in quibus deſtinari perpetui Vicarij debeant in vnione, quod cum vtrumque probet ex eadem *Clementi. vnica de ſupplend. neglig. Prælat.* manifeſtum omnino fit. Layman *in qq. Canonicis , quæſt.*106. item ait. *Parochiæ duobus modis Monaſterio incorporatæ eſſe poſſunt , vel quo ad temporalia tantum, vel quoad temporalia , & ſpiritualia ſimul , & ſic pleno iure.*

Eandem diuiſionem, tenet apertè Garcia *de Beneficiis , parte* 11. *cap.* 2. vbi pro eodem prorſus vſurpat vnionem *ad menſam*, ac vnionem *quoad ſpiritualia, & temporalia*, & è conuerſo. *Num.* 3. ait. *Vbi beneficium eſſet de menſa Prælati, dignitatis , ſeu Capituli , nempè quoad ſpiritualia , & temporalia.* Et num. 4. *In huiuſmodi beneficiis curatis menſæ vnitis , ſeu quoad ſpiritualia , & temporalia ,* Num. denique 6. *Et habet etiam locum in beneficiis vnitis menſæ , ſeu quo ad ſpiritualia , & temporalia.* (Doctrina quidem veriſſima , tradita, vti vidimus , à Rebuffo, *numero* 7. & ab infra numerandis Doctoribus) & ſimul vtrumque diuiſionis coniunxit eodem *num.* 3. membrum, dicens. *Et huiuſmodi beneficiis etiam curatis* (loquitur de vnitis ad menſam) *poteſt ſeruiri per Vicarium temporalem , & ad nutum amouibilem, quamuis quando vnita ſunt quo ad temporalia* (intellige, ſolum) *debeat curatis deſeruiri per Vicarium perpetuum.* 9.

Flores de Mena. *Variar. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 10. eandem diuiſionem tradit , ſæpè inculcat , & probat. Et ex multis , quæ dicit , quæ ſufficiant , eligam. In primis enim , *numero* 16. primam ſuam concluſionem ſic ſtatuit. *Quando beneficium curatum eſt vnitum monaſterio, præbendæ, aut Prælatura ſolum quo ad temporale regimen , & titulum , ſcilicet , quia monaſterium* 10.

monaſterium ipſum habet titulum, & ius perpetuum annexum gubernandi dictum beneficium, & eius bona, & ſolum percipit quæ remanent, ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus, non tamen adminiſtrat Sacramenta parochianis, neque vtitur aliis iuribus ſpiritualibus: tunc prælatus monaſterij tenetur deputare Vicarium perpetuum. Ita probat text. in d. §. Quia vero, (ſcilicet cap. Extirpandæ, de Præben. quod num. 9. allegauerat) *& notant Abb. Francus, & alij, vbi ſupra, & Abbas, & Imola in d. Cap. de Monachis,* (ſcilicet de Præb.) *Rebuſ. in Praxi benefic. lib. 1. tit. de vnionibus, à n. 6. Alfonſ. Oxeda, tract. de incompatib. benefic. p. 1. cap. 15. n. 3.*

11. Hæc ibi *& numero* 18 ſic ſecundam concluſionem proponit, & probat. Videlicet. *Quando beneficium eſt vnitum ad menſam Abbatis, aut monaſtery, aut Prælati, ſeu præbendati (ſcilicet, quia Abbas, aut Prælatus deſeruit beneficium per ſe, aut ſuos familiares, vel alios, quos conducit, & ipſe percipit fructus beneficij in ſolidum, & ſoluit ſtipendia conuenta, pro ſui libito ſeruientibus,) tunc, quia beneficium cenſetur vnitum in ſpiritualibus, & Prælatus eſt verus Rector, beneficiumque nunquam vacat, poteſt Prælatus ipſe, Abbas, aut Abbatiſſa monaſterij caput, facere ipſum deſeruiri per Vicarium ad nutum amouibilem, vt per Gloſſ. in dict. Clement.* 1. verb. *Ad menſam: & in dict. Clem.* 1. *de ſuppleud. neglig. Prælat. & in Clem.* 1. *de reſcript. ſequutas per Imol. Card. & alios ibi, per Francum, & Ancharran. & Dominicum in dict. c.* 1. *per Abbat. & Imol. in dict. cap. de Monachis,* per Rebuff. *vbi ſupr. Melius per eundem* Rebuff *in dict. §. Quia verò, notabili* 5. *concluſ.* 2. *fol.* 372. *Idem in tract. de congrua portione, nu.* 32. Rip. *in Reſponſo* 18. *n.* 4. *lib.* 2. *Petr. de Peruſio in tract. de Vnionibus Eccleſiarum, cap.* 40. *num.* 5. Rota *in tit. de exceſſib. Prælatorum, deciſ.* 2. *aliàs* 273. *in nouiſ.* Quibus adde Thom. Sanchez, *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 190. Hier. Rodrig. *reſol.* 15. *num.* 4. quem vide *reſol.* 96. *num.* 10. vbi docet Abbatiſſam, ſeu Monaſterium mulierũ, habere curam animarum quoad habitum poteſtatiuum inſtituendi viros capaces, quibus cura committatur: quod etiam docuit Tamburinus, *de iure Abbatiſſarum diſput.* 32. *quæſt.* 12. Æman. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 17. *art.* 12. poſt Abbat. *de Maiorit & obedien.* & Gordonus, *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. § 5. *num.* 21. verſ. *Quæritur à multis,* ait poſſe vniri Monaſterio Monialium beneficium curatum *in ſpiritualibus, & temporalibus,* itavt *Abbatiſſa exerceat curam animarum per Vicarium, quamuis non ſit capax iuriſdictionis ſpiritualis, immediatè exercendo actum, tamen remotè, & veluti in habitu poteſt per poteſtatem nominandi Vicarium.* Hæc ille.

Quartam

12. Quartam concluſionem, idem auctor ſic *num.*21. firmat, & confirmat. *Quando beneficium eſt vnitum Monaſterio pleno iure, quoad curam animarum, & his, quæ ad eam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus, licèt non quoad iuriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra curam, nec cura omninò neceſſaria, provt eſt viſitare, & excommunicare, & ius dicere, tunc etiam Prælatus poteſt facere deſeruiri beneficium per Vicarium ad nutum amouibilem: licèt in hoc contrarium velint aliqui ex ſupracitatis, ſed certè falluntur, quia vnio beneficij, quoad iuriſdictionem Epiſcopalem, impertinens eſt ad vnionem, quoad curam animarum ſolum: nam dicta iuriſdictio eſt extra curam, & poteſt quis eſſe verus Rector, & curatus actu, & habitu, & non habere iuriſdictionem Epiſcopalem. Vnde ſi eſt verus Rector in ſpiritualibus, & temporalibus, non video, cur non poſſit deſeruire beneficio, vel per ſe, ſi poteſt, vel per Vicarium ad nutum amouibilem, vt benè aduertit Imola in dict. cap. de Monachis, num.6. de Præbend. & nouiſſimè Caualcanus in indice ad primam partem deciſio. Litera V. verbo Vnio, num.*15. *&*16. Hæc ibi, & *num.*22. immediatè, ſic proſequitur. *Immò, ſi vera loqui fas eſt, ſimilis vnio, eſt vnio ad menſam, nam Monaſterium, aut Prælatus eſt verus Rector, & gaudet vt talis, beneficij fructibus, quos ſibi applicat, beneficiúmque nunquam vacat. Vnde nulla ratio inueniri poteſt, qua in modo ſeruiendi, eam diſtinguamus ab vnione ad menſam.*

Idem Flores de Mena, *art.* & §.3. 13.
eiuſdem quæſtionis, plures etiam ſtatuit concluſiones ad rem non parum conducentes. *In* 1. *num.*37. ſic fatur. *Quando beneficia ſunt vnita, ſolùm in temporalibus Collegio, aut Monaſterio: nulli dubium eſt, niſi quod Epiſcopus poterit facere beneficium deſeruiri per Vicarium perpetuum.* In tertia *num.*39. *Quando beneficium eſt vnitum in ſpiritualibus, & temporalibus, aut ad menſam, tunc maius eſt dubium.* Et paucis interiectis pro ratione dubitandi orta ex Trident. *ſeſſ.*7. *c.*7. & ex Bulla Pij V. *Ad exequendum*: ex vtroque capite reſoluit, poſſe Epiſcopum facere illum deſeruiri per Vicarium perpetuum, dummodo non ſolum non deſeruiatur per Regulares, quos Pius V. decreuit ad nutum conſtitui, & deſtitui debere, ſed ſuam reſolutionem intelligit de Vicariis pro Eccleſiis, non vnitis ad menſam Monaſteriorum, quia *quando* (ait) *beneficium eſt vnitum Monaſterio Monachorum, aut mendicantium, Epiſcopus non poteſt deputare, pro eius ſeruitio, perpetuum Vicarium, ſed ad nutum amouibilem, ex diſpoſitione dicti proprij Motus, qui limitat dictam conſtitutionem Conciliarem*, (ſcilicet Tridentini.) *Et ſic declaratum eſt in Romana Curia.* (In declarat-

clarat, videlicet, Congreg. Concilij, quam *num.* 25. dixerat ſeipſum vidiſſe in publico inſtrumento ex Roma miſſo.) Ita ille, *concluſ.* 3. *&* 4. *num.* 39. *&* 40. Idem quod hic docet Mena, illo citato docet Pater Gordonus, *lib.* 8. *quæſt.* 4. *c.* 4. §. 5. *num.* 22. verſ. *Exceptiones.* Et idem decidit S. Rota, *infrà la* 31. *num.* 3. & Sanch. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 191. Hier. Rodrig. *Reſol.* 15. *num.* 31. citato Emmanuele Rodrig. *in Summ. tom.* 3 *addit. c.* 32. *num.* 7. *&* 8. etiam docent non poſſe Epiſcopum deputare Vicarium perpetuum pro Eccleſiis vnitis Monaſteriis.

14. Ex quibus omnibus manifeſtè fit, conſtanter tenuiſſe, dari Eccleſias vnitas Monaſteriis, quoad temporalia ſolùm; & aliàs quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul, quæ ad menſam vnitæ eſſe dicuntur: In primis, non eſſe Rectores, & debere pro eis præſentare Epiſcopo Vicarios ab ipſo Epiſcopo inſtituendos perpetuos; in ſecundis verò econtra, eſſe veros Rectores earum & poſſe eis deſeruire per ſe, vel per Vicarios ad nutum à Prælato nominandos, & ab Epiſcopo examinandos, tantum, & approbandos, ſimul & licentiandos ad Sacramenta miniſtranda, ita vt nulla collatio, aut inſtitutio ab eo obtinere ſit neceſſarium, quod etiam continere aſſerit declarationem Cardinalium Congreg. Concilij, *n.* 26. relatam.

Aloyſ. Riccius *in praxi variar. reſolutionum, Reſol.* 293. idem, & eiſdem, ferè ſemper, verbis docet, ac in præcedentibus vidimus docere Flores de Mena, quæ libenter ad vnguem, vt aiunt, hic inſerere omitto, ne lectori faſtidium generent. Quare hic ſolum referam illius propoſitiones: & locum vnde illas extraxerim, indicabo. 15.

I. In beneficiis curatis vnitis menſæ Monaſterij, Abbas, ſeu Abbatiſſa, eſt verus Rector, quia ſunt vnita quoad ſpiritualia, & temporalia, *num.* 2. verſ. *Pro parte*, & verſ. *Secundò concluſ.* 2. *&* 4. verſ. *Ex quibus*, & verſ. *Ad d.* §. *Quia verò.* II. Poteſt Abbas, aut Abbatiſſa deſeruire illis per Vicarium ad nutum amouibilem, *num.* 2. verb. *Pro parte*, verb. *Secundò, concl.* 2. *&* 4. verb. *Ex quibus.* III. Non poſſunt deſeruire dictis beneficiis, per Vicarium perpetuum *num.* 2. verb. *Pro parte*, IV. Poteſt Abbas per ſe ipſum deſeruire, *concluſ.* 4. V. Eſt verus Paſtor, & curatus actu, & habitu, *concl* 4. VI. Nunquam vacant, *num.* 2. verb. *Pro parte*, verb. *Secundo*, *concluſ.* 2. *&* 4. VII. Poteſt Abbas, aut Abbatiſſa Clericis beneficia illa concedere, ratione aliqua motus, ſed non in perpetuum titulum. VIII. Poſſunt facere deſeruire beneficia vnita Monaſterio, per Monachum ad nutum amouibilem, *concluſ.* 6. Idem docet Palaus, *par.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 3. §. 1. *num.* 14. Leſſ. *de iuſt. l.* 2. *cap.* 41 *num.* 98. verſ. *Vbi notandum.*

tandum.Sanch.*in Decal.c.*29.*numero* 66. IX. Fructus eorum, quæ ad menſam ſunt vnita, applicant ſibi, & menſæ ſuæ, *num.*2.verb.*Pro parte*. X. In vnitis quoad titulum, & regimen temporale ſolum, Vicarium perpetuum deputare debent, *concluſ.*1.

16. Azor ſimiliter diſtinguit duas vniones acceſſorias,& ſubiectionis Eccleſiæ Parochialis, quarum vna ſit facta menſæ; altera verò non.In prima, ait, poteſt Vicarius temporalis conſtitui ex Gloſſa *in Clem.*1. *de exceſſib.Pralat. & Clem.*1. *de reſcript.& Clem.*1.*de ſupplend.neglig. Prælat.* Hoc docet, ibi. *Item quando*, &c. in ſecunda verò ſolet conſtitui perpetuus. Et addit: *& is qui eam Eccleſiam ſua coniunctam habet, non poteſt per ſeipſum in illa deſeruire innito Vicario perpetuo.* Ita ille, *p.*2.*lib.*6.*c.*29.*q.*1.

17. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi.par.*3. *alleg.*58.*num.*14. *&* 16. de vtraque differit vnione,quatenus ibi aſſerit non poſſe legatum Apoſtolicum conferre beneficia ad Epiſcopum deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Epiſcopus confert auctoritate Apoſtolica, Prælatus ille habeat alium immediatum Prælatum, cui immediatè ſubiiciatur, *tunc enim ad illum fiet deuolutio*, *Cardin. in Clem. vnica, quæſt.*3.*de ſupplend. neglig. Prælat.* num. verò 16. ait: *Illud verò dicitur beneficium de menſa Prælati, quod perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali,aut Capitulari,ſeu Abbatiali,& ideò nunquam vacat,neque in tali beneficio datur negligentia in prouiſione.* Gloſſ. verb. *de menſa*, *in dict. Clem. vnic.de ſupplend. negligen.Prælat.* Gonzal. *ad Reg.*8. *Cancell.gloſſ.*5.§.6.*num.*63.Farinac. *deciſ.*204.*part.*2. *recent.* Hæc ibi. Ex quibus dicta duplex vnio comprobatur in ſententia Barboſæ, cum ratione prioris dicat vacare beneficia vnita Prælatis Regularibus, & deuolui; beneficia verò de menſa, non deuolui, quia nunquam vacare contingit. De hac intellige Palaum,dum *tract.*13.*diſp.*6. *punct.*12.§.1.*num.*5. dicit: *Hinc fit in beneficio acceſſoriè vnito non eſſe locum vacationi.*

De vtraque vnione egit Rota *in vna Parochialis de Stella*, 14. *Decembr.de anno* 1598. coram Card. Seraphino, *la* 1304. in qua *fuit concluſum curam Eccleſia Parochialis de Stella reſidere penes Abbatem de Hyrache*, verſ.*Secundò, hanc donationem*, ibi: *quando decima & oblationes, quæ dantur ratione curæ alicui principali, aſſignata certa portione Vicarij*: fit de vnione ad menſam: & quamuis ibi hoc nomen non exprimatur; exprimitur tamen ibi quod eſt illius proprium: & nomen ipſum, in *verſ.*3. de ea autem, quæ non eſt ad menſam, ibi. *Secùs ſi eos perciperet Vicarius.* 18.

Eadem Rota *in vna Vlisbonen.* 19.
2. *Decembr. de anno* 1605. coram Litta,

Litta, in qua præcedens Seraphini allegatur, idem deciditur expreſsè quoad vnionem ad menſam, in hunc modum. *Eccleſiam autem eſſe ſubiectam Monaſterio, aut annexam, vel de menſa, non eſt neceſſe probare per inſtrumentum vnionis, vel annexionis, ſed poteſt etiam probari per alia ſigna, & argumenta, vt fuit deciſum in cauſa Pampilon. de Stella* 14. *Decembr.* 1598. *coram Illuſtriſſ. Card. Seraph.* In alia item *Vlisbonen.* 13. *Iunij* 1607. coram Cardin. Lancellott. apud Farinac. 2. *p. deciſ. ſelect. tom.* 3. *la* 204. dicitur. *Cum Monaſterium perpetuò perceperit decimas totius territorij, cum congruam Vicariis ab eo præſentatis ſoluerit, ſequitur, quod huiuſmodi Eccleſiæ ad ipſum Monaſterium ſpectare, & de illius menſa eſſe dicantur.* Et horum, aliquibus probationibus adhibitis, addit. *Et quod Eccleſia non eſt de per ſe ſtans, ſed de menſa Monaſterij, vt in c.* 1. *de Capellis Monachorum, lib.* 6. Felin. *in cap. Ex parte, el* 2. *num.* 2. *& ſeqq. de reſcript.* Et infrà infert eſſe de menſa ex pluribus ſimul ſũptis ſcilicet, ex dominio territorij, perceptione decimarum, præſentatione Vicariorum, ſolutione congruæ ſuſtentationis, iuxta Gloſſ. *In Clem. vnica*, in verbo *ad menſam*, quam omnes ſequuntur, Imol. *num.* 16. Vital. *num.* 82. *de exceſſib. Prælat.* Citàtque deciſiones Seraphin. de anno 1598. & Littæ 1605. ſupra relatas. In alia denique *Vlisbonen.* 1. *Iunij* 1615. coram Remboldo, apud Farinac. 2. *p. tom.* 4. *deciſ. la* 710. ſic habetur. *Vnde cum tam ex literis Clem. VI. quam etiam Sixti IV. Summi Pontificis, euidenter appareat beneficium, de quo agitur, fuiſſe Canonicatui Vlisbonenſis Eccleſiæ perpetuò vnitum, neceſſariò ſequi videbatur, quod omne ius tam ſpirituale, quam temporale eiuſdem beneficij fuerit in Canonicatum translatum.* Vide apud D. Briz Martinez *fol.* 252. aliam eiuſdem anni coram Burato.

20. De vnione ad menſam loquutus eſt etiam Summa Hoſtienſis, *lib.* 3. *tit. Ne Sede vacante, num.* 5. quando referens modos vnionis, loquens de acceſſoria, ſic dixit. *Secundò, vnitur ſic vna Eccleſia alteri, vt ei ſubiiciatur in ſpiritualibus, & temporalibus, ita quod vna ſit mater, altera filia.*

21. Vtraque denique vnio eſt in ipſo iure expreſſa. De vnione ad menſam, *cap. Abbates*, iuncta gloſſ. *V. pleno iure*, & ibi. Ioan. Andreas, 3. *de priuil. lib.* 6. ſic fatur, *tunc Eccleſiæ pleno iure pertinent ad Monaſteria, quando in eis Sacerdotes inſtituunt, & omnes obuentiones percipiunt præter ſtipendia Miniſtrorum.* Clementina etiam. *Quia Regulares*, vnica *de ſupplend. neglig. Prælat.* Statuitur, quod ſi Regulares Prælati negligentes fuerint in committendo, aut conferendo Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, aut quæuis alia bene-

ficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia, cum vacauerint, ſuppleant diœceſani negligentiam: & quod diœceſani nullo modo permittant, quod iidem Prælati Regulares applicent illa menſis ſuis: (id eſt vniant, vti notat gloſſa verb. *Applicent, ex Clement. Ne in agro Dominico*, § *Ad hæc*, iuncta gloſſ. verb. *Aſſenſus*, *de ſtatu Monachorum.*) Et infrà, ſuam mentem explicat Pontifex, præmiſſa intelligi de Prioratibus, Eccleſiis, Adminiſtrationibus, & beneficiis, quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum Regularium. Quia vti ait Gloſſ. verb. *De menſa*, illa quæ ſunt de menſa, non intelliguntur vacare. Et ſic non erit locus negligentiæ: neqne locum habebit prohibitio ibi addita, de noua penſione imponenda, aut veteribus augendis.

22. In *Clementina* etiam *Frequens*, verſ. *Quidam etiam, de exceſſ. Præl.* deciditur Eccleſias etiam curam animarum habentes ad menſam Abbatum ſpectantes, non vacare. Et verſ. *Nonnulli quoque*, alterum membrum diuiſionis, ſcilicet vnionis, quæ non ſit ad menſam, manifeſtè demonſtrat. Ait enim, *Nonnulli quoque in Eccleſiis Monachorum iura ipſorum iniuſtè ſibi appropriant; & de ipſorum redditibus, vt volunt ordinant: ita quod Rectoribus earum* (videlicet Vicariis, vti gloſſa verb. *Rectoribus*, *ex cap. de Monachis, de Præbend.*) *non remaneat vnde valeant ſuſtentari.*

Gloſſa item, verb. *Ad menſam*, vtramque vnionem diſtinguit. Vnam quidem de menſa, & eſt quãdo poteſt ille, cui facta eſt vnio Eccleſiæ, iſtius fructus conuertere ad ſuos vſus: & tunc Eccleſia Rectorem, vel Vicarium perpetuum non habet alium, quam illum cui facta eſt annexio. Et alteram, quæ non ſit de menſa: & eſt quando Eccleſia annexa eſt quoad temporalia (ſcilicet ſolum:) & tunc debet illa Vicarium habere perpetuum. Et aduertit quod ex eo, quod Eccleſia pleno iure ſubiectionis ad aliquem pertineat, non propterea dici poteſt de eius menſa etiam ſi Rector, ſeu Vicarius dictæ Eccleſiæ inſtitutionem, aut deſtitutionem ab illo recipiat, vel etiam ſi ab illo viſitetur quoad temporalia: nam quoties fructus Eccleſiæ, vt dictum eſt, non poteſt in proprios conuertere vſus, de illius menſa non eſt. Et hac de cauſa docet quod ſi Eccleſia pertinet quoad directum Dominium ad vnum, & quoad vſumfructum ad alterum, vt ſunt feuda, non poteſt dici de menſa directi Domini: cum alius illius fructus percipiat. 23.

Clementina, ſimiliter, *Abbates*, 1. *de reſcript.* diſtinguit Prioratus, Adminiſtrationes, & alia loca Abbatibus ſubiecta, quæ non ſunt de eorum menſa, & habent ſpeciales, (ideſt proprios, & in titulum) gubernatores: 24.

bernatores: ab iis, quæ ſunt de menſa,& non habent ſpeciales gubernatores. Expendantur verba illa. *Nec occaſione locorum ad menſas pertinentium eorumdem* (ſcilicet Abbatum) *aliud ipſis ſuper hoc liceat, quam ſi loca ipſa ſic præmiſſa ſpeciales ſub eis gubernatores haberent.* Notentur etiam Gloſſæ verba,verb. *His præſuppoſitis*,propè finem, ibi: *etiam ſi beneficia illa eſſent de menſa Abbatis*, & verb.*Haberent.* ibi. *Innuit quod loca, quæ ſunt de menſa, interdum non habent ſpeciales gubernatores*, & citat Clementinas citatas *de ſupplen. negligent. Prælat. & de exceſſ. Prælator.*

25. Gloſſa *in cap.De Monachis*,verb. *De prouentibus*, 12. *de Præbend. & dignit.* De vtraque agit vnione, cum dicat. *Per hoc patet quod loquitur* (ſcilicet decretalis,) *de Eccleſiis, quæ ſunt Monachorum quoad temporalia: in quibus poſſunt Monachi ſibi omnia appropriare,reſeruata honeſta ſuſtentatione Presbytero, vt hic dicit: multò magis vbi habent Eccleſias, quoad ſpiritualia, & temporalia:* id eſt ad menſam.

26. Quod ſi dicas, eo ipſo quod poſſint Monachi ſibi appropriare omnes fructus, reſeruata honeſta portione,pro ſuſtentatione Vicarij, Eccleſia illa non ſolum erit Monachis vnita, quoad temporalia, ſed quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul, & ſic pleno iure, & quoad menſam, iuxta dicta in *num.*23. præcedente, & colligitur manifeſtè ex deciſionibus Rotæ infrà exſcribendis.

Reſpondetur ex eadem Gloſſa *in fine*, hoc quod eſt recipere omnes fructus, relicta portione Vicario, aut recipere portionem, & reſiduos fructus reſeruari Vicario, contingere ſecundum conſuetudinem diuerſorum locorum. Et ſic poteſt fieri, vt principalis, qui Eccleſiam quoad temporalia ſolum habet, recipiat omnes fructus, reſeruata aliqua portione Vicario, vt ſupponit dictum,*cap.de Monachis, & cap. Ad hæc*, 3. *de offic.Vicarij, cap.Extirpandæ*, §.*Qui verò*, 30.*de Præbend. & dignit.* Quare aliud etiam petendum eſt, ad hoc vt liquidò conſtet Eccleſiam aliquam eſſe vnitam quoad menſam, & in ſpiritualibus, ſimul, & temporalibus. Videndum enim eſt, an Vicarius ſit temporalis, vel perpetuus à tempore vnionis, vel ſaltim quadraginta annorum. Si fuerit temporalis, ſignum eſt vnionis ad mẽſam. Ita Gloſſ. *in Clem. Frequens*, verb.*Ad menſam, de exceſſib. Præl.* vbi quæſito, *quæ Eccleſia dicatur propriè de menſa Prælatorum, vel Capitulorum, vel ſingularium dignitatum,vel Præbendarum?* Reſpondet. *Videtur quod illæ, quæ ſunt menſis eorum vnitæ,in tantum, quod Rectorem, vel Vicarium perpetuum non habeant alium, quam illum, cui facta eſt annexio.* 27.

I 3 Hæc

28. Hæc tamen omnia ex mente Gloſſæ dixi; ſed ex mente Rebuffi Flores de Mena, Riccij, & Rotæ, *ſupr. ſect.* 1. §. 2. *de diuiſione benefic. diuiſ.* 2. *num.* 14. 15. *&* 16. maximè verſ. *In altera Vlisbonen.* & verſ. *Nec poteſt*, *& ſect.* 2. §. 2. *de diuiſ. vnion. num.* 7. 11. 15. *&* 18. & expreſſiùs, *num.* 19. aliter dicendum videtur, quod ſcilicet ſufficiat ad vnionem ad menſam, quod Eccleſia, aut beneficium conceſſum ſit, vt is, cui fuerit vnitum, congruè valeat ſuſtentari, & viuere, & conſequenter quod illius fructus in proprios conuertat vſus, & ſoluat Vicario certam portionem: ſiue ille ad nutum ſit amobilis, & temporalis, quod exigit natura vnionis ad menſam, cum principalis, ſit verus, & proprius illius Rector, quia in illum per vnionem iſtam fuerit tranſlatum non ſolùm ius ad temporalia, ſed & ad ſpiritualia, annexa Eccleſiæ aut beneficio, exercenda; ſiue ex aliquo accidenti, perpetuus deputetur: quia hæc perpetua deputatio nō tollet vnionem ad menſam, nec quod principalis non remaneat verus, & proprius Parochus, & Rector talis Eccleſiæ, & beneficij; cum ad erectionem Vicariæ temporalis in perpetuam, non inferatur tranſlatio totalis, & abſoluta curæ in Vicarium perpetuum, vti decidit Rota *in Vlisbonen.* 2 *Decembr.* 1605. de qua *ſuprà*, *ſect.* 1. §. 2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 2. *num.* 15. & in altera *Vlisbon.* 1. *Iunij* 1615. de qua *ibidem*, *n.* 16. per totam, quas infra licebit videre: prima quidem eſt *la* 7. in ordine; ſecunda verò, *la* 9.

De vnione verò Eccleſiarum facta Monachis, quo ad ſola temporalia, & Patronatum, & titulum, adſunt plures text. *in cap. Ad hæc*, & ibi gloſſ. verb. *Plures*, & verb. *Remouere*, 3. *de offic. Vicarij*, *cap. de Monachis*, 12. *de Præbend. & dignit. cap. Extirpandæ*, §. *Qui verò*, cum gloſſ. *in Summa*, & verb. *Perpetuum*, 30. *eod. tit. cap. Presbyteri*, & ibi gloſſa, verb. *Ipſis*, *vnico de Capellis Monach. lib.* 6. *cap. In Lateranenſi*, *de Præbend. & dignitat. Clem. Quia Regulares*, vnica, *de ſupplend. negligent. Prælat. Clem. Ne in agro Dominico*, §. *Cæterum*, *de ſtatu Monach. cap. Sanè* 6. 16. *q.* 2. *cap. Statuendum*, el 7. *ead. q. cap. Suſcepti regiminis*, 1. *de Præbend. & dignitat. in* 6. *cap. Sicut nobis*, 2. *de ſupplend. negligent. Prælatorum.* 29.

Alia vnio, parum iam frequens, vt aduertit Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 2. à Doctoribus aſſignatur, & eſt quando ex duabus Eccleſiis, aut beneficiis, vnum fit. Rebuff. *in praxi benefic. tit. de vnione*, *num.* 11. Gonzal. *in Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 28. Garc. *vbi ſuprà*, Viuian. *in praxi iuriſpatronat. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 5. Barb. *de poteſt. Epiſcopi*, *part.* 3. *allegat* 66. *num.* 2. Innocent. *in cap. Nouit*, el 1. *Ne Sede vacante*, *num.* 1. 30.

Tambur.

Tamburin. *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 2. Filliucius, *tract.* 41. *de benefic. cap.* 3. *num.* 121. Laym. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. verſu. *Ea tribus.* De huiuſmodi vnione dicunr iſti, & alij Authores mentionem fieri, *in cap. decimas,* §. *Sicut enim*, 16. *quæſt.* 1. Sed ſalua illorum digniſſima pace, nec talis, §. Nec aliquid ad vnionem ſpectans illo in capite reperitur; ſed ſolùm, quod Monachi, & Clerici communiter viuentes, ad ſoluendas decimas de laboribus, & nutrimentis ſuis propriis, non teneantur.

31. Huius vnionis effectus eſt, vt conſuetudines, & priuilegia vnius alteri competant; & ſi illa contraria ſint, meliora, & fauorabiliora conſeruabuntur. Gloſſ. *in cap. Nouit*, cit. Viuian. *num.* 17. & Innoc. *locis citat.* Azor *inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 2. Thom. Sanch. *in opere moral. part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 146. & alij, quos recenſere libenter omitto, cum iam, vt dixi, modus ille vnionis parum frequens ſit.

32. Omitto recenſere alias duas vniones ab aliquibus aſſignatas: prima eſt (inquiunt,) quando interuenit ſola ſpiritualium communicatio: ſecunda, quando vna Eccleſia in Cathedralem erigitur, illam alteri vniendo: quia vt benè Garcia, *loc. cit. num.* 6. prima, vnio non eſt, cum illi vnionis definitio non conueniat, ſed potius confraternitas quædam ſit. Et quia ſecunda, partim ſit mutatio ſtatus Eccleſiæ, & partim vnio æquè principalis: ex quo capite, ad vnionem æquè principalem, de qua hic *n.* 5. reducitur.

Omitto etiam vnionem, cum aliquibus, nominare, vnionem, ſeu potius incorporationem fructuum beneficij, remanente beneficio penes ſuum Rectorem: quia hæc potius, diſmembratio, quam vnio dici debet, vt idem Garc. *part.* 11. *c.* 2. *num.* 4. Cùm aliud ſit, habere beneficium; & aliud, beneficij fructus habere. Sæpè enim Ordinarij ad tollendas lites vni ex litigatoribus aſſignant beneficium, alteri verò aliquos illius fructus, ad vitam ſolius beneficiati, non penſionarij, quod, ſe ipſum practicauiſſe, ait Iordanus, *libro* 9. *titulo* 1. *num.* 417. 33.

Ex dictis videre licet, vnionem ſecundum totam latitudinem ſuã, reduci ad vnionem æquè principalem & acceſſoriam, tanquam ad duas ſpecies ſubalternas, logicè loquendo, de quibus ratio generica vnionis prædicetur, aut quaſi: & acceſſoriam, ad vnionem ad menſam, & non ad menſam vlterius reduci. Licèt aliqui Authores abſolutè de vnione acceſſoria ſine hac diſtinctione differant: imò nec menſam nominent. 34.

Quod ſi petas, quomodo cognoſcatur an vnio ſit, æquè principalis, vel acceſſoria, ad menſam, 35.

vel

vel non? Reſpondeo cum Ioſeph. Maſcard. *de probationib. volum.* 2. *concluſ.* 1418. *num.* 16. Rebuff. *praxi benefic.* 1. *part. tit. de vnionibus, num.* 19. *&* 20. Gonzal. *in Regul.* 8. *Cancell. gloſſ* 5. §. 7. *num.* 127. *&* 129. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 2. *n.* 55. Bauny *in praxi benef. diſp.* 8. *qu.* 7. & aliis communiter, inſpiciendum eſſe tenorem literarum vnionis, & ex eo id eſſe colligendum. Si tamen ex illis non appareat, an acceſſoria, vel æquè principalis ſit, inſpiciendum vlterius erit, an vna ex vnitis Eccleſiis dignior ſit altera, vel non, ſed æquè digna; ſi dignior, vnio acceſſoria erit, & minus digna, digniori erit vnita, quia dignius ad ſe minus dignum attrahit. Si æquè digna, vnio æquè principalis cenſenda erit. Ita Maſcard. Rebuff. Gonzal. & Bauny. Sed breuius, & clarius, reſpondent Garcia, & Caſtrus Palaus, 2. *part. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 11. *Si dicat*, (inſtrumentum ſcilicet vnionis) *quod vnit vnum alteri, vnio fit acceſſoriè, maximè ſi dicat, & incorporamus; ſi verò dicat quod tale, & tale beneficium vnit, vnio fit æque principalis.* Ita illi. Rota etiam *in Mindonien.* quam habes infrà *la* 29. *num.* 11. ait. quod verbum *incorporamus*, efficit, vt vnio dicatur acceſſoriè facta. Idem, Ludouic. Bell. *in conſ. poſth. conſ.* 137. *num.* 12.

36. Similiter ad cognoſcendum an vnio acceſſoria ſit ad menſam, & conſequenter, quoad ſpiritualia, & temporalia; an verò quoad titulum, gubernationem, & temporalia ſolùm, tenor inſtrumenti vnionis inſpiciendus eſt, ſi enim dicat *vnimus Eccleſiam cum omnibus iuribus ſuis*, vnio eſt ad menſam, & idem eſt ſi donetur cum fructibus ſuis relicta portione Vicario. Rota, infrà *deciſ.* 8. *num.* 7. Si ex illo non appareat, ex modo deſeruiendi Eccleſiæ colligendum eſt, qui quadraginta annorum tempus attingere continuum debet. Si enim per longum tempus, quale hoc eſſe videtur, conſueuit Eccleſia regi per temporales Vicarios, illa erit menſæ vnita; ſi verò per Vicarios perpetuos, quoad titulum, gubernationem, & temporalia ſolum vnita cenſebitur. Ita Flores de Mena, *variar. qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. *concl.* 2. *num.* 17. Ricc. *in prax. var. Reſolut. Reſol.* 293. *concl.* 1. *&* 2. vbi de conſuetudine, ait, debet eſſe immemorabilis, vel quadragenaria exhibito titulo vnionis.

Hoc tamen limitandum cenſeo, 37.
ſi ex alia parte id non conſtet. Si enim is, cui vnita reperitur Eccleſia, functiones aliquas circa eam ſpirituales exerceat, v. g. Sacramenta Parochianis adminiſtret, verbum Dei veluti ex proprio munere prędicet, Miſſam popularem celebret, beneficia in titulum conferat, ſimplicia, aut alia id genus exerceat, quorum nonnulla referuntur in deciſionibus Rotæ, de quibus ſupra

pra

prà *num.* 28. proculdubio Eccleſia ad menſam ei erit vnita, cum ex huiuſmodi vnione proueniat vnio quoad ſpiritualia, & ſpirituales functiones; non verò ex vnione quoad titulum, gubernationem, & temporalia ſolum. Et denique, ſi percipit is, qui vnitam habet Eccleſiam, fructus, & prouentus debitos illi ratione curæ animarum, & Vicario temporali, aut perpetuo certam portionem in congruam, pro curæ exercitio ſoluat, manifeſtum eſt vnionem eſſe ad ipſius menſam, vti decidit Rota, vbi ſuprà, *num.* 28. *huius quæſtionis.*

QVÆSTIO III.

Quæ ſint cauſæ efficientes Vnionis?

1\. DVplex cauſarum genus, in vnionibus Eccleſiarum, & beneficiorum diſtingui poteſt: *Efficientis* ſcilicet; & *Finalis*. Cauſa *efficiens* eſt multiplex. Prima vniuerſalis, & æquiuoca, vt ita loquar, pro omni beneficio, & tota Catholica Eccleſia, eſt Summus eius Præſul, & Chriſti Domini Generalis Vicarius Papa. Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 20. *de Vnione, num.* 6. Erigius Caſarellus, *lib.* 2. *Erotematum Iuris Canonici, tract* 19. *fol. mihi* 40. *ex cap. Sicut vnire, de exceßib. Prælat.* Laym. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *n.* 3. *ex cap. Licèt Eccleſiarum,* 2. *de Præbend. & dignit. lib.* 6. Leſſius, *in Auctuario*, verb. *Beneficium*, *caſu* 28. Azor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28 *quæſt.* 6. Bauny *in praxi beneficiali*, *diſſ.* 8. *quæſt.* 3. Caſtrus Palaus, *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. §. 2. *num.* 1. *puncti vltimi*, *& num.* 8. *ex Can. & temporis*, 16. *quæſt.* 1. & ex Hojeda, 2. *part. de incompatib. c.* 2. *n.* 7. Garc. *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 61.

Legatus à latere Summi Pontificis etiam poteſt in Prouincia ad quam ab eo miſſus eſt, vniones Eccleſiarum, & beneficiorum facere. Petr. Gregor. & Erigius Caſarellus, *locis citatis*, Viuian. *praxi iuriſpatronat. part.* 3. *lib.* 14 *cap.* 15. *num.* 3. Barboſa, *de poteſt. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 66. *num.* 12. Thom. Sanch. *oper. moral. tom.* 3. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 158. Azor *inſtit. mor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 8. Caſtr. Palaus, *loco citato*, *num.* 15. Bauny, *loc. cit.* Layman, *num.* 3. *cit. & num.* 6. Garc. *num.* 65. Gordonus, *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 3. verſ. *Dicendum tertiò*, qui id negat ei, qui non ſit à latere, *ex c.* 1. *de offic. leg. in* 6. 2.

Archiepiſcopus in propria diœceſi, non autem in ſuffraganeis, vnire poteſt Eccleſias, & beneficia. Petr. Gregor. *num* 6. Barboſa *num.* 13. Sanch. *num.* 156. Azor *q.* 7. Caſtr. Palaus. *num* 17. Gordonus mox citandus. Et ratio eſt, quia in ſua diœceſi verè Epiſcopus eſt. 3.

Quartò, Epiſcopus poterat vnire Eccleſias, & beneficia intra propriam diœceſim exiſtentia, *ex cap.* 4.

Sicut vnire, de exceſſib. Pralat. cap. Expoſuiſti, de Prabend. cap. Conſultationibus, cap. Paſtoralis, de donat. Clement. Si vna, de reb. Eccleſ. non alien. Petr.Gregor. *num.*6. Barboſ. *num.*13. Viuian. *num.*30. Leſſius, *caſu* 26. Sanchez *num.*147. Azor, *quaſt.*6. verſ. *Epiſcopus.* Caſt.Palaus, *num.*2. Laym. *num.*3. verſ. *Secundò.* Eligius, *loco citato*, Gauant. *verb. Beneficiorum vnio*, *num.* 7. Garc. *num.*62. Gordon. *lib.*8. *q.*4. *cap.*4. §. 2.

5. Poterat Epiſcopus vnire confirmatus, & nondum conſecratus. Quia vnire, eſt actus iuriſdictionis. Barb. *num.*3. Sanch. *loco citato*, Palaus, *num.*18. Gordonus, *loco cit.* verſ. *Reſpondeo.* Quod ſit iuriſdictionis actus, patet *ex c. Sicut vnire*, iuncta gloſſ. verb. *Attentare*, 8. *de exceſſ. Pralat.*

6. Poterat vnire Eccleſiam ſæcularem Epiſcopus Eccleſiæ ſæculari, aut Regulari. Barb. *num.*4. Caſtrus Palaus, *puncto vltimo*, §. 2. *n.*6. (qui addit, etiam ſi Monaſterium, cui illam vnit exemptum ſit.) Gordonus, eſt text. expreſſus *in Clem. Si vna de reb. Eccleſ. non alien.*

7. Poterat Epiſcopus vnire beneficia etiam ſi illorum collatio ad Papam eſſet deuoluta. Quia alio iure vnitur, & alio confertur beneficium. Viuian. *num* 41. Barb. *nu.*5. Gauant. *num.*10. Sanch. *num.*149. Caſtr.Palaus, *num.*3. Laym. *num.*3. verſ. *Alia verò*, Pax Iordan. *vol.*2. *lib.*10. *tit.*32. *de vnione benef. n.*33.

Poterat vnire beneficium etiam ſi collatio illius ex vi concordiæ ad Capitulum ſpectaret. Barboſa *numero* 6. Pax Iordanus, *volum.*2. *de re beneficiar. libro* 10. *titulo* 32. *numero* 45. ex deciſ. Rotæ coram Seraphino, *la* 1011. 8.

Poterat etiam ſi beneficium eſſet à Papa reſeruatum quoad collationem tantum: talis tamen vnio effectum non habebit, niſi poſt mortem ſpectantis, vel donec illo beneficio ſit ille priuatus, quia effectus ſuſpenditur donec conſũmetur reſeruatio. Dixi, quoad collationem tantum, quia ſi Papa quamcumque diſpoſitionem beneficij auferret, non poſſet illud Epiſcopus vnire. Barboſa, *num.*7. Gauant. *num.*9. Sanch. *numer.*150. Caſtr.Palaus, *num.*3. & 4. Bauny, *quaſt.*3. verſ. *Non poteſt.* Laym. *n.*4. verſ. *Altera exceptio.* Hodie tamen neque Epiſcopus, neque vllus alius poteſt vnire beneficia Pontifici Summo reſeruata, vti decreuerunt Clemens Papa VIII. in quadam Conſtit. & Vrb VIII. Conſtitutione 165. incipit, *Quamuis fel. rec. Clemens Papa VIII.* 9.

In præcedentibus, dixi *Poterat Epiſcopus*: Quia poteſtas Epiſcopo competens ex antiquo iure, quoad vniones, per nouum Tridentini *ſeſſ.*24. *cap.*13. moderata eſt, quantum ad hoc vt non poſſit vnire *Eccleſias Parochiales Monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus, ſiue Prabendis Eccleſia Cathedralis* 10.

Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue aliis beneficiis ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, Militiiſve: & quæ vnita ſunt reuideantur ab Ordinariis. Ex quo patet, per hoc decretum non infirmari vniones antea factas, vti benè obſeruat Bauny, *quæſt.* 3. verſ. *Nec item.* Idem docet Layman, *num.* 5. & addit: Si beneficium à tempore, cuius initij non eſt memoria, ſine collatione propria, & vt vnitum alteri poſſeſſum fuit, in dubium reuocari non debet, etiam ſi modo titulus, aut inſtrumentum vnionis legitimæ factæ exhibere nequeat. Sed de hoc infrà *quæſt.* 7. *num.* 2. *& ſeqq.* huius partis, dum de probanda vnione egerimus. Vide, quæ dicimus infrà *num.* 17. *&* 18. Secundò patet, poſſe poſt Tridentinum vnire Monaſteriis beneficia ſimplicia. Lezana, *tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 24. cit. Sanch. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 187. *& tom.* 1. *conſ. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 3.

11. Nec poteſt aut potuit vnquam Epiſcopus vnire Eccleſias, aut beneficia exempta à ſua iuriſdictione, quamuis intra diœceſim ſuam exiſtant. Viuian. *num.* 30. Barboſ. *nu.* 9. Layman, *num.* 3 verſ. *Secundò.* Bauny *quæſt.* 3. verſ. *Non poteſt.* Caſtrus Palaus, *num.* 2. Gordon. *lib.* 8. *qu.* 4. *cap.* 4. §. 2. verſ. *Caterùm*, ex Rebuff. *tit. de vnionibus benefic. num.* 22. Rot. *in vna Firmana*, 9. *Iunij de anno* 1608. coram Lugdunen. ait ex P. de Peruſ. quod poteſtas Epiſcoporum circa ius vniendi non reperitur de iure reſtricta, niſi tantum quoad Eccleſias Cathedrales, & diuerſarum Religionum. Habetur apud Farin. 2. *part. deciſ. deciſ.* 222. Quod tamen intelligendum eſt ita, vt iſtas non potuerit vnire, etiam ſi ſibi ſubiectæ, & intra diœceſim fuerint. benè verò reliquas intra illam, & ſibi ſubditas exiſtentes. Quia circa exemptas à ſua iuriſdictione, & extra diœceſim exiſtentes, reperitur reſtricta Epiſcopi poteſtas quoad vnionem, *in cap. Sicut vnire*, 8. *de exceſſib. Prælat.* ibi: *Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio.* Ergo non erit Epiſcopi vnio Eccleſiarum extra ſuam diœceſim exiſtentium, ex Regula Iuris: *Exceptio firmat regulam, ff. de milit. teſtam. Tribunus*, §. *fin. Canon. Dominus*, & ibi gloſſ. eod. verb. *Cauſam fornicationis, el* 6. 32. *q.* 7. *Clem. Exiui*, §. *Cùm autem*, & ibi gloſſ. eod. verb. *Cùm autem*, & verb. *Deinde, la* 1. *de Verborum ſignificat.* Et idem eſt de exiſtentibus intra diœceſim, exemptis ab Epiſcopi iuriſdictione, quia ratione exemptionis, reputantur ac ſi extra diœceſim exiſterent. Vtriuſque verò ratio eſt, quia vnio eſt actus iuriſdictionis, vti diximus *num.* 5. actum autem iuriſdictionis, nemo extra ſuum territorium, aut in exemptum à ſua iuriſdictione valet exercere. Ex quo, & Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 15. ait Iordan. *n.* 46. non poſſe Epiſcopum beneficia regularia vnire.

Nec poteſt, aut potuit Epiſcopus 12.

beneficium alterius diœceſis, cum beneficio propriæ vnire, niſi de conſenſu Epiſcopi, in cuius ditione illud eſt. Quia ſua iuriſdictio, & poteſtas definita eſt terminis, & limitibus propriæ diœceſis. Petr. Gregor. de Beneficiis, *cap* 20. *de vnione, num*.9. Pax Iordanus, *vol*.2. *de re beneficiaria*, *lib*.10. *tit*.32. *num*.44. Bauny, *quæſt*.3. verſ. *Tertiò, & quæſt*.4. verſ. *Secunda*, Laym. *num* 2. verſ. *Tertius modus, & nu*.4. verſ. *Tertia exceptio*. Gauant. verb. *Beneficiorum vnio*, *num*.2. iſte, & Iordanus, ex Trid. *ſeſſ*.14. *cap*.9. vbi id expreſsè prohibetur; vti etiam notat Zerola, verb. *Vnio*, verſ. *Ad octauum*.

13. Neque poteſt Epiſcopus vnire beneficia ad collationem inferiorum ſpectantia, neque Canonicatus, neque iuriſpatronatus, etiam Eccleſiaſtici, ſicut neque reſeruata Sedi Apoſtolicæ poſt illorum vacationem, neque vacantia in menſe reſeruato. Ita Gauant. verb. *Seminarium Clericorum*, *num*.40. vbi ait ex Franc. Leon. *in theſauro fori*, *part*.2. *cap*.16. *num*.13. id deciſum eſſe. Quod in parte opponitur iis, quæ *num*.8. dixi ex mente Barb. & Iordani.

14. Non poteſt Epiſcopus vniones facere ad tempus, & quoad vitam. Ita Viuian. *num*.39. Barboſa *num*.8. Zerola, verſ. *Ad ſeptimum*, Gauant. verb. *Beneficior. vnio*, *n*.16. Gordon. *lib*.8. *quæſt*.4. *cap*.4. § 2. verſ. *Cæterum*. Pax Iordan. *num*.49. ex Azor *part*.2. *lib*.6. *cap*.18. *q*.17. Gonzal. *Super Regul*.8. *Cancellar. gloſſ*.5. §.7. *num*.146. & ex Garcia, *part*.12. *c*.2. *n*.84. *cum ſeqq*. teſtantibus cum aliis ſolum Papam, vel de illius authoritate, poſſe ad vitam vnire.

Sola beneficia ſimplicia, & quæ dignitates, aut Perſonatus non ſint, poſſe Epiſcopum vnire aſſerit Iordan. *num*.55. ex Trid. *ſeſſ*.24. *de Reformat. cap*.13. & ex Garcia *parte* 12. *cap*.2. *num*.89. deciſum referente. Et meritò quidem, ait enim Concil. *Dum tamen curata non ſint, nec dignitates, ſeu Canonicatus, & Præbendæ, nec Monaſteria*, &c. 15.

Nec poteſt omnia ſimplicia beneficia Epiſcopus vnire, ſed aliquod: ita vt vnio omnium non valeat. Ita Iordanus, *num*.48. vbi tradit deciſionem S. Congregat. Concilij ſic definientem. Imò addit ex Oldrard. *conſil*.262. inualidam eſſe vnionem decem beneficiorum Parochialium, eo quod ſit nimis diffuſa, & cedat ad euerſionem quaſi totalis collationis Epiſcopalis. 16.

Nec tandem poteſt Epiſcopus partem aliquam fructuum Parochialium vnire. Ita Barboſ. *Collectan*. 552. *Apoſtolicarum deciſ. num*.24. *fol. mihi* 514. ex declarat. S. Congreg. Concil. teſte Garcia, *part*.12. *cap*.2. *num*.87. & Pax Iordanus, *num*.51. qui præter Barboſam, quem malè citat *allegat*.66. *num*.12. 17.

*num.*12. citat Garciam *vbi ſuprà*, & Ricc. *in praxi deciſ.*492. *in prima, ſeu* 382. *in* 2. *editione*; poterat tamen citare Barboſam in eadem *allegat.*66. *numero* 30. vbi id aſſerit ex Riccio *in praxi fori Eccleſ. deciſ.*492. *in* 1. *edit.* aliàs *in* 2. *reſol.*383. *num.*5.

18. Notandum tamen eſt quod quãdo Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*13. *de reformat.* prohibuit Epiſcopis vniones Parochialium Eccleſiarum, Monaſteriis, & aliis, de quibus ſuprà *num.*10. & quando eius Sacra Congregatio prohibet vniones fructuum earum, & num. præcedente, non prohibetur fieri vniones Eccleſiarum, quæ non actu, ſed habitu tantùm ſuprà hominum memoriam Parochiales exiſtunt, (ac per conſequens nec vniones fructuum earum) ita eadem S. Congregat. declarante, teſte Barboſa, *loco citato*, *num.*40. ex Garcia, *in addit. ad tractatum de benefic. p.*5. *cap.*3. *num.*121. Nec prohibet Tridentinum vnam Parochialem alteri vniri Parochiali; aut partem fructuum vnius, alteri vniri: Vtrumque enim licet Epiſcopo facere. Iordan. *n.*51. ex Fuſch. *de viſit. lib.*2. *cap.*26. *num.*20.

19. Capitulum Sede Epiſcopali vacanre, poteſt ea beneficia vnire, quæ poteſt Epiſcopus, dummodò per vnionem nihil Epiſcopi detrahatur iuriſdictioni. Ita Viuianus *in praxi iuriſpatronat. part.*13 *lib.*14. *cap.*15. *num.*32. Barb. *de poteſt. Epiſcop. allegat.*66. *numero* 11. Petr. Gregor. *de benefic. cap.*20. *de vnione num.*8. Rebuff. *in praxi benefic. p.*1. *tit. de deuolutionibus*, *num.*100. *folio* 254. Thom. Zerola, *in praxi Epiſcop.* verb. *Vnio*, verſ. *Ad decimum primum.* Gauant. verb. *Capitulum Sede vacante*, *num.*40. Sanchez, *oper. mor. tom.*3. *lib.*7. *cap.*29. *num.*155. Gordon. *lib.*8. *quaſt.*4. *cap.*4. §.3. verſ. *Capitulum verò*, ſub *num.*18. Guillielm. Redoanus, *tom.*1. *tract. de reb. Eccleſ. non alien. qu.*2. *cap.*40. *num.*4. ex Innocent. *in cap. Sicut vnire*, *de exceſſib. Prælator.* & ex gloſſ. *in Clement. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc*, *de ſtatu Monachor.* Azor *in inſtitut. moralib. part.*2. *lib.*6. *cap.*28. *quaſt.*9. Caſtr. Palaus, *part.*1. *tract.*13. *diſputat.*6. *punct.*11. *& vlt. num.*11. §. *Secundi*, *fol.*446. Paul. Laym. *lib.*4. *tract.*2. *cap.*9. *num.*5. verſ. *Tertiò.* Antonin. Diana, *part.*8. *tract.*4. *reſol.*31. & Pax Iordan. *lib.*10. *tit.*32. *num.*29. Quia ſuccedit *in iuriſdict. Epiſcopi.* Limitant tamen, dummodò ſibi non vniat.

Vicarius generalis Epiſcopi vnire non poteſt Eccleſias, aut beneficia, niſi ſpecialiter ei ab Epiſcopo committatur. Viuianus, *num.*33. Barboſa *num.*10. Sanch. *num.*153. Azor *quaſt* 10. Caſtr. Palaus *num.*9. Layman, *num.*7. & nouiſſimè Pax Iordanus, *volum.*2. *de re beneficiaria*, *lib.*10. *tit.*32. *de vnione benefic. num.* 42. (qui addit hoc verum, etiamſi data ei fuerit poteſtas con- 20.

ferendi cum clauſula generali, & ad omnia alia, etiam requirentia ſpeciale mandatum. Quia vnire plus eſt quam conferre, cum beneficium deſtruatur præſertim quoad collationem, & ſic tollitur Ordinario in perpetuum conferendi poteſtas, quod in ſimplici non contingit collatione.) Garc. *part.*12. *cap.*2. *num.*69. Gordon. *loco* ſuprà *citato*, verſ. *Dicendum quartò*, ex Rebuff. *tit. de vnionibus beneficiorum*, *num.*37. & addit id verum eſſe, quamuis poſſet beneficia conferre.

21. Abbates, & alij Prælati Epiſcopo inferiores habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & contentioſam, & in vtroque foro, poſſunt vnire Eccleſias ſibi pleno iure, & vtroque foro ſubiectas. Viuianus *num.*34. Barb. *nu.*14. Sanch. *num.*160. Azor *quæſt.* 11. Palaus, *num.*18. Laym. *num.*3. verſ. *Secundò*, Tamburin. *de iure Abbat. tom.*3. *diſp.*15. *quæſt.*1. *num.*3. Bauny *in praxi benefic. diſp.*8. *quæſt.*3. verſ. *Si ius ea in re.* Petr. Gregor. *num.*7. Gauant. in verb. *Abbas, num.*50. ex Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. deciſione* 361. Ratio eſt, quia nomine Epiſcopi venit. Idem, *num.*52. ex Suar. *de cenſur. diſp.*7. *ſect.*3. *num.*5. Et omnia quæ iuriſdictionis ſunt poteſt facere, vti Epiſcopus. Idem *num.*51. ex Nauarr.

22. Habens priuilegium, aut conſuetudinem legitimè præſcriptam, poteſt Eccleſias vnire, & beneficia, etiam ſi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & in vtroque foro non habeant. Quia poteſtas ad vniendum eſt poteſtas iuriſdictionis, quæ acquiri poteſt per priuilegium, & per conſuetudinem legitimè præſcriptam. Viuian. Barb. Petr. Gregor. Azor, Bauny, & Palaus locis num. præcedenti citatis, Tambur. *num.*1. Layman *num.*6. Eligius Caſarellus, *lib.*2. *Erotematum Iuris Canonici, tract.*19. ex Ioann. Andr. *in Clement. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc*, verb. *Ordinarios, de ſtatu Monachorum.* vbi gloſſ. ait: *quod cum iſtud ſit dignitatis, & iuriſdictionis, non Ordinis, quod præſcribi poſſit.* Quod autem præſcribitur, poteſt per priuilegium obtineri.

Nullus tamen, qui non habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, 23.
priuilegium, aut conſuetudinem legitimè præſcriptam, quamuis conferendi beneficia poteſtatem habeat, illa poteſt vnire. Ratio eſt, quia maior poteſtas neceſſaria ad vniendum eſt, quam ad conferendum, vtpote ad Eccleſiæ, diœceſiſque regimen pertinens: de quo, præter Epiſcopum, nulli eſt, ordinaria via, licitum, curam ex officio ſuſcipere, & iuriſdictionem exercere, cuius actus, vt diximus, eſt vnio beneficiorum.

Hæc de cauſis vnionis, efficientibus ſcilicet, pro præſenti quæſtione dicta ſufficiant, nunc de finalibus, aut motiuis, breuiùs adhuc agamus.

QVÆSTIO

QVÆSTIO IV.

Quæ ſint cauſæ motiuæ Vnionis?

1\. ET quidem quoad hoc, duplex cauſa aſſignatur, & ad illam reſtringitur tota latitudo cauſæ finalis, ſeu motiuæ vnionis Eccleſiarum, & Beneficiorum, vt benè Pax Iordanus, *volum.2. de re beneficiaria, lib.10. tit.32. de vnione, num.2. & 60. ex cap.Expoſuiſti, de Prabend. & dignit.* Conſtitut. *Ad exequendum,§.2.la* 47. Pij Papæ V. Garcia, *de benefic. part.12. cap.2. num.*108. Azor *part.2. lib.6.c.28. quæſt.9.* ex Rebuff. *in praxi benef. part.1. tit. de vnionibus, num.*38. *fol. mihi* 283. & Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi, allegat.66. num.*15. *fol. mihi* 177. & Gauantus *in Enchirid. ſeu Man. Epiſcop.*verb.*Benef. vnio, num.* 15.

2\. Prima cauſa eſt neceſſitas euidens: quæ tunc interuenit, quando Eccleſia, Monaſterium, Prælatus, dignitas, aut præbenda, cui fit vnio, caret ſufficiētibus redditibus, quibus alatur, & onera ſibi incumbentia ſuſtineat.*cap.Expoſuiſti.cl* 32.*de Prabendis,& dignit.* ibi *de redditibus præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari. Si euidens neceſſitas, vel vtilitas exigat*,&c. *Clement. Ne in agro Dominico* §.*Ad hac*, *de ſtatu Monachor.* Trident. *ſeſſ.*21. *c.*7. & *ſeſſ.*24.*cap.*13. Petr.Greg.*de benefic. c.*20.*de vnione,n.*14. Erigius Cafarell. *lib.2. erotematum iuris Canonici, tract.19. ex cap.expoſuiſti,*citato cum Gloſſ. verb.*Neceſſitas.*Gauant. *verb.Beneficiorum vnio,n.*15. Barb. *n.*15.cita Azor. *q.*13. Sanch.*tom.*3. *oper.moral.lib.7.cap.29.n.*161.Tambur.*de Iure Abbatum,tom.3.diſp.*15. *q.1.n.*1. Caſtr.Palaus, 2.*p.tract.*13. *diſp.6.punct.*11.§.2.*n.*11.& 19.Layman,*lib.4.tract.2.c.9.n.*8. Bauny,*in praxi benefic. diſp.*8. *q.* 5. & Iordanus *lib.10.tit.32.de vnion.beneficiorum,num.*65.*ex canone vnio,*10.*q.*3. *cap.2.de Religioſ.domibus*, *ex c. Ad audientiam*, 2. & *cap.fin.de Eccleſ. ædific.* Gordonus *lib.*8. *q.*4.*c.*4. §.4. *num* 20. verſ. *Quarto requiritur.ex cap.1.de rebus Eccleſ. non alienand. lib.* 6.

Secunda cauſa motiua vnionis, eſt vtilitas. Expreſſa eſt in cap. expoſuiſti, citato numero præcedente ibi: *Vel vtilitas exigat.* Rebuff. *n.*41. vbi explicat in quo conſiſtat vtilitas, dicens. *Vtilitas eſt, quando propter tenuitatem fructuum, non inueniuntur idonei ad deſeruiēdum illi beneficio vel Eccleſiæ.*Eodem explicat modo,& eiſdem verbis, Pax Iordan. *n.* 66. imo in iure ipſo, id explicatum reperio, *in cap. Eam te*; 4. *de ætate, & qualit.* ibi: *Niſi ita fuerint tenues*, &c. Barboſa *n.* 16. eodem modo fatur, *ex citat. cap. Expoſuiſti, & ex cap.1.ne ſede vacante.* Caſtr.Palaus *num.* 19. addit ad vtilitatem pertinere augmētum diuini cultus. *Si enim* (ait) *facta vnione cultus diuinus augetur, ſuffi-* 3.

ſufficientem præbet cauſam vniendi. & vlteriùs progreditur. *Ex quo manifeſtè conſtat, dari legitimam cauſam vniendi aliqua beneficia conuentibus Religioſorum, quia eorum vnione augetur diuinus cultus.* Hæc ille, quod etiam docet Gordonus verſ. *Quartò*, citato in fine. Qui verſ. *At quid ſi ex falſa.* Docet meliorem, & veriorem ſententiam aſſerere vnionem factam ex falſa cauſa non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam, & pro illa adducit Deciſionem Rotæ, Boërium. *deciſ.* 345. in princip. Soncinas, Rebuffum. Ozor. & alios. Sed fallit, ait Rebuff. in *Praxi benefic. in Reg.* 21. *Cancellar. gloſſ.* 5. in vnione facta à Papa, quia in eius reſcripto ſemper intelligitur clauſula: ſi preces veritate nitantur: ex *cap.* 2. *de reſcriptis*, & ſic deciſum eſſe in Rota docet ex Caſſadoro, *deciſ.* 1. *de vnione*, ipſe Gordonus.) Videatur Sanchez *num.* 161. & Bartholom. Gauantus *num.* 15. citato. Ex quo, Iordano, & aliis quamplurimis ſcias, ad vnionem duas præfatas cauſas non requiri, ſed vnam, aut alteram.

4. Alias cauſas adducere ſolent Doctores aliqui, vt ſi Eccleſia deſtructa ſit, aut deſolata: (qua ex cauſa fuit facta vnio, de qua in *cap. Quia Monaſterium*, *el* 2. *de Religioſ. domib.*) Etſi vna ſit alteri vicina, & pauci inibi Parochiani habitent, & idemmet Parochus vtrique bene deſeruire queat. Quæ quidẽ cauſæ ad duas neceſſitatis, & vtilitatis, reducuntur. Sed de iis, & aliis, videatur Petrus Gregor. *num.* 14 citato, & Pax Iordanus *num.* 60. dicens, Quod attinet ad cauſam diximus iam in principio ad neceſſitatem, vel ad vtilitatem reſtringi. Et *n.* 61. adnotat, quod cauſa vera debet eſſe, & non falſa, vel ſubreptitia; alias vnio facta in falſa cauſa eſt ipſo facto nulla, aut ſaltim annullanda per ſententiam ſecundum alios.

QVÆSTIO V.

Quæ conditiones requirantur ad Vnionem?

VT vniones Eccleſiarum, & beneficiorum validè fiant, nonnullæ requiruntur conditiones. *Prima*, eſt cauſæ cognitio. Thom. Sanch. *tom.* 3. *oper. moral. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 162. Tamburin. *de iure Abbatum*, *tom.* 3. *diſput.* 15. *quæſt.* 2. *num.* 3. Azor *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 13. Layman, *libro* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. Barboſa, *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 66. *num.* 16. Caſtrus Palaus, *ſecunda parte, tractat.* 13. *diſp.* 6. *punct. vlt.* §. 2. *n.* 20. (quorum duo vltimi, & alij docent, quod ſi Prælatus in literis vnionis enunciet adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & ſolemnitates requiſitas, reperiiſſéque cauſas eſſe veras, illi eſt credendum donec contrarium probetur.) Rebuffus *in praxi benefic. p.* 1. *tit de vnionib. num.* 43. 1.

num. 43. Iordan. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 99. vbi pro eodem intelligit cauſæ cognitionem, ac tractatum, & diſcuſſionem cauſæ, cum Rebuff *loco citato.*

2. Secunda conditio eſt, vt omnes, quorum, in vnione facienda, intereſt, citentur. Petr. Gregor. *de beneficiis, cap.* 20. *de vnione, num.* 5. Barboſa, *num.* 17. Gauant. verb. *benefic. vnio, num.* 24. Pax Iordanus, *vol.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 32. *numero* 53. 54. *&* 82. Sanch. *n.* 163. Azor *quæſt.* 1... *cit. &* 14. Gordon. *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 4. *num.* 20 verſ. *Tertiò ad vnionem ex Clem.* 1. §. *Ad hæc de ſtatu Monach.* & verſ. *Quæres*, ait quod ſi citatio iſta omittatur, erit irrita vnio ipſo iure. Caſtr. Palaus, *num.* 21. *&* 22. Bauny *diſp.* 8. *quæſt.* 6. *ſuæ praxis benefic.* verſ. *Quintò.* Rebuff *loc. cit. Regula de vnionibus, gloſſ.* 11. *num.* 7. defectu cuius conditionis vnio remanet nulla. Iord. *num.* 82.

3. Quare vocandi ſunt, Primò Epiſcopus: quia per vnionem amittit collationem, cum amplius beneficium non vacabit. Rebuff. *loc. citat Regula de vnionibus, gloſſ. vndecima, ex cap. Sicut vnire*, & DD. *in cap.* 1. *Ne Sede vacante.* Et ex hoc capite, quilibet ad quem ex priuilegio, aut conſuetudine legitimè præſcripta ſpectat beneficij collatio, vocari debet, quia militat eadem ratio.

4. Secundò Capitulum Eccleſiæ Cathedralis vocandus eſt, quia eius conſenſus requiritur. Rebuff. *loco citato, num.* 2. *ex cap. Sine Exceptione*, 12. *quæſt.* 2. *Clem. vlt. de rebus Eccleſ. non alienan. & Clem. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc, de ſtatu Monach.* Barb. *num.* 18. *&* 21. Palaus, *num.* 24. Bauny, *quæſt.* 6. Azor, *quæſt.* 12. Rota, *in Gerund. la* 455. Farin. *part.* 2. *tom.* 3. Gord. *lib.* 8 *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 4. verſ. *Secundò.* Qui addit ex Rebuff. Socinas, Azorio, & aliis, quod ſi ſubſit iuſta cauſa vnionis, & noolet Capitulum conſenſum conferre, poſſit ad conſentiendum compelli. Et rurſus ex Rebuff. *ad Regul.* 21. *Cancellariæ, gloſſ.* 11. *num.* 20. *&* 21. ex communi Doctorum ſententia, ſufficere ſi conſenſus vnionem ſequatur. Et tandem Capituli conſenſum non requiri pro vnione, à legato à latere facienda: quia ex Papæ commiſſione agit.

Tertiò vocandus eſt Patronus, 5. cuius conſenſus requiritur. Rebuff. *loco citato, num.* 6. *ex cap. Suggeſtum, de iurepatron.* Pax Iordanus, *num.* 53. *&* 54 *cit. ex cap. Paſtoralis, de donat.* Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* Gordon. *loco cit. num.* 20. verſ. *At quid*, ex Couarruu. *in practic. quæſtionib. cap.* 36. *num.* 11. Nauarr. *lib.* 3. *conſilior. num.* 1. *tit. de iurepatronat conſil.* 3. *num* 2. Adnotat tamen Patroni Eccleſiaſtici conſenſum minimè requiri pro vnione à legato facienda, ex *cap. cum dilectus, de iurepatron.* & *cap. dilectus, de offic. legati.* Barboſa *n.* 10.

pluribus citatis, & ait ex Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 486. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 377. *num.*5. *in* 2. *edit.* conſenſum Patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi.

6. Circa ea, quæ dicta ſunt *num.*4. controuerſia eſt inter Doctores, an deficiente conſenſu Capituli, vnio nulla remaneat. Quod firma maneat, & valida, tenent Garcia *de benefic. part.*12.*cap.*2.*num.*152. Palaus, *num.*15. (cum aliis ab ipſis citatis,) qui dicunt in his Regnis eſſe præſcriptam generalem conſuetudinem, qua derogatum eſt huic obligationi requirendi Capituli conſenſum. Quam conſuetudinem vbicúmque illa fuerit, approbat Gauantus, verb. *Beneficiorum vnio*, *num.*19. Et quidquid ſit de hac obligatione, Ioſeph. Maſcard. *de probat. concluſ.*1322. *num.*9. ait, quod Eccleſiæ vnio, de conſenſu Epiſcopi, & Capituli, ex diuturnitate temporis facta prẹſumitur, vt conſuluit Alex. *conſil.*219.

7. Sed an debeat vocari poſſeſſor beneficij, aut in caſu vacantis, œconomus illi dandus, controuerſum etiam eſt. Quod Rector, vel œconomus, aut defenſor pro illo non ſit vocandus, tenent Rebuff. *gloſſa* 11. *citata*, *num.*8. Pax Iordanus, *num.*87. Petr. Gregor. *num.*10. eſtque expreſsè definitum *in Clem.*2. *de reb. Eccleſ. non alienand.* ibi. *Si vna Eccleſia alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel Præbendæ per Epiſcopum ſuo conſentiente Capitulo vniatur, aut Religioſo loco donetur, ex eo quod Rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari.* Sic tex. Gloſſ. etiam vide verbo. *Rector*, & verb. *Defenſor.*

Alia conditio eſt vt exprimatur verus valor beneficij vniendi, & eius cui vniendum eſt, ſi vnio à Papa, vel ab eius legato facienda ſit; ſecùs verò ſi ab Ordinario. Ratio prioris eſt, quia aliter conſtare nequibit vnionem eſſe neceſſariam, aut vtilem. Poſterioris autem, quia Ordinario valor beneficiorum ſatis perſpectus præſumitur. Hæc conditio habetur *in Regula* 21. *Cancell. de vnionibus.* Rebuff. *praxi beneficior. part.*1. *tit. de vnionibus Regul.*21. *gloſſ.*5. *& ſeqq.* Sanch. *num.*173. Caſtrus Palaus, *num.* 28. Iordan. *num.* 103. Sed, quod expreſſio valoris beneficij, cui fit vnio tantum facienda ſit, quando alicui beneficio particulari aliud vnitur, ſecùs ſi vnio fiat menſæ, vel Collegio, Capitulo, vel corpori alicui, docet Ludouic Bellus *in conſiliis poſthumis*, *conſ* 137. *num.*20. ex Rot. *deciſ.*8. *&* 13. *de rebus Eccleſ. non alienand.* & Rebuffo, *in praxi benefic. Regul. de vnio. gloſſ.*8. Gordon. *lib.*8. *quæſt.*4. *cap.*4. §.4. *num.*10. verſ. *Ex his optimè*, docet conditionem iſtam eſſe adeò neceſſariam vt illa deficiente, ſit ipſo iure nulla vnio, ſed in vniuerſum 8.

uerſum ſine diſtinctione Belli, loquitur.

9 Bauny, *quæſt.* 2. verſ. *Debet autem*, & alij requirunt etiam pro conditione neceſſaria ad vnionis valorem, vt tractatus requiſitus in alienatione rerum Eccleſiarum, præcedat. Sed Petr. Gregor. *n.* 10. citato, ex Rotæ deciſionibus alia, *la* 166. *Nota quod vbi fit vnio*: *in antiquis*, *&* *deciſ.* 658. *Dic quod vnio*: etiam *in antiq.* & ex Ænea de Fulconib *tract. de reſeruationibus, in* 4. *quæſt. princip.* 23. effectu. Gordon. *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 4. *num.* 19. verſ. *Primò*, Caſtrus Palaus *num.* 29. & alij, quos ibi citat, hanc conditionem non admittunt. Quia nec *in Clementina* 2. *de rebus Eccleſ. non alienand.* exigitur tractatus, ſed conſenſus Capituli ſolus. Nec vnio beneficij eſt verè, & propriè alienatio, ſed aliquo modo: & conſequenter veræ alienationis conditiones, ſubire non debet. Ita Sanchez, *num.* 172. Azor, *quæſt.* 12. Boërius, *deciſ.* 345. *num.* 2. Pauin. *de officio*, *&* *poteſtate Capituli Sede vacante*, 2. *p. qu.* 3. *n.* 22. Garc. *de beneficiis, part.* 12. *c.* 2. *n.* 146. ab eodem Palao relati.

QVÆSTIO VI.

Qui ſint Vnionis effectus?

VArij, & multi admodum, effectus vnionis ſunt, ſi loquamur de vnione acceſſoria, & ſubiectionis; pauci autem, ſi de æque principali. Iſti iam ſupra *q.* 2. *n.* 5. ſatiſ explicati ſunt; illos autem expendere, pro plena vnionis acceſſoriæ comprehenſione, neceſſe eſt.

Primus igitur effectus vnionis acceſſoriæ, & ſubiectionis, eſt ſuppreſſio, & extinctio nominis, & tituli beneficij alteri vniti, ita vt amplius beneficium non ſit, nec nominari valeat. Ita Nicol. Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 12. *&* 19. Gonzal. *Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 4. 25. 32. *&* 39. Viuianus *de Iurepatron. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 109. *&* *part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 18. & 65. Rebuff. *in Praxi beneficior. part.* 1. *tit. de vnionibus*, *n.* 31. *fol. mihi* 281. Flamin. Pariſ. *de Reſignat. beneficio. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 120. Petrus Greg. *de Benefic. cap.* 20. *de vnione, num.* 1 *&* 15. Ludou. Lopez. *Regul. Cancell. de triennali poſſeſſione*, *quæſt.* 8. §. *Tota difficultas*, *fol.* 702. ex gloſſ. in *Clement. Per literas, de Præbend.* Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 66. *num.* 34. *&* 38. & *de Poteſt. Parochi*, *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 70. Graña in Catena Iurium, *tom.* 2 *tit.* 5. *de Præb. & dignitat. ad text. in Cap. de multa, &c. num.* 6. *&* 8. Ludouic Bellus, in conſiliis poſthum. *conſ.* 59. *num.* 17. ex Oldrad. *conſ.* 257. *n.* 15. Sarnen. *in Regul. de triennali*, *q.* 8. & *de infirmis*, *q.* 15. Rebuff. in praxi in forma nouæ prouiſionis, verb. *Cum annexis*, *ex* Rota *deciſ.* 758. *num.* 6.

*part.*1.& *deciſ.*133.*num.* 16.*part.* 2. ex vna *Virdunenſ. Decanatus*, *de ann.* 1580. & ex *Burgenſ. ſeruitij Decani*, 13 *Iunij*.1594. ex aliis etiam relatis à Garcia, loco ſupra à nobis citato, & ex Angelo, *conſil.* 247. (demonſtrante beneficium vnitum adeo ſequi naturam, & qualitatem Monaſterij, cui vnitur, vt ſi aliqua ſæcularia beneficia ſpectarent ad collationem beneficij vniti, poſſint ratione vnionis, & naturæ, ac qualitatis beneficij, cui vnitum eſt, conferri Regulari: & Angelum ſequitur Tuſchus, *volum.* 1. *lit. B. concluſ.* 76. *num.* 3.) Idem repetit. Bellus, *conſil.* 195. *in fine*. Vide infra *deciſ.*11.*n.*5. Tamburinus, de Iure Abbatum, *tom.*3.*diſp.* 15.*q.*5.*n.* 4. Caſtr.Palaus, 2.*part. tract.*13.*diſp.* 6.*punct. vlt* §.1.*num.* 4. *&* §. 2. *n.* 22. verſ. *ſolum*. Bauni in Prax. beneſic. *diſp.* 8. *quæſt.* 4. verſ. *Prima. & Tertia.* Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.*9.*n.* 2. verſ. *Alter modus eſt.* & *num.* 3. verſ. *Alia vero.* Pellizarius in Manuali Regular.*tom.*2.*parte* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 113. verſ. *Exiſtimat* Pax. Iordan. de re beneficiaria, *lib.*10 *tit.* 32. *num.* 11.

2. Qui & alij communiter docent, Eccleſiam alteri acceſſorie vnitam, remanere tamquam prædium illius, & addit Ludouic. Lopez, poſt vnionem, non agitur amplius de vnitis, vt de beneficiis, ſed vt de prædiis, ſeu vt de proprietatibus, & in vna *Compoſtell. Prioratus*, 17. *Martij*, *de anno* 1596. coram Litta, fuit deciſum, quod quando vna dignitas minus principalis vnitur alteri principaliori, vel quando vnio fit per incorporationem, dignitas minus principalis, vel illa, quæ alteri incorporatur, remanet ſuppreſſa, extinctus titulus ac facta prædium illius magis principalis, vel cui incorporatur. Et in alia. *Vlisbonen. concurſus*, 1.*Iulij*, *de anno* 1615. coram Remboldo, de qua ſupra *ſect.* 1. §. 2. *de diuiſione benefic. diu'ſ.* 2. *num.* 16. verſ. *In altera diuerſa cauſa*, idem deciditur, illam habes infra *la* 9. vide *n.*2.& *deciſ.*10.*num.*3. deciſione etiam 11.*num.* 5.*&* 7.

Secundus effectus, primo affinis, eſt extinctio omnium prærogatiuarum, priuilegiorũ, qualitatumque, & naturæ ipſiu met beneficij alteri vniti acceſſoriè, & ſortitio prærogatiuarum, priuilegiorum, qualitatum, & naturæ beneficij principalis, cui fuit facta vnio, in quod quaſi transformatur. Gloſſ. in *Cap. Recolentes, el* 3. *de ſtatu Monacho.* Videatur §. *Cæterum*, verſ. *Coaptent*. ibi. *Et ita id, quod aggregatur alij, ipſius naturam imitari debet.* & in *Cap. nouit*, verſ. *Vniendo, el* 1. *Ne ſede vacante*. ibi. *Sed ſi vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam, & conſuetudinem, & priuilegia Aſſumit, cui vnitur.* Item gloſſ. in *Cap. & temporis*, 16. *quæſt.* 1. ibi. *Si vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam, & conſuetudinem, & priuilegia aſſumit cui vnitur:* 3.

tur: & peribunt iura illius Eccleſiæ quæ vnitur. Idem docet Rebuff. *num.* 57. *fol.* 284. Garcia, *num.* 14. 17. *&* 18. Gonzal. *num.* 1: .15.25.32. *&* 33. Barboſa de poteſt. Epiſc. *alleg.* 66. *cit. num.* 34. *& ſeqq.* Graña *num.* 8. Petr. Greg. *num.* 15. *prope fin.* ex *Cap. Recolentes* citato, Gauant. verbo. *Beneficiorum vnio*, *n.* 25. Leonar. Leſſius de Iuſt. & Iure *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 27. *num.* 148 Azor, 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28. *quaſt.* 2. Bauny loco cit. Caſtr. Palaus *num.* 7. Tamburinus *num.* 4. Eman. Roderic. *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 10. *art.* 1. Hier. Roderic. *Reſol.* 15. *num.* 2. Layman. *num.* 2. verſ. *Alter modus eſt*, ex gloſſ. in *Cap. ſuper eo*, verb. *Non obuiet, de Praebend. lib.* 6. Delbene de Parlam. *pag.* 195. Lezana *conſulto* 15. *n.* 24.

4. Quo circa Innocent. in *Cap. Nouit, num.* 1. *Ne ſede vacante*, ait. *Si vero de vno ordine fit tranſlatio ad alium, illud quod transfertur, ſumit naturam illius ad quem transfertur.* Et Rota in vna *Seguntina* 7. *Maij. de anno* 1607. coram Manzanedo, apud Farinac. *part.* 2. *tom.* 3. *deciſ.* 199. *Beneficia Abbatiæ vnita, fuerunt conuerſa in naturam ipſius Abbatiæ: & eo fit quod dicantur prædia illius, & fiant de eadem menſa.* Et in alia coram Remboldo de qua hic *num.* 2. quæ eſt apud eundem Farin. *tomo* 4. *la* 710 non parum fauet.

5. Tertius effectus vnionis acceſſoriæ eſt, vt omnia emolumenta, omneſque actiones, & iura Eccleſiæ vnitæ, ad Eccleſiam principalem, cui vnitur pertineant, & tranſeant. Ex dictis patet. Sed in terminis docent Aloyſ. Riccius in Collectan. deciſionum, *Collect.* 896. Eman. Roderic. *loco cit.* Barboſ. *alleg.* 66. *num.* 38. Rota in vna *Portugallen. vnionis*, 23. *Iunij, de anno* 1595. Coram Pamphilio, *num.* 3. *&* 10. quam videre potes in Tamburino *tom.* 3. *deciſ.* 11. *fol.* 304. quod probat Rota ex Oldrad. *conſ.* 257 ſub *num.* 16. Sarn. *in reg. de triẽnal. q.* 8. Dec. *conſ.* 227. ſub. *n.* 2. & Puteo, *deciſ.* 351. *lib.* 2. Rota coram Manzanedo, infra *la* 10. per totam.

Quartus effectus eſt, vt nemo 6.
intituletur in Eccleſij acceſſoriè vnita, ſed in principali, cui fuit annexa. Ita Gonzal. *num.* 4. *&* 25. Barboſa *allegat.* 66. *à num.* 34. *& allegat.* 72 *num.* 289. Tamburin. *tom.* 3. *diſp.* 9. *quaſt.* 18. *num.* 1. & alij quam plurimi. Vnde eſt, vt beneficium dicatur eſſe in Eccleſia, vbi ille, cui eſt vnitum, dignius, & frequentius officium exercet, & deſeruit, quamuis locus beneficij alibi ſit. Rota in *Seguntina* de anno 1607. de qua *hic num.* 4. & in alia *Auguſtana*, de qua inter deciſiones *la* 17. infra ex vnione Eccleſiæ facta per Ordinarium Monaſterio, & à Papa confirmata, infert, quod tranſiuerit in illud cura animarum eiuſdem Eccleſiæ cum omnibus iuribus ſuis.

Quintus eſt, vt Eccleſia alteri an- 7.
nexa, & vnita non cenſeatur curam

 habere

habere animarum, ſed Prælatus illius, cui facta eſt vnio, eſt vtriuſque Parochus. Barboſ. *loco citato, allegat.66. num.35. & de poteſtate Parochi, part.1. cap.1. num.68.* Sà, verb. *Beneficium, num.6.* Valer. Reginald. *in praxi, lib.1. cap.6. num.47.* Bauny, *quæſt.4.* Gloſſ. *in cap. Nouit,* verb. *Vniendo,* 1 *Ne ſede vacante,* ibi, *& ſecundum hoc erit ſedes apud illam cui ſubiicitur.* Rota in *Vlisbonenſi de anno* 1615 de qua *ſect.* 1. §. 2. *de diuiſ. beneficio. diuiſ. 2. n. 16.* Pax Iordanus *volum. 2. lib. 10. tit. 32. num. 13.* ex Felino in *c. In noſtra, coroll. 10. de reſcriptis,* Menochio de arbitr. *lib. 2. caſu 201. num. 97.* & ex Garcia *part. 11. cap 5. num. 193. & 194.*

8. Sextus effectus eſt, vt Eccleſia ſæcularis, per vnionem Regulari factam, fiat & ipſa Regularis. Tho. Sanch. *tom.3. oper. moral. lib.7. c.29. num.148.* ex Gregor. Lopez, *l. 3. tit.12. part. 1.* Emanuel Roderic. *tom.1. qq. Regular. quæſt.20. art.1.* ex Petro de Peruſio, *de vnion. Eccleſiar. cap.2.* Azor *2. part. lib.6. capite 28. quæſt.2.* Eligius Baſſæus, verb. *Beneficium,* 1 *num.2.* Pellizarius, *in Manual. Regular. tract.8. cap.4. ſect.4. num. 113.* verſ. *Addo.* Hieron. Roderic. *reſolut.15. num.2.* Et fuit deciſum in fauorem Regalis Monaſterij de Hyrache, in cauſa Vicariæ Sancti Ioannis de Stella in vna 14. Decemb. de anno 1648. coram Ottobono, §. *Minus obſtare poteſt.* ibi. *Quia cum agatur de Eccleſia Regulari,* &c. & in alia eiuſdem cauſæ, 26. Maij, de ann. 1653. coram Meltio, §. *Et tanto magis,* ibi: *Atque ita cum hodie agatur de Eccleſia pro Regulari habita,* &c. id tenet Rebuff. *in praxi beneficiorum, part.1. tit. Regularia beneficia multiplicia.* ibi. *Regularia beneficia ſunt, quæ Religioſis addicta ſunt, vel ex fundatione, vel Ordinarij, ſeu Superioris inſtitutione, cap.1. & ibi Doctores, de Capellis Monachor.* Vnum hic adnotare volui, quod *caſu quo, ſiue ab Epiſcopo, ſiue à Papa hæc vnio beneficiorum Monaſterio fiat, gubernari poterunt per Religioſos ſicut alia beneficia Regularia, iuxta dicta in ſuperioribus. Fauent Felinus cap. In noſtra, Corol.40. num.42. notab.3. de reſcript. Selua de beneficiis, 3. part quæſt.11. numero 126. referens quandam Rotæ deciſionem. Manebunt autem ſubditi ſuo Prælato, ſicut de aliis beneficiariis Regularibus dictum eſt, num.14. & 16.* verba ſunt omnia Lezanæ, *in Summ. tom.2. cap.18. num.25.* Vide ſimilem doctrinam allatam, *numero 1. huius quæſtionis,* ex Angelo, Tuſcho, & Bello.

Septimus vnionis acceſſoriæ effectus eſt, vt Eccleſia Parochialis, ſeu beneficium Parochiale ſimplici vnitum, ſimplex & ipſum reddatur. Gonzal. *loc. cit. num.8.* Barboſa, *allegat.66. num.40. & de poteſt. Parochi num.68.* citato. Leſſius, *de iuſt. & iure, lib.2. cap.34. n.148.* Azor *quæſt.20.* Caſtr. Palaus, *n.7.* 9.

Sà

Sà *num.6. cit.* quatenùs ſic ait. *Habens beneficium Curatum ſuo ſimplici annexum, non cenſetur habere curam animarum.* Thom. Delbene, de Parlamentis, *dubio* 4. *ſect.* 21. *ſubſect.* 8. *num.* 7. *fol. mihi* 195. ibi. *Parochiale annexum ſimplici; aſſumit naturam ſimplicis, quod etiam poſt Tridentinum locum habet.*

10. Octauus effectus eſt: quod beneficium acceſſoriè vnitum, nunquam vacat, (& conſequenter nec reſeruationi ſubeſt.) Quia quod non eſt, vacare non poteſt. Gloſſ. *in Clem. Quia Regulares*, verb. *De menſa, vnica de ſupplenda neglig. Prælator.* & in verb. *Conſtitutionem.* Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 15. 16. 52. *&* 53. Gonzal. *Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *numer.* 7. 21. 25. *&* 32. Rebuff. *tit. de vnionibus, num.* 12. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici, reſol.* 293. *num.* 2. verſ. *Pro parte*, verb. *Secundò, concluſ.* 2. *&* 4. Flores de Mena, *Practicar. quæſtion. lib.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 2. *&* §. 2. *num* 13. *&* 14. *concluſ.* 2. *&* 4. Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 20. *de vnione, num.* 1. *&* 15. Ludouic. Gomez, Regula de triennali *poſſeſſ. quæſt.* 8. §. *Tota difficultas.* Viuian. *in praxi iuriſpatronat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 109. *&* 111. *& part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 18. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 155. *&* 158. *& allegat.* 72. *num.* 189. *& de poteſt. Parochi, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 69. Bauny *in praxi benefic. diſp.* 8. *q.* 4. Layman *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. verſ. *Alter modus.* Baſſæus, verb. *Paupertas Religioſa, num.* 18. Caſtr. Palaus, *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct. vltim.* §. 1. *num.* 5. Azor *part.* 2. *lib.* 6. *cap* 28. *quæſt.* 20. Pellizar. *in Manual. Regular. tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 113. verſ. *Addit.* Rota *in vna Ciuitaten. Presbyteratus*, 24. *Martij* 1645. coram Cerro, quam affert Diana, *part.* 8. *la* 5. *fol. mihi* 434. *in Mindonien. Parochialis, num.* 16. infrà, *la* 29. *num.* 16. Et quoad Eccleſias ad Abbatum Regularium menſas ſpectantes, eſt textus expreſſus *in Clement. Frequens*, §. *Quidam etiam Eccleſias, de exceſſibus Prælator.*

Effectus nonus eſt vt per vnionem auferatur incompatibilitas: ita vt beneficium Parochiale, quod ante vnionem incompatibile erat cum alio Parochiali, ſi eidem vniatur acceſſoriè, benè cum eodem compatiatur poſt vnionem. Petr. Gregor. *num.* 15. *ex cap. Super eo, de Præbend. lib.* 6. Flamin. Pariſius, *de reſignat. benefic. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 119. *&* 120 Garcia 20. 24. & 25. Gonzal. *num.* 21. Barboſa *allegat.* 66. *num.* 39. *& collect. deciſ. Apoſtolicar. collect.* 552. *num.* 20. *&* 21. ex declarat. Sacræ congregat. quas apud Armendariz inuenies in addition. ad Recopilationem legum huius Regni lib. 4. tit. 7. de beneficiis incompatibil. num. 92. Quaranta in ſumma Bullar. verb. *Beneficio. Parochialium collatio*, verſ. *Tertiò quæritur.* Grana in Catena iurium, 11.

tomo

tomo 2.*tit*.5.*de Præbend.num*. 6. *ex cap. dudum*, verſ. *ſuggerit*, 54. *de electione*, ibi. *Cum nullus potuerit plures parochiales obtinere, niſi vna penderet ex altera*, & ex *cap. Extirpandæ*, §. *Qui vero* 30.& *cap. expoſuiſti* 33. *de Præbend*. & reddit rationem *num*. 8. *quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & beneficium alteri incorporatum, non admittit notam, nec beneficij nomen; ſiquidem portio accreſcens, conuertitur in naturam rei, cui accreſcitur. Cap. decimas*, *verſ. Quod autem, circa finem*, 16. *quæſt*. 1. *Concil. Trid. ſeſſ*. 24. *de reformat. cap*. 18. *c. extirpandæ* 30. §. *Qui vero*, *l. ſi ex facto, ff. de legatis* 1. &c.

12. Et *num*. 11. pro iurium intelligentia, diſtinguit Graña, incompatibilitatem, quoad titulum, & incompatibilitatem quoad retentionem. Prima tunc datur, quando beneficia ita non patiuntur, vt poſt conſecutum titulum ſecundi beneficij, confeſtim iure ipſo vacat titulus primi beneficij, veluti in duobus curatis, duabus dignitatibus, & duplici perſonatu, etiam in diuerſis Eccleſiis, vt in *cap. de multa*, *de Præbend. & dignitatib. cap*. 1. *de conſuetud. in* 6. *Clement. fin. de Præbend. & Clement. vnica de offic. Vicarij*. Secunda vero, illa eſt quando concurrunt duo beneficia, quæ quamuis à iure prohibeantur, per vnum, & eumdem detineri clericum, non tamen vacant ipſo iure, ſed de facto detineri poterunt quouſque vnum eorum poſſeſſor elegerit, vel inuitus dimittat, iuxta *cap. literas*, *de conceſſion. Praben. cap. Referente*, *cap. Præterea*, *de Præbend. & dignitat*. Plura de incompatibilitate, & iuribus circa eam, vide in Iordano *lib*. 10. *tit*. 28.

Decimus effectus eſt, vt collatio, & deuolutio in beneficiis vnitis menſæ Prælati, reſpectu vicariæ non habeat locum. Viuianus *lib*. 1. *cap*. 1. *num*. 109. Flores de Mena, *num*. 14. Riccius, *n*. 2. verſ. *ſecundo facit*. Barboſa, de Poteſt. Epiſcopi *allegat*. 58. *num*. 12. & 15. Rota in vna *Vercellen. de anno* 1606. apud Farinacium, *tomo* 3. *deciſ. deciſ*. 186. Ratio autem eſt, quia numquam vacare cenſetur, cum Prælatus ſit verus Rector, & poſſit facere deſeruiri Eccleſiam per Vicarium ad nutum amouibilem; alias non eſſet ipſe verus Rector, ſed Vicarius perpetuus: quia Eccleſia non intendit habere duos immediatos Rectores veros, ſicut nec vxor duos viros & ſic in huiuſmodi vicariis non habent locum, quæ de vicariis perpetuis, veris Rectoribus, ſtatuta ſunt, vt bene Mena, & Riccius locis docent citatis, ex *Clement*. 1. *de ſupplend. neglig. Prælat*. & addit vterque, *concluſ*. 4. *Vnde ſi iſt verus Rector, non video cur non poſſit* (Monaſterium ſcilicet, aut eius Prælatus) *deſeruire beneficio vel per ſe ſi poteſt, vel per vicarium ad nutũ amouibilem*. 13.

lem. Ita illi: vbi, ly *ſi poteſt*, appoſuerunt, vt includerent Abbates, & alios Prælatos Sacerdotes; & vt excluderent Abbatiſſas, iuxta ea, quæ ipſi dicunt, Flores de Mena, *num.* 27. & Riccius, verſ. *Ex quibus*, videlicet Abbatiſſas Monaſterij cui eſt vnita in ſpiritualibus, & temporalibus Eccleſia Parochialis, poſſe illi deſeruire vicarium ad nutum amouibilem. Super nullo enim alio poteſt bene appellare, quod dicunt: *cur non poſſit deſeruire per ſe, ſi poteſt.*

14. Vndecimus effectus eſt, vt in caſu impetrationis, non debeat mentio fieri beneficij, aut Eccleſiæ acceſſoriè vnitæ, ſed ſolum principalis. Viuian. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 23. 26. *&* 28. Gonzal. *num.* 16. Garcia *num.* 20. Barboſ. *alleg.* 66. *num.* 43. Azor, *quæſt.* 20. Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *corollar.* 1. & Leſſius *loco cit.* Et in dicto caſu impetrationis, non debet fieri publicatio in loco beneficij vniti, ſed principalis tantum & in loco, in quo de huiuſmodi principali, debet illa fieri. Viuian. *num.* 26. Garcia, *num.* 27. Layman, *loco cit.* & quantum ad hoc vt non debeat fieri mentio de vnitis in impetratione, tenet Iordan. *tit.* 32. mox citando, in *num.* 15. ex eodem Garc. *p.* 12. *c.* 5. *n.* 193. *cum ſeqq.*

15. Duodecimus. Ad impetrandum beneficium ſimplex cui aliud Curatum acceſſoriè vnitum eſt, aut ad illud acquirendum, non eſt neceſſaria ætas pro Parochiali requiſita, ſed pro ſimplici expoſtulata: nec Sacerdotio intra annum initiari. Gonzal. *loco cit. gloſſ.* 6. *num.* 13. Viuian. *part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 24. Barboſa *allegat.* 66. *num.* 41. *&* 45. & in collectan. Apoſtolic. deciſ. *collect.* 552. *num.* 32. ex declarat. S. Congreg. apud dictum Gonzal. ad *Regul.* 8. *cancellar. gloſ.* 9. *num.* 4. Naldus verbo *Parochus*, *num.* 10. Caſtr. Palaus *num.* 7. Layman *loco cit. corollar.* 2. Pax Iordanus de re beneficiaria *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 17. ex *cap. licet Canon. el* 14. *de electione, & electi poteſtate, lib.* 6.

Tertiusdecimus. Ad acquirendum beneficium Parochiale acceſſoriè vnitum alteri, non eſt neceſſarius concurſus à Tridentino præſcriptus pro Parochialibus, ſi principale, cui eſt annexum, ſimplex eſt, aut tale, quod ad ſui conſequutionem dicto non egeat concurſu. Gonzal *num.* 13. Barboſa *allegat.* 60. *num.* 31. 33. *&* 34. *& alleg.* 66. *num.* 42. Leſſius de Iuſt. & Iure *lib.* 2. *cap.* 34 *dub.* 16. *num.* 8. Caſtr. Palaus *num.* 7. Trullenc. in tract. de Parocho, *cap.* 15. *dub.* 5. *num.* 2. Gauantus verbo. *Beneficiorum Parochialium prouiſio*, *num.* 41. Pelizarius *loco cit.* verſ. *Addit*, & verſ. *Inſuper* id aſſerit de Parochialibus Regularibus vnitis, de quibus etiam procedit Barboſ. dicta *allegat.* 60. cuius verba ex *num.* 31. hæc ſunt. *Parochialis Eccleſia* 16.

quando eſt ſubiecta Monaſterio, aut annexa, aut de eius menſa, concurſu non confertur & huius ratio eſt, quia cura reſidet penes dignitatem: *neceſſitas* autem *concurſus ceſſat in dignitatibus habentibus curam animarum, ſiue exiſtant in Eccleſia cathedrali, ſiue in collegiata, vt declaraſſe S. Congreg. Conc. Trid. refert Garc de benef. part. 9. cap. 2. ſub num.* 181. *& 195. vbi dicitur ratio, quia Concilium non fecit expreſſam mentionem dignitatum, & notat Barboſ. in collect. ad Conc. d. ſeſſ. 24. de reformat. c. 18. n. 14. & 15. & in tract. de off. Epiſc. alleg. 60. num. 28. & 29. Gonzal. ſuper Regl. gloſſ. 6. num. 162.* Hæc omnia Rota in *Gerunden. Capellania, 17. Ianua.* 1645. coram Bichio, quam ex ſcripſit Diana *part.* 8. *fol.* 430. & nota, Eccleſiam regularem, in fauorabilibus, nomine collegiatæ venire.

17. Illud tamen adnotare libuit, quod quotieſcumque in Vicarium transfertur non ſolum exercitium curæ, ſed & ipſa cura, per concurſum inſtituendus ille eſt. Ita Rota in *Vlisbonen.* 1. *Iulij, de anno* 1611. coram Coccino Decano, in alia etiam *Vliſbonen.* 2. *Decemb.* 1605. coram Litta, quæ adeſt *infra la* 7. in *eadem* 13. *Iunii* 1607. coram Eminentiſſ. Cardin. Lancelloto, *infra la* 8. & in altera *Vlisbonenſi concurſus* 1. *Iunij de anno* 1615. coram Remboldo, in qua præcedentes citantur, & explicantur, illam inuenies *infra, la* 9. in ordine.

Quartusdecimus effectus vnionis acceſſoriæ eſt vt beneficium ſic vnitum, non valeat impetrari, permutari, reſignari, aut conferri. Ita docent Gonzal. *gloſſ 6. num.* 11. 14. 20. 22. & 25. Viuianus *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 111. Ludouic. Gomez *Regul. de triennali poſſeſſ. quæſt.* 8. §. *Tota difficultas*, Barboſa de Poteſt. Parochi, *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 69. Bauny, *diſp.* 8. *quæſt.* 4. Caſtr. Palaus *num.* 5. & alij communiter. Ratio autem ea eſt, quia per vnionem fuit extinctum beneficium, vt dictum eſt ſupra *num.* 1. 2. *&* 3. Tum etiam, quia vti docet Garcia *part.* 12. *de benefic. cap.* 2. *num.* 20. ea eſt vnionis natura, vt per eam auferatur & collatio, & conferendi poteſtas. Rota in *Ciuitat.* 24. *Martij* 1645. coram Cerro, apud Dianam *par* 8. *la* 5. 18.

Quintus-decimus eſt effectus, vt Epiſcopus diſpenſare valeat cum illegitimo ad beneficium ſimplex, cui aliud Parochiale acceſſoriè fuerit vnitum. Ita tenent Gonzalez, *in Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 18. Barboſa, de Poteſt. Epiſcopi, *part.* 3. *alleg.* 66. *num.* 44 Pax Iordanus *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 16. ex Rebuffo *tract. de nominat. q.* 16. *num.* 27. Campan. *in diuerſ. rub.* 11. *cap.* 13. ex Gratian. *diſcep. Forenſ. capite* 273. *num.* 47. 19.

Decimusſextus eſt, vt in beneficio acceſſoriè vnito non habeat locum 20.

locum Regula de triennali. Docent Garc. *num.*28. Gonzal.*num.*9. Ludouic.Gomez *in eandem Regulam, quæſt.*8. §.*Tota difficultas*, Viuian. *part.*3. *lib.*14. *cap.*5. *num.*24. Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. collect.*895. Barb. *num.*43. Caſtr. Palaus, *part.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct. vlt.* §.1. *num.*5. & alij. Et ratio eſt, quia dicta Regula de triennali poſſeſſione, fauet poſſidenti beneficium in titulum; non autem illud poſſidenti in prædium: Sed beneficium poſt vnionem eius acceſſoriè factam, non remanet beneficium, ſed prædium, cum extinctum illud ſit, & eius titulus: Ergo dicta Regula non poteſt locum habere reſpectu beneficij acceſſoriè vniti.

21 Decimus ſeptimus effectus eſt, vt accepta collatione beneficij principalis, & apprehenſa illius poſſeſſione, accepta, & apprehenſa, quoad vnitum & annexum, vtráque intelligatur. Ita Garcia *num.*21. *&* 22. Gonzal.*num.*6. Petr. Gregor. *de beneficiis*, *cap.*20. *de vnione, num.*15. Paul. Laym. *lib.*4. *tract.*2. *cap.*9. *num.*2. *Coroll.*1. *&* 3. Caſtrus Palaus, *num.*6. & decidit Rota *in vna Seguntina*, 7. *Maij. de anno* 1607. coram Manzanedo, quam habes apud Farinac. 2. *part. tom.*3. *deciſ. deciſ.* 199. *& infrà la* 11. *num.*6. & in alia *Ciuit. Caſtelli*, 16. *Martij, de anno* 1615. coram eodem Manzanedo, & habetur apud eundem Farinac. 2. *part. cit. tom.*3. *deciſ.*658. quam infrà exſcribo, & eſt *la decima.* Vide illam *num.* 2.

Decimus octauus eſt, vt Eccleſia acceſſoriè vnita, ſi ante vnionem exempta erat, & principalis ſubiecta, efficiatur & ipſa vnita ſubiecta, & amittat exemptionem; econtra verò, ſi principalis exempta, & libera erat, & annexa ſubiecta, exempta & hæc, liberáque fiet. Ita Tamburinus, *de iure Abbatum, tom.*3. *diſp.*15. *quæſt.*5. *num.*5. Azor *part.*2. *lib.*6. *cap.*28. *quæſt.*2. Et ratione manifeſta probatur: quia Eccleſia vnita acceſſoriè, amittit propriam naturam, conſuetudines, & priuilegia, extinctio enim id omne operatur: & aſſumit naturam, conſuetudines, & priuilegia principalis, cui incorporatur. 22.

Decimus nonus effectus vnionis acceſſoriæ eſt, vt Eccleſia alteri vnita, poſſit per Vicarium deſeruiri. Indubitata omnium ſententia eſt. Rebuff. *praxi benefic. part.*1. *tit. de vnionibus*, *Regula* 21. *gloſſ. vlt.* vbi de Vicariis perpetuis, *n.*1. *&* 6. Flores de Mena, *variar. qq. lib.*1. *quæſt.*10. *concluſ.*1.2.3.4.6. *& num.*26. 27. *& ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi variar. reſolut. fori Eccleſiaſtici*, *reſolut.*293. ſæpè, præſertim *num.*2. verſ. *Pro parte*, verſ. *Secundò*, *concluſ.*2. 4. *&* 6. Gloſſ. *in Clem. Frequens*, verb. *Ad menſam, vnic. de exceſſib. Prælator.* vbi ait, quod in Eccleſiis annexis quoad temporalia inſtituitur Rector, vel 23.

Vicarius perpetuus; in annexis autem quoad ſpiritualia ſimul ac temporalia, id eſt quoad menſam, vel in ſuos vſus conuertendis, ponitur, & deponitur pro libito Vicarius temporalis.

24. An autem Vicarius deputari debeat perpetuus, an verò temporalis? hoc opus, hic labor eſt. Et in eo præcipuè, an in Vicario perpetuo adſit tota cura, vel ſolum eius exercitium cumulatiuè cum principali, aut priuatiuè? Sed quia de hoc *quæſt.2. primæ partis, de diuiſ. benefic. diuiſ.2. à numer.9. vſque ad* 20. incluſiuè latè diſſeruimus, ne inutiliter eadem repetamus, illuc lectorem remitto, vbi quid in præſenti difficultate tenendum ſit, ſatis diſcuſſum reliquimus, & apertè docet Gloſſ. Paulò antea relata.

Reſtat nunc ſcire, quomodo vnio Eccleſiarum, & beneficiorum probetur? quare quæſtionem ſeptimam in qua illud diſcutiatur, inſtituamus.

QVÆSTIO VII.

Quomodo vnio probetur?

1. MVltis modis probari poſſe vnam Eccleſiam aut beneficium alteri eſſe vnitum, certum eſt. Primus, & efficacior eſt tituli, ſeu inſtrumenti authentici ipſius vnionis, exhibitio. Hoc ita notum eſt, vt non indigeat probatione. Quare ad alios deueniamus probandi modos. Sed notat Iordanus *lib.*10 *.tit.*32*.num.*21. nomine inſtrumenti vnionis venire acta, & decreta viſitationum in quibus fiunt vniones.

Secundò probatur vnio, per immemorabilem poſſeſſionem, poſſidendi videlicet Eccleſiam tanquam ſibi vnitam. Ita Ioſeph. Maſcardus, *de probationibus, volum.*1*. concluſ.*179. vbi ait Beneficij vnionem præſumi ex tanti temporis diuturnitate, cuius initij memoria non extet. Pro quo citat, magnificando, Tiraquellum, *in tract. de præſcript.* verb. *Per decem annos, fol.*75*.&* 47*. verſ.*20*. &* 21. Crau. *in tract. de antiquit. temp. fol.*128*. num.*48*. & in conſil.*158. Petrum de Anchar. *conſil.*162*. in fin.* Oldrad. *conſil.*297. Iaſon. *in l. qui in aliena, col.6. ff. de acquirend hæredit.* & Rot. *deciſ.*205*. in antiquis.* Iordan. *lib.*10*. tit.*32*. numero* 21. Barboſa *de poteſt. Epiſcop. alleg.*66*. num.*50. 2.

Idem Maſcardus, *volum.*2*. concluſ.*1418. idem tenet, & probat. Quia tribus modis vnitur beneficium. Primò per modum traditum *in Clem. Si vna, de rebus Eccleſ. non alienan.* Secundò per conceſſionem Superioris. Tertiò, per præſcriptionem temporis immemorabilis. Si ergo per immemorabilem poſſeſſionem acquiritur vnio Eccleſiæ, probata poſſeſſione immemorabili Eccleſiæ tanquam vnitæ, 3.

proba

probata manebit eius vnio.

4. Et addit ſufficere allegare ipſam præſcriptionem, abſque alia tituli allegatione, vel probatione. Quod, ſicut & dicta, duobus præcedentibus numeris, docet etiam Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 20. *num.* 13. *fol. mihi* 95. Rebuff. *citand. num.* 5. ait, ſufficere probare poſſeſſionem centum annorum ad præſcriptionem vnionis, *quando non eſt niſi ſola poſſeſſio: ſed ſi cum poſſeſſione concurrat titulus vel fama tituli, tunc quadraginta ſufficient*. Sed de hoc num. ſequenti.

5. Tertiò probatur vnio, per poſſeſſionem quadraginta annorum; debet tamen titulus allegari ſimul, & ipſa poſſeſſio. Maſcard. in vtraque conclusione citata. Id probat ex Cardin. *in Clement.* 1. *quæſt.* 20. *de ſupplend. negligent. Prælator.* Boër. *deciſ.* 345. per text. iuncta gloſſ. *in cap. Cùm de beneficio, de Præbend. lib.* 6. Felin. *in cap. Ex parte, col.* 1. *de teſtibus*, adhuc ad triginta annorum poſſeſſionem deſcendit. Sed Rebuff. *praxi benefic. part.* 1. *tit. de vnionibus, num.* 35. *fol. mihi* 282. aſſerit requiri probari poſſediſſe Eccleſiam tanquam vnitam ſpatio quadraginta annorum. In quo caſu ait, *Sufficit probare titulum vnionis etiam per publicam famam, vel per notorium: ideò ſufficiet teſtes deponere Eccleſiam eſſe poſſeſſam tanquam vnitam.* Ita ille. Quocirca, Barboſa *num.* 52. abſolutè, & ſine reſtrictione illa probationis tituli per publicam famam, vel notorium, aſſerit ex Rota *deciſ.* 626. *à num.* 4. *part.* 1. *recentior. vnionem probari per teſtes deponentes de publica voce, & fama, vel per antiquas collationes.* Et ait cum Garc. *part.* 9. *cap.* 2. *à num* 260. *inſtrumenta antiqua illa dici, quæ ſunt centum annorum.* Pro quadragenaria cum titulo, adeſt Rota *Tiraſonen.* 21. *Octob.* 1594. coram Litta, & S. Congreg. Concil. ſuper *c.* 13. *ſeſſionis* 24. *de reform.* à Iord. *n.* 22. relatæ ex Garc. *p.* 12. *c.* 2. *n.* 242. *& ſeq.*

Quartò probatur vnio ex verbis enuntiatiuis poſitis in antiquis inſtrumentis, puta nonaginta nouem, aut centum annorum, in quibus talia beneficia tanquam vnita enuntientur. Ita Maſcard. *concluſ.* 1418. *citata num.* 12. *&* 13. ex Put. *deciſ.* 109. in vna *Bononien. lib.* 2. Paul. Æmil. Veral. *deciſ.* 344. ſeu 1. *num.* 2. in verſ. *Vnio, part.* 3. vbi rationem hanc reddit. Pax Iordan. *num.* 24. ex Garc. *part.* 12. *cap.* 2. *à num.* 248. *ad* 273. Auguſt. Barboſ. *allegat.* 66. *num.* 51. ex dicta Put. *deciſ.* 209 quæ eſt in nouis 204. *lib.* 2. Caputaq. *deciſ.* 344. *num.* 2. *& deciſ.* 347. *à num.* 2 *par.* 3. ex Verall. *deciſ.* 344. *&* 347. *par.* 3. & Seraph. *deciſ.* 1272. *in princip.* ex alia Rotæ deciſ. apud Farinac. *la* 626. *num.* 2. *part.* 1. *recent. vbi etiam fuit dictum huiuſmodi enuntiatiuas, licet non ſint indiuiduæ vnionis, tamen ſufficere quod vir-* 6.

tualiter eam contineant. Hæc Barboſa. Ratio autem quare enunciatiuæ antiquæ vnionem probent eſt. Quia verba plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ, quæ in antiquis plenè probat. Bald. Saly. & Caſt. *in l. Cùm aliquis, C. de iur. delib.* Dec. *cap. 1. col. 4. de Appellatio.* Quocirca vide deciſiones Rotæ, quas *qu. 5. ſect. 1. n. 4.* adducam, vbi additur ſufficere ad plenam probationem, etiam contra tertium, duas enuntiatiuas antiquas.

7. Limitat tamen Maſcard. *n. 14.* id eſſe intelligendum procedere, quãdo quis probare intendit vnionem per huiuſmodi enunciatiua verba; ſecùs ſi vellet per viam præſcriptionis illam probare; quia tunc (ait) debet probari præſcriptio immemorabilis vti declarauit Put *loco citato, num. 3.* Aliam limitationem affert Auguſt. Barb. *n. 51.* ex Nicolao Garc. dicta *part. 9. c. 2. num. 258.* quod ſcilicet huiuſmodi enuntiatiuæ, ad benè probandum, debeant à perſonis non ſuſpectis emanare: quod & Iordanus obſeruat.

8. Quintus modus probandi vnionem eſt per partis contrariæ confeſſionem, vti docet Maſcard. *concluſ. 1418. citat. num. 15.* ex Veral. *deciſ. 344. num. 3. & ſeq.* vbi dicit, quod ſi aliquis in literis ſuis narret vnionem, & petat diſmembrationem, & ſeparationem Eccleſiarum, reſultet ex hoc vnionis confeſſio. Quia qui petit diuortium, fatetur Matrimonium. Et per conſequens vnio erit probata. Old. *conſil. 296.*

Et non ſolùm probatur vnio ex antiquitate temporis, ſed etiam probantur ſolemnitates ad valorem vnionis neceſſariæ. Ita Rebuff. *num. 35.* citat. ibi. *Ex diuturnitate temporis omnia præſumuntur ſolemniter acta L. Quacumque ff. de publicia. l. ſciend. de verb. obligat.* Maſcard. *vol. 1. concl. 179. & vol. 2. concl. 1418. num. 7.* ex Felin *conſ. 20. num. 21.* Lofr. *conſ. 40. col. 9.* Boër. *deciſ. 345. num. 5.* Rom. *conſ. 275.* quoad 1. *num. 3.* & aliis. Et reddit rationem *num. 8.* dictæ *concl. 1418.* quia ex diuturnitate temporis titulus, & ſolemnitates præſumuntur. *L. Si filiusfamilias, C. de petition. hæred. l. Qui in aliena, §. 1. ff de acquirend. hæred. cap. Peruenit de cenſib.* Quocirca Pax Iordanus *num. 97.* ex Alexand. *conſilio 219. lib. 6.* & Azor *part 2 lib. 6. cap. 28. quæſt. 12.* ait, *quod præſumitur interueniſſe conſenſum* (requiſitum ſcilicet ad vnionem, iuxta dicta ſuprà *quæſt. 5.*) *niſi contrarium appareat.* 9.

PARS TERTIA.

De iuribus Parochi.

MVLTA ſunt, & varia, quæ Parocho, & Parochiæ competunt iura. Nõnulla enim ex communi iure; aliqua etiam ex conſuetudine particularium Eccleſiarum, ſtabilita noſcuntur. Sed quia de iis certæ nequeunt aſſignari regulæ, ad ea, quæ communia ſunt, tam ex communi iuris diſpoſitione, quam ex communi Doctorum aſſertione, explicanda, omiſſis, quæ ex conſuetudine, deueniamus. Et quæ de Parocho dicemus, de Parochia etiam, cum proportione, intelligenda ſunt. Diſcutiemus breuiter in præſenti, præfata Parochi iura, quia pro noſtro inſtituto ampliori diſcuſſione illa non indigent. Dicemus tamen pro vnoquoque eorum, quod ad perfectam diſquiſitionem huius operis, ſit ſatis. Has igitur in quarta iſta parte quæſtiones tractabimus.

QVÆST. I. *Vtrùm baptizare Parochianos ſuos ſit proprij Parochi ius?*

II. *Vtrum Parochianus teneatur ſuo Parocho ſemel in anno omnia ſua peccata confiteri, ita vt alias illius ius violet, & confeſſio ſit nulla?*

III. *Vtrum Sacræ Euchariſtiæ miniſtratio, ad Parochum ſolùm ſpectet?*

IV. *Vtrum ius Parochi ſit, vt Parochiani Miſſæ Sacroſancto Sacrificio, diebus feſtis, in Parochiali aſſiſtant Eccleſia?*

V. *Vtrum extremè vngere pertineat ad Parochum?*

VI. *Vtrum Parochiani in abſentia proprij Parochi valeant Matrimonium celebrare coram alio, aut benedictionem nuptialem ab vllo alio accipere?*

VII. *Vtrum ius Parochi ſit, Parochianorum cadauera, Eccleſiaſtica tradere ſepultura?*

VIII. *Vtrum Decimarum, oblationum, & Canonicæ portionis perceptio, inter iura Parochi veniat numeranda?*

IX. *Vtrum ad Parochialia iura pertineat, quod vnicus ſit pro qualibet Parochiali Eccleſia Parochus?*

X. *Vtrum, curam nomine proprio exercere, & non alieno, ad iura Parochi pertineat?*

XI. *Vtrum limitatio territorij ſit de iuribus Parochi?*

XII. *Vtrum cura perpetua, & non ad tempus, ad iura Parochi ſpectet?*

XIII. *Vtrum ſit Parochi ius, celebrare in ſua Parochia volentibus, neceſſaria ad Sacrificium miniſtrare?*

XIV. *Vtrum munus ſit, & ius Parochi, quod ipſe, & non alius, niſi de eius licentia debeat in ſua Parochia, aut poſſit ſacram facere concionem?*

XV. *Vtrum præcedentia ſit Parochi ius?*

XVI. *Vtrum Parocho competat domus ſua Parochiæ in hebdomada Sancta benedicere?*

XVII. *Vtrum ſit Parochi ius, poſſe ſuam poteſtatem delegare, & Vicarium deputare?*

XVIII. *Vtrum, omnia iura in præcedentibus quæſtionibus recenſita, ſint ad conſtituendum Parochum eſſentialia: an verò aliqua eorum, & quæ nam illa ſint?*

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum baptizare Parochianos ſuos, ſit proprij Parochi ius?

1\. Concluſio eſt affirmatiua. Nã etſi omnes Sacerdotes validè, & ex officio quidem baptizare valeant, ſolis tamen Epiſcopis, & Parochis licet, illiſque hoc ius competit, vti docent, & benè Pater Gabriel Vaſquez. *in 3. part. D. Thomæ, tom 2. diſput.* 147. *cap.* 3. *num.* 15. *& ſequentibus*, & Ioann. Ægidius Trullench, *tractatu de Parocho, cap.* 4. ex communi Doctorum, & ex Canone *Interdicimus, el* 10. 16. *quæſt.* 1. ex quo *n.* 5. infert, peccare mortaliter Sacerdotem, ſi contendat baptizare ſine licentia proprij Parochi volentis illum baptizare, & expreſsè renuentis alienum illum baptizare, ſiue in propria, ſiue in aliena Parochia. Cuius ratio eſt, quia Sacerdos ille ius alienum inuadit, & ſibi vſurpat cum notabili Paſtoris iniuria. Quæ reſolutio, etiam in caſu extremæ neceſſitatis pueri baptizandi procedit. Quia huiuſmodi neceſſitas non tollit proprium ius Parocho, nec dat licentiam iuſtitiæ ordinem inuertendi. Immò, abſolutè docet Emanuel Rodriq. *tom.* 1. *quæſtionum Regularium, quæſt.* 31. *art.* 3. ex Soto *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt. vnica, art.* 3. *concl.* 2 & communi, mortaliter peccare baptizantem alienum Parochianum extra neceſſitatem.

2\. Sed dices. Quilibet licitè facere valet, quod ſibi ex officio, & ratione proprij muneris competit, ius enim ſuum eſt: Ideò enim in noſtra ſententia Sacerdoti alteri, quam proprio Parocho baptizare non licet, quia iſtius munus eſt, & ius, ratione proprij officij, Paſtoris ſcilicet. Sed cuilibet Sacerdoti ex officio competit baptizare, vti dictum eſt, & cõſtat ex illo Matthæi vltimo, in fine: *Euntes ergo docete omnes, baptizantes eos, &c.* Sicut enim

enim Chriſtus Dominus, *Ioan.*20. cum Apoſtolis loquens: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*: Dedit eis, & omnibus aliis Sacerdotibus ius, & poteſtatem circa remiſſionem peccatorum actualium: ita loco citato Matthæi dedit tam Sacerdotibus particularibus, quam ipſis Apoſtolis dictum ius, & facultatem circa remiſſionem originalis, & actualium peccatorum. Ergo quilibet Sacerdos licitè poteſt baptizare ſine conſenſu Parochi, immò ipſo Parocho renuente, & inuito.

3. Huic obiectioni vt reſpondeamus, ſuppono communem diſtinctionem poteſtatis: iuriſdictionis ſcilicet, & Ordinis Poteſtas enim iuriſdictionis diuerſa omninò eſt, ab Ordinis poteſtate. Iſta vtique ſine illa traditur immediatè à Chriſto omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, miniſterio Epiſcopi, illos in Sacerdotes ordinantis: aliàs enim non poſſet Eccleſia vlli interdicere Sacerdoti baptizare, aut à peccatis abſoluere, ſi ad vtrumque à Deo iuriſdictionem obtinuiſſet, independenter ab ipſa Eccleſia. Poteſtas verò iuriſdictionis, ſolùm immediatè fuit à Chriſto Domino, Diuo Petro & iſtius, in Summo Eccleſiæ Pontificatu, ſucceſſoribus, tradita, cum facultate illam, cum oportuerit, aliis delegandi. Quo circa Concil Trident. *ſeſſ.*23. *cap.*15, *de reformat.* ſic ait. *Quamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant: decernit tamen S. Synodus, nullum etiam Regularem, poſſe Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium obtinuerit, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat.* Et *ſeſſ.*14. *c.*7. ita affatur. *Natura & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos dumtaxat feratur, perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hac confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet iuriſdictionem.* Habent igitur Sacerdotes iuriſdictionem ad remittenda peccata originalia per Baptiſmi Sacramentum, eo iure, quo illam habent ad actualia per pœnitentiæ Sacramentum remittenda dependenter ſcilicet ab Eccleſia, & ab eius Supremo capite, Chriſti generali Vicario, Pontifice Romano: ita vt illam ſolùm habeat ille, cui Papa conceſſerit mediatè, vel immediatè.

Quo ſuppoſito, facilè obiectioni fit ſatis. Ad maiorem enim reſpondemus cum diſtinctione. Quilibet licitè facere valet, quod ſibi ex officio, & ratione proprij muneris competit, ſi completè, & in- 4.

tegrè ex officio competit, concedo maiorem: (hoc enim pacto, ius illius eſt;) ſi incompletè, nego maiorem. Incompletè enim cuilibet Sacerdoti in ipſa ordinatione traditur poteſtas ad remittenda peccata, cum dicit Epiſcopus *Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiſeritis peccata*, &c. quia non eo ipſo quod quilibet Sacerdos ſit, poteſt Pœnitentiæ Sacramentum licitè, immo nec validè miniſtrare: ſed noua indiget ad id poteſtate, iuriſdictione ſcilicet. Quando enim Eccleſia, vel ſummus Pontifex, iſtam alicui Sacerdoti, ordinariam concedit, completè ex officio ei competit, quia cum poteſtate ordinis, ſimul habet poteſtatem iuriſdictionis, ex officio ordinario illi competenti. Immo etiam ſi non ordinariam, ſed delegatam tantum concedat Iuriſdictionem, licet non ita ſtrictè, poterit dici hanc Sacerdoti ex officio competere, quia ſolus Sacerdos illius eſt capax. Deficiente tamen poteſtate iuriſdictionis ſiue ordinaria, ſiue delegata, incompleta quidem erit poteſtas ad remittenda peccata in Sacerdote ex ſola ordinis ſuſceptione. Et eodem modo philoſophandum eſt de poteſtate ſacerdotis quoad ſacramentum Baptiſmi, & eius adminiſtrationem, quare

5. Diſtinguo etiam minorem. Cuilibet Sacerdoti ex officio competit baptizare: incompletè competit, concedo minorem; completè, nego minorem. Quia ad licitam Baptiſmi adminiſtrationem, completa, ſeu integra poteſtas neceſſaria omnino eſt, quæ adintegratur, vt diximus, ex poteſtate ordinis, quæ diuina immediatè eſt, & ex poteſtate iuriſdictionis, quæ immediatè ab Eccleſia procedit, & ideo humana Eccleſiaſtica dici debet, licet mediatè à Deo homine, Ieſu Chriſto Domino noſtro procedat ex teſtimoniis autem Matthæi, & Ioãnis, nihil contra iſtam doctrinam colligitur, ſed potius pro illa firmanda, ſolidiſſimum fundamentum præſtant, maximè Ioannis teſtimonium, iuncto cap. *Si Epiſcopus*, el 2. *de Pœnitentiis, & remiſſionibus* lib. 6. ibi *Nulla quoque poteſt conſuetudine introduci, quod aliquis præter ſui ſuperioris licentiam, confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſoluere, vel ligare* & Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 13. ibi *peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant.* Notetur illud *Sacramenta ſuſcipiant* vbi à cuiuslibet Sacramenti adminiſtratione licita, omnem, præter proprium excludit Parochum: ex quibus apparet, abſolutè negandam eſſe conſequentiam, quia abſolutè falſum eſt quod quilibet Sacerdos licitè poſſit baptizare ſine Parochi baptizandi

tizandi conſenſu,& magis falſum, quod illo renuente poſſit.

6. Secundò infert Trullench, grauiter peccare parentes ſi prolem ſuam Parocho alieno, abſque proprij licentia, baptizandam offerant. Quod etiam docent Auguſtin. Barboſa, de Poteſtate Parochi, part. 2. cap. 13. num. 1. Paulus Layman, lib. 5. tractat. 2. cap. 7. num 2. Rationabiliter quidem, quia eſſent cauſa vt ius inuaderetur alienum, & vt iuſtitiæ inuerteretur ordo.

QVÆSTIO SECVNDA.

Vtrum Parochianus teneatur ſuo Parocho, ſemel in anno, omnia ſua peccata confiteri, ita vt alias illius ius violet, & Confeſſio ſit nulla?

1. RESpondeo affirmatiuè; ſi tamen licentiam à Parocho non obtineat, aut ab alio Parochi ſuperiore, Papa ſcilicet, Epiſcopo vniuerſali, aut Epiſcopo Diœceſano, quibus, ordine Hierarchico, ſubordinata, & ſubiecta manet Parochi iuriſdictio, & poteſtas.

2. Reſponſio, & reſolutio iſta quoad hoc vt teneatur Pœnitens proprio Parocho, aut alteri Sacerdoti, de eius licentia confiteri patet ex cap. *Placuit*, cum gloſſa, el 3. *de Pœnitentia, diſtinct.* 6. Ibi enim noſter Vrbanus Papa Secundus, ſic definit. *Placuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit.* Vbi Gloſſ. verbo, *commiſit*, ita ait. *Commiſit, id eſt, cuius parochianus eſt, ab alio enim non poteſt ligari, vel ſolui.* & verbo, *Pro ignorantia*, ſic inquirit. *Sed numquid eſt vtilis talis confeſſio, quam quis accipit à non ſuo iudice contra hanc conſtitutionem?* & poſt quam pro parte affirmatiua, non tam probanda, quam pallianda, exemplum de ordinato à non ſuo Epiſcopo adduxit, aſſerens ex cap. *Epiſcopus*, 7. quæſt. 1. verum ordinem recepiſſe, quæſitui ita reſpondit. *Sed dico eam inutilem.* Ex quo apparet veritas noſtræ reſolutionis, quoad nullitatem confeſſionis alteri, quam proprio Parocho, niſi de legitima licentia, factæ.

Patet etiam ex cap *Quod autem*, el 4 & cap. *Omnis vtriuſque ſexus*, el. 12. de Pœnitentiis & remiſſionibus, ibi enim Alexander Tertius Cantuarienſi Archiepiſcopo reſcribens ait. *Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod cum à non ſuo iudice ligari nullus valeat vel abſolui* &c. hic autem Concilium generale Lateranenſe, ſub Innocentio Tertio, ita definit. *Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit,* 3.

uenerit, omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti. Et infra. *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio Sacerdote; cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare.* Hæc omnia Sacrum Concilium.

4. Calixtus etiam Papa, in Epiſt. 2. ad Galliæ Epiſcopos, & habetur Can. *Nullus*, cl 1. 9. quæſt. 2. ita ſtatuit. *Nullus alterius terminos vſurpet, nec alterius parochianum iudicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, niſi ſui ſententia tenebitur, aut damnabitur.*

5. Ex quibus omnibus iuribus habemus, nullam eſſe confeſſionem factam alteri, quam proprio Parocho, vel Sacerdoti, aut alteri idoneo, de illius licentia, & conſenſu expreſſo, aut ſaltem tacito, vt bene docet noſter Carolus Malletus, *tom. 1. de Sacramentis, Malleatione* 44. *Bractea* 21. Cuius ratio eſt. Quia ad hoc Sacramentum iuriſdictio requiritur, quæ concedi præſumitur ab illam habente, dum videt, aut ſcit, & tolerat.

6. Quis autem idoneus Sacerdos ad excipiendas confeſſiones ſit, definit Sacra Tridentina Synodus ſeſſ. 23. cap. 15. ibi. *Nullum etiam Regularem poſſe Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat.*

Notanda ſunt verba illa: *Parochiale beneficium:* & *poſſe Confeſſiones audire*: illa etiam: *idoneum reputari.* Quæ cum diſtributione accommoda, & tribuendo ſingula ſingulis, debent intelligi. Vt ſcilicet, nemo ad audiendas confeſſiones idoneus ſit, qui non ſit Parochus, aut ab Epiſcopo approbatus. Et quod nullus audire poſſit Confeſſiones, qui non ſit Parochus: non quidem qualiſcumque, ſed Pœnitentis proprius. Quia cum hoc, ius illius ſit, ab illo per Tridentinum non tollitur, ſed in illo ſupponitur & illo poteſt extra ſuum vti territorium, vti docent Barboſa *de poteſt. Epiſcop. part. 2. allegatio.* 25. *num.* 36. & Pax Iordanus, *volumine 1. de re Sacra, lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 117. *&* 133. Et ratio eſt, quia iuriſdictio voluntaria extra territorium proprium bene poteſt exerceri. *l. 2. de officio Procon.* Carolus Mallet. loco citato, *Bractea* 17. qui *Bractea* 18. docet Parochum habere approbationem à iure, quam Epiſcopus reuocare non poteſt, licet poſſit 7.

poſſit illi eam ſuſpendere & quod dimiſſo Beneficio Parochiali, ceſſet approbatio, docet ſimiliter, ex Henriq. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 3. *&* 4. Valerio Reginaldo, *lib.* 1. *num.* 199. & ex P. Franc. Suarez *diſputat.* 28. *ſectio.* 4. *num.* 125.

8. Quocirca Marcus Vidal. in Arca Vitali, tit. *de Iuriſdictione*, num. 11. ſic ait. *Notandum octauo, quod Parochi habentes beneficium cum cura animarum, cenſentur iure ipſo approbati pro omni loco, & poſſunt eligi ab omni eo, qui facultatem habet eligendi confeſſarium; vnde poſſunt eligi in Iubilæis, in quibus, quamuis dicatur (vt quis poſſit eligere confeſſarium ab ordinario approbatum) per illam particulam enim ab ordinario, non cenſentur excluſi approbati ab ipſo iure, ſed potiori ratione comprehendi, vt intelligenti patet, & inter alios Doctores notauit Io. Præp. quæſt.* 8. *de approbat. dub.* 2. *num* 5. Hucuſque Vidal, qui bene confirmat, Parochum habere approbationem à iure, & vbique poſſe ſuorum Parochianorum confeſſiones audire.

9. In concluſione, ſeu reſponſione, limitationem adiecimus hanc: *ſi tamen licentiam à Papa non obtineat.* Certum enim eſt, quod qui habet à ſummo Pontifice facultatem alteri, quam proprio Parocho, confitendi, vel non ſuorum ſubditorum confeſſiones excipiendi, valide & licitè & abſque Parochi, aut alterius iniuria, tali vti poſſe facultate. Docent Eligius Baſſæus, verbo *Confeſſarius*, 1. *num.* 5. Vidal, *loco citato à num.* 18. latiſſimè, & doctiſſimè quidem, & D. Thomas, *Opuſculo* 19. contra impugnantes Religionem, *cap.* 4. vbi ſic ante medium ait, *columna mihi* 240. *lit. H. Item, ad hoc facit conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, ad quam accedentes à Pœnitentiariis Papæ quicumque Sacerdotes litteras impetrant vt eis confiteantur. Item, legati Papæ & eorum Pœnitentiarij confeſſiones audiunt non petita licentia à Parochialibus, & etiam authoritate Papæ vbique prædicant: & ita patet, quod prædicare, & confeſſiones audire poteſt aliis committi ſine licentia Sacerdotum parochialium.* Hæc Angelicus Doctor qui ſolidiſſimum iſtius doctrinæ *columna præcedenti, ſub littera B.* hoc iecerat fundamentum. *Vt enim* (ait) *omnem hierarchiam videmus in Ieſum conſummatam, ſic vnamquamque in proprium diuinum Sacerdotem ſummum, id eſt, Epiſcopum: vnde &* 1. *Petr.* 2. *dicitur de Chriſto. Conuerſi eſtis ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Hoc autem præcipuè verum eſt de Romano Pontifice, cui vt Cyrillus dicit, omnes iure diuino caput inclinant, & ei tanquam ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt. & Chryſoſtomus dicit ſuper illud Ioan. vltimo. Paſce oues meas, id eſt*

loco mei præpoſitus, & caput eſto fratrum, ergo ridiculum eſt dicere, & blaſphemiæ vicinum, quod Epiſcopus non poſſit vſum clauium exercere inquemlibet ſuæ diœceſis, ſicut & Chriſtus poſſet.

11. Pro altera limitationis parte, in concluſione noſtra poſitæ, ſcilicet: *ſi tamen Epiſcopi licentiam non obtineat:* ſic idem D. Thomas loco citato ait. *Deinde oſtendendum eſt quod aliqui ex commiſſione Epiſcoporum poſſunt prædicare, & confeſſiones audire in parochiis Sacerdotum. Nam extra de officio Iudicis ordinarÿ, cap. inter cætera, dicitur quod Epiſcopus viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumat. Et infra. Præcipimus tam in cathedralibus, quam in conuentualibus Eccleſiis viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi coadiutores, & cooperatores habeant non ſolùm in prædicationis officio, verum etiam in confeſſionibus audiendis, & pœnitentiis iniungendis, & cæteris, quæ pertinent ad ſalutem animarum.* Sic refert Doctor Angelicus textum illum, fideliter quidem, & integrè quoad illius ſubſtantiam, & eiſdem verbis, ab iis: *Præcipimus*, &c. Ex quibus concludit pro nobis in hunc modum *Ex quo patet quod clerici conuentualium Eccleſiarum alicuius diœceſis, qui non ſunt Parochiales Sacerdotes, poſſunt prædicare, & confeſsiones audire authoritate Epiſcopi.*.

Quoad vtramque tamen partem, ratione probatur limitatio concluſionis noſtræ. Primò, quia Confeſſiones audire iuriſdictionis eſt, & Ordinis ſimul, vti docet D.Thomas, *columna ſeu potius pagina* 240. *ſub lit. H.* citata. Sed ea, quæ iuriſdictionis, & ordinis ſimul ſunt committi poſſunt, ſaltem his, qui ordinem habent, vt idem Doctor ibidem docet. Ergo cum Summus Pontifex, & Epiſcopus poſſint in Parochia Confeſſiones non requiſito Parocho excipere, hoc idem alius quilibet Sacerdos poterit ex Papæ, vel Epiſcopi commiſſione. 12.

Secundò. Superioris iuriſdictio ab inferiori non dependet, nec illam poteſt inferior limitare, arctare, aut reſtringere. Ita enim ait Nicolaus Papa, in Can. *Inferior Sedes, el* 4. *diſtinct.* 21. *Inferior Sedes Superiorem abſoluere non poteſt. Sola ergo potior inferiorem conuenienter abſoluit. Hinc liquidò peruidetur: quia quem non poteſt abſoluere, non poteſt iudicio inferior potiorem ligare. Vnde Propheta ait.* [*Nunquid glorÿabitur ſecuris contra eum, qui trahit eam?*] *His ita ex diuina ſcriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, ſole clarius exhibuimus*, (id eſt probauimus, ait gloſſa, verb. *Exhibuimus*). *non poſſe quemquam, qui minoris authoritatis eſt, eum qui maioris poteſtatis eſt, iudiciis ſuis addicere, aut propriis definitionibus ſubiugare.* 13.

re. Hæc Nicolaus ad Michaëlem Imperatorem. Ergo cum Summus Pontifex, & Epiſcopus, Superiores ſint Parochi, non poterit iſte illorum authoritatem & iuriſdictionem vllo modo limitare, arctare, aut reſtringere. Ac per conſequens, quilibet Sacerdos de ſolius Papæ, aut Epiſcopi quidem licentia poterit in qualibet Parochia, validè, & licitè Confeſſiones excipere.

QVÆSTIO III.

Vtrum Sacra Euchariſtiæ miniſtratio ad Parochum ſolum ſpectet?

1. CONcluſio eſt affirmatiua, iure communi attento: ita vt Sacram Synaxim ſuis Parochianis miniſtrare, diſtribuere, & diſpenſare, tam in Paſchate, quam inſtante morte, & quoties voluntariè, ſeu ex deuotione ſumitur, ſit proprium ius Parochi. Ita habetur in Concilio Carthaginenſi I. *c.7.* & in Mileuitano, *cap.18.* & in generali Lateranenſi, ſub Innocentio Tertio, & ex eo, *in cap. Omnis vtriuſque ſexus, de Pœnitent. & remiſſion.* el 12. quoad Paſchalem ſaltem, ibi *Confiteatur proprio Sacerdoti: & iniunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtia Sacramentum: niſi fortè de proprij Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura.* Sic Concilium Lateranenſe.

Probatur etiam ex Iuſtino martyre, *in Apologia ſecunda pro Chriſtianis, ſub finem*, vbi agens de diſpenſatione huius Sacramenti, inquit eam fieri ab eo, qui præeſt. Et Tertullianus, *in lib. de corona militis, cap.3. num.33.* ait, omnibus mandatum fuiſſe, hoc accipere Sacramentum: ſubiungit tamen *num.35. Nec de aliorum manu, quam præſidentium ſumimus.* Quaſi diceret, vti obſeruat Pamelius *num.33.* citato. Etiamſi Chriſtus omnibus mandauerit, ſumere hoc Sacramentum, id tamen non niſi de manu præſidentium, hoc eſt paſtorum, ſumendum eſſe. Sic refert, & ſequitur præfatos Doctores Gabr. Vaſq. *tom.3. in 3. part. D. Thom. diſp.219. cap.2. n.20. & 21.* Eandem ſententiam tenet Ioann. Ægid. Trullench, *tract. de Parocho, cap.7. n.4. 6. & 8.* & communiter Doctores. 2.

Ratione autem probatur. Quia miniſtratio Sacramentorum, & gregem Domini paſcere, munus eſt, non cuiuſcumque, ſed proprij Paſtoris: præcipuum autem pabulum, ſacra eſt Euchariſtia. Ergo illam miniſtrare tam in Paſchate, 3.

&

& inſtante morte, quàm quoties ex deuotione ſumitur, munus eſt, & ius proprij Parochi.

4. Secundò probatur. Bona communia Eccleſiæ diſpenſanda, & diſtribuenda non ſunt niſi per eos, qui authoritatem habent, & adminiſtrationem illorum, gubernationémque Eccleſiæ. Sed has omnes Parochus habet. Ergo per illum diſpenſanda, & diſtribuenda ſunt bona communia Eccleſiæ. Tum ſic. Sed Euchariſtia ex bonis communibus Eccleſiæ vnum, & illorum maximum eſt. Ergo ad Parochum tanquam munus, & ius eius ſpectat iure ordinario, & communi attento, ſacræ Euchariſtiæ miniſtratio. Patet conſequentia, quia ex præmiſſis legitimè illata appareat.

5. Vnde, qui ſine licentia, ſaltim tacita, aut præſumpta Parochi, Euchariſtiam adminiſtrat, etiam in mortis articulo, mortaliter peccat, vti docent, & bene, Trullench *cap.5. num.6.* & Leonard. Leſſius, *de Sacramentis, quæſt.82. articul.3. dubio vnico, num.*10. Et ratio eſt manifeſta, quia eſt vſurpatio iuris alieni in re magni momenti, quæ ex ſe pacem, & debitam Eccleſiæ gubernationem turbat.

6. Immò ſi Religioſus, ſine Parochi licentia, Euchariſtiam adminiſtret, vltra peccatum mortale, excommunicationem maiorem Sedi Apoſtolicæ reſeruatam, ipſo facto incurret, per Clementinam primam de priuilegiis. Vbi ſic definit Concilium Viennenſe, ſub Clemente Quinto, *Religioſi, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniave ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali*: & paucis interiectis proſequitur: *Excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi.* Pro cuius textus vera intelligentia vide P.Franc.Pelliz. *in Manual. Regular. tom 2. p.1. tract.7. c.2. ſect.2. num.*101. *cum ſeqq.* Vide & infrà *numero.*

Per ea tamen, quæ diximus, 7.
Summum Pontificem non excludimus, nec Epiſcopum Diœceſanum: vterque enim ius etiam habet ad Euchariſtiam, cum voluerit ſuis ſubditis reſpectiuè, ſine vlla Parochi iniuria miniſtrare, & potiori iure. Quia, & ipſi Paſtores ſunt, & Superiores quidem non ſolum Parochianorum, ſed & Parochorum ipſorum. Si ergo hoc Sanctiſſimum Sacramentum ſumendum eſt de præſidentium, ſeu Paſtorum manibus, & ob id à Parocho ſumatur, à fortiori poterit illud de manibus Papæ, & Epiſcopi ſumi. Pro quibus etiam militant rationes pro Parocho *num.3. & 4.* adductæ. Sunt enim & ipſi proprij Paſtores, & vniuerſaliorem authoritatem, gubernationem, & adminiſtrationem Eccleſiæ, & cõmunium.

munium bonorum eius habent. Ergo ſi ob aliqualem Prælatiam, authoritatem, gubernationem, & adminiſtrationem quam habet Parochus, ius habet ad Euchariſtiam miniſtrandam, à fortiori illud habebunt Pontifex Summus, & Epiſcopus, qui ſupremam, & mediam illam habent.

8. Confirmatur argumento Diu. Thomæ, *Opuſculo 19. pagina mihi 239. in fine*, quod tale vtique eſt. *Secundum Dionyſium poteſtas Epiſcopi in noſtra Hierarchia eſt vniuerſalis; poteſtas autem Sacerdotis, & miniſtrorum eſt poteſtas particularis, vt patet in 1. cap. & in 5. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ: ſed ſecundum quod probatum eſt à Philoſophis, virtus vniuerſalis efficacius agit in quod ſubiicitur virtuti particulari, quam etiam ipſa particularis virtus. Ergo Epiſcopus magis habet vſum clauium, in eos, qui ſubduntur Sacerdotibus, quam ipſi Sacerdotes.* Ita Angelicus Doctor, cuius ratione, efficacius adhuc, id probari poteſt de Summo Pontifice, de quo paulo ante dixerat, illud 1. Petri 2. *Conuerſi eſtis ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum*: præcipuè verum eſſe *de Romano Pontifice, cui vt Cyrillus dicit, omnes iure diuino caput inclinant, & ei tanquam ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt. Et Chryſoſtomus dicit ſuper illud Ioan. vltim. Paſce oues meas, id eſt, loco mei Præpoſitus, & caput eſto fratrũ.* Hæc D.Th.

Militant etiam, quæ diximus 9. de Parocho, quo ad licentiam concedendam, pro adminiſtranda Euchariſtia, à fortiori in Summo Pontifice, & in Epiſcopo: tum ab ea, quæ modo dicta ſunt: tum etiam quia Concilium Generale Vienneſe; in citata Clement. *Religioſi, 1. de Priuileg.* non ideò expreſſit Parochi licentiam, quia ad illum ſolum ipſam concedere ſpectaret; ſed potius vt oſtenderet ſufficere à Parocho impetratam. Tum, quia in iure nomine proprij Parochi, veniunt Papa, Epiſcopus, & iſtius Vicarius, vt obſeruat Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Euchariſtiæ Sacramento, inquiſit. 2. num. 1.* Tum, quia Euchariſtiæ miniſtratio, eſt actus iuriſdictionis ordinariæ, ſaltem Sacramentalis: ſed quilibet iuriſdictionem ordinariam habens, illam poteſt alteri committere, & delegare, quod eſt licentiam ad illam exercendam concedere, delegatio enim præcipuus actus eſt iuriſdictionis ordinariæ. Ergo cum iſtam Papa, & Epiſcopus ad Euchariſtiam miniſtrandam habeant, illam bene delegare valebunt.

Ex praxi Eccleſiæ euidenter id 10. patet. Summi enim Pontifices varia priuilegia Regularibus conceſſerunt cum facultate Sacram Euchariſtiam fidelibus miniſtrandi. Eugenius enim Quartus, in Bulla *Regularem vitam, la 15.* Bullarij noſtræ Congregationis, noſtris S.

Iuſtinæ Monachis conceſſit hanc facultatem, *num.*18. Idem Pontifex eandem conceſſit noſtræ Hiſpanæ Congregationi, olim Valliſoletanæ, *in priuilegio* 44. & eidem Nicolaus Francus legatus à latere Apoſtolicus, *priuilegio ſexageſimo tertio.* Ordini Minorum eandem facultatem conceſſerunt Nicolaus Quintus, Sixtus Quartus, & Leo Decimus. Societati Ieſu, Paulus Tertius. Iulius Secundus pro Minimorum ordine. Hæc tamen, & ſimilia priuilegia, ita limitant facultatem, vt illorum rigore, ſolum Regularibus liceat, Euchariſtiam ad ſuas Eccleſias accedentibus, miniſtrare.

10. Difficultas tamen, & controuerſia eſt inter Doctores, An ſcilicet liceat Regularibus in die Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, Sacram ſynaxim fidelibus, communionemve diſpenſare, pro adimplendo annuo communionis Paſchalis præcepto? Pro negatiua parte citantur Suarez *tom.4. de Religio tract.* 10. *l.* 9. *cap.* 3. *num.* 8. Sortel. *in dub. Regular.* verb. *Sacramentorum adminiſtratio, n.* 5. Henriquez, & alij. Pro qua etiam facit declaratio Sacræ Congregationis, in Epiſtola eiuſdem ad Cardinalem Archiepiſcopum Neapolitanum, 20. Martij, de anno 1638. quam refert Eligius Baſſæus verbo, *Communio ſacra*, ſub num. 9. in hunc, qui ſequitur modum: videlicet.

Conqueſti ſunt coram Sanctiſſimo Domino Rectores Eccleſiarum Parochialium iſtius ciuitatis de Patribus Theatinis, & Societatis Ieſu, quod aſſerere audent perſonas laicas aſſumentes in eorum oratoriis, ſiue Congregationibus Euchariſtiæ Sacramentum in die Paſchatis, Eccleſiæ præcepto ſatisfacere: cumque id minime ſit permiſſum, ſed fideles ſacram communionem tempore paſchali à proprio, vel ab alio de ipſius Sacerdotis licentia ſuſcipere teneantur, Sanctitas ſua iuſſit Eminentiæ ſuæ ſignificandum, & ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, & aliis ſibi bene viſis id prohibeat præfatis Religioſis: moneatque ipſos laicos Sacramentum Euchariſtiæ, vt ſupra, de manu proprij Parochi teneri ſuſcipere, vt Eccleſiæ præcepto ſatisfaciant. Ita igitur pro ſua paſtorali pietate omnino curabit Eminentia veſtra, cui me humillimè commendo. Romæ die 20. *Martij* 1638. 11.

Eminentiæ veſtræ Reuerendiſſimæ

Humillimus Seruus,

CARDINALIS VEROSPIVS.

Pro affirmatiua tamen ſententia ſunt Eman. Rodriquez *in quaſt. Regular. tom.* 1. *quaſt.* 56. *art.* 3. & nouiſſimè Marcus Vidal Theatinus, *in Arca Vitali, tit. de Euchariſtiæ Sacramento, num.* 32. citatis pro ea Bartholom. à Sancto Fauſto, *de Euchariſtia*, *l.* 2. *quaſt.* 280. Beja 12.

in

in reſponſ. part. 4. *caſu* 4. Sorbo *in compendio priuilegior. Ordinis Minorum*, verbo, *Communicare.* Ioanne de la Cruz, D. Marcello à S. Benedicto, & Diana *part.* 2. *tract.* 14. *reſolut.* 73. qui tamen, licet ſatis probabilem hanc appellet ſententiam, *ego conſulerem* (ait in fine,) *vt Regulares in tali caſu faueant Parochis, & talem ſententiam in praxim non deducant*, quod & conſulunt alij huius ſententiæ Patroni.

13. Hæc ſententia fundatur in priuilegio conceſſo à Martino Papa Quinto 4. Kalendas Octobris, de anno 1458. ſui Pontificatus, quarto; Monaſterio Beatæ Mariæ de Guadalupe, Ordinis Diui Hieronymi, in Hiſpania, ob Deiparæ celeberrimam, & miraculoſiſſimam Imaginem, notiſſimo. Cuius priuilegij verba, ſic ex compendio priuilegiorum dicti ordinis, §. 2. refert Eman. Roderiq. *loco citato*, verſ. *Reſpondeo.*

14. *Conceſſit, quod deputati, vel pro tempore deputandi Confeſſores in Monaſterio Beatæ Mariæ de Guadalupe Sacramentum Euchariſtiæ quibuſcumque perſonis ad prædictum Monaſterium confluentibus, etiam in die Paſchatis miniſtrare liberè, & licitè poſſint Diœceſanorum, aut cuiuslibet alterius licentia minimè requiſita.* Hæc ibi. & *ex §. compendij præfati*, aliud priuilegium eidem Monaſterio à Paulo Tertio viuæ vocis oraculo factum, ſic refert.

Quod Antonius Cardinalis, ac Pœnitentiarius Pauli Tertij, Anno primo ſui Pontificatus, decimotertio calendas Februarij, de eiuſdem Pontificis ſpeciali mandato, viuæ vocis oraculo ſuper hoc ei facto indulſit, & conceſſit, quod omnes Fratres Presbyteri Monaſterij prædicti B. Mariæ de Guadalupe, tam intra, quam extra in illius capellis, Oratoriis, Grangiis, & locis aliis eiuſdem Monaſterij (non contradicente Priore, aut in eius abſentia, aut ſede vacante, Vicario) poſſint miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, etiam in die Paſchatis, ſubditis eiuſdem Monaſterij, vel ab eo dependentibus, & aliis illuc confluentibus vtriuſque ſexus Diœceſanorum locorum, Curatorum, aut Rectorum, ad hoc licentia minimè requiſita, & ſic præcepto Eccleſiæ ſatisfaciant, non obſtantibus contrariis quibuſcumque. Sic exſcribit Roderiquez, & addit. *Hæc Antonius Cardinalis.* 15.

Quæ duo priuilegia, per alia Pij Quarti, & Pij Quinti, facta ſunt communia omnibus aliis dicti ordinis Monaſteriis, etiam ſi in his non militent cauſæ, propter quas fuerunt conceſſa illi, vti docent Emanuel vbi ſupra, verſ. *Circa quas* & Vidal, *num.* 34. qui Doctores, ille loco citato, & iſte *n.* 36. Dianaque *vbi ſupra*, conſtanter docent, quod poſita præfata communicatione priuilegiorum Beatæ 16.

Mariæ de Guadalupe aliis eiuſdem Ordinis Monaſteriis, *Sequitur euidenter, quod etiam poſſunt eis frui Monaſteria Ordinum Mendicantium, & aliorum, qui ſuorum indultorum, & gratiarum pleniſſimam habent communicationem, & ſic ſine timore alicuius peccati, & excommunicationis poſſunt Fratres Mendicantes, & alij in priuilegiis communicantes, miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ omnibus fidelibus in die Paſchatis.* Ita Rodriq. & ex eo, alij. Pro quo adnotare libuit, noſtram Hiſpanam Benedictinam Congregationem, omnibus priuilegiis, & gratiis omnium aliorum Ordinum potiri, frui, & gaudere, ex Priuilegio 123. ſui Bullarij, per Clementem Papam Octauum conceſſo die 30. Septembris, anni 1592. quod incipit, *Romanus Pontifex*, ſuppoſito alio Gregorij XIV. pro Congregatione Ciſtercienſi, etiam Hiſpana, de anno 1591. immediatè elapſo, pariter incipiente, *Romanus Pontifex*, quod inter huius Pontificis Bullas, tertium eſt apud Rodriquez, in collectione, fol. mihi, in Bullario authentico, 119 I. aliàs in non authentico, 518.

17. Sed pro exacta dictorum priuilegiorum Martini videlicet Quinti, & Pauli Tertij, ac aliorum quidem Pontificum concedentium Regularibus facultatem miniſtrandi fidelibus Euchariſtiam, excepto Paſchatis die, aduertere duxi cum Vidal *num.* 31. Baſſæo, verb. *Communio Sacra, num.* 10. Rodriquez, *quæſt.* 56. *& artic. citat.* verſ. *Nec obſtat*, Leſſio. *De Sacramento Euchar. quæſt.* 82. *art.* 3. *dubio vnico*, verſ. *Quando, num.* 12. & aliis communiter, illa verba, & ſimilia, in omnibus priuilegiis formaliter eſſe intelligenda, non autem materialiter, ita vt accipi debeant non pro die, aut tempore ipſo naturali, Paſchali ſcilicet, ſed pro communione in illo fieri debita, ad præceptum Eccleſiæ adimplendum. *Vnde*, (vti ait idem Leſſius) *etiam ipſo die Reſurrectionis Religioſi poſſunt dare Euchariſtiam* (ſecluſo vtique omni priuilegio,) *modo illi quibus dant, iam communicarint, vel communicaturi ſint in parœcia intra quindecim dies Paſchales.*

Circa priuilegium etiam Pauli Tertij ſuprà *num.* 15. relatum, aduertere oportet, illud minimè eſſe inualidatum per Gregorium XV. aut Vrbanum Octauum reuocantes priuilegia viuæ locis oraculo conceſſa, quia per priuilegia Bullata confirmatum eſt, & ſic iam non eſt oraculum, ſed Bullatum, iuxta ea, quæ infrà in diſquiſitione Canonica, & Regulari, de iure, & poteſtate prioris annexi, *num.* 34. *& ſeq.* Probabimus. Fuiſſe autem dictum oraculum per Bullas confirmatum, docet Vidal, *num.* 44. & conſtabit dicta *diſquiſ. num* 35. *&* 36. 18.

Ex dictis conſtat, probabiliſſimam 19.

mam eſſe ſecundam ſententiam, aſſerentem licere Regularibus, Euchariſtiam fidelibus, ſine conſenſu Parochi pro adimplendo Paſchali præcepto, miniſtrare. Sed declarationi Sacræ Congregationis in cõtrarium adductæ, reſpondere liceat. In primis igitur dico illam minimè noſtram impugnare ſententiam, cum non conſtet authenticè de illa, non enim conſtat de atteſtatione authentica alicuius Cardinalis fidem facientis nomine Congregationis: nec oſtenditur ſcriptura ſigillo Secretarij comprobata: nec tandem Papæ reſcriptum, de eo, demonſtratur. Qui autem declarationes Congregationum Sacrarum pro ſe citat, eas aliquo ex his modis authenticas eſſe probare debet, vti docet Vidal, *tit. de iuriſdict. inquiſit.* 4. *num.* 27. ex Bonac. *de legib. diſp.* 1. *quæſt* 1. *punct.* 8. *num.* 6 & ex Salas *de legib. diſt.* 21. *ſect.* 12.

20. Secundò dico. Eſto præfata declaratio oſtendi valeat originalis, & authentica, reuocare non valet facultatem, quam Religioſi habent vigore priuilegiorum præfatorum ad Euchariſtiam miniſtrandam: tum, quia non eſt ſufficienter promulgata, & recepta: tum, quia declarationes Cardinalium vim legis non habent: tum, quia dato. & non conceſſo quod legis vim habeant, abrogare nequeunt legem ab alio factam: priuilegium autem quædam lex priuata eſt, & priuatum ius, contra ius commune, *cap. Abbate, el* 25. *de verborum ſignificat.* paulò ante fin. ibi. *Quia cum priuilegium ſit lex priuata.* Ergo priuilegia Apoſtolica præfata reuocare nequeunt declarationes Cardinalium in caſu, quod leges ſint, admiſſo.

Tertiò, & vltimò reſpondeo, illam declarationem in nullo caſu militare poſſe, contra priuilegium habentes, Euchariſtiam miniſtrandi in Paſchate. Mihi, ſaltem, euidens ex ipſa eſt, ibi: *Cumque id minimè ſit permiſſum.* Solùm enim loquitur cum his, quibus minimè eſt permiſſum. Sed priuilegiatis permittitur, quod per priuilegium conceditur. Ergo illa Congregationis declaratio, etiam ſi lex eſſet, & ſufficienter publicata, etiam de Summi Pontificis authoritate, contra priuilegium habentes, miniſtrandi Euchariſtiam in Paſchate non militaret. 21.

QVÆSTIO IV.

Vtrum ius Parochi ſit, vt Parochiani Miſſæ Sacroſancto Sacrificio, diebus feſtis, in Parochiali aſſiſtant Eccleſia?

Concluſio affirmat, ius Parochi, & Parochialis Eccleſiæ eſſe, vt in illa Parochiani, diebus feſtis, Miſſam audiant. Ita Ioann. Ægid. Trullench, *in tract. de Pa-* 1.

rocho, cap.6. ex diuerſis Conciliis, *& ex cap.Vt Dominicis, el 2. de Parochiis, & alienis Parochianis*, deſumpto ex Concilio Nanneten. Ibi enim ſic habetur. *Vt Dominicis, vel feſtiuis diebus Presbyteri antequam Miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto Presbytero, ibi velit Miſſam audire: quem ſi inuenerint, ſtatim ab Eccleſia abiiciant.*

2. Vbi gloſſa, verb. *Contempto*, ait, & bene, quod ex iuſta cauſa abſens, bene poteſt audire diuina in Eccleſia ad quam venerit. Et Trullench addit *num.* 8. quod ſecluſo contemptu Parochi, & periculo ignorandi feſta, ieiunia indicta à Parocho, excommunicationes ab eo publicatas, & ceſſante erronea ſuperſtitione, & iurium Parochialium fraude, per contrariam conſuetudinem, licitè quis extra propriam poteſt Parochiam Miſſam audire. Sylueſter, verb. *Miſſa*, 11. §. 4. & verbo, *Parochia*, Caſtrus Palaus, *part.4.tract.22. diſp.vnica, punct.* 16. *num.* 12. Auguſt. Barboſa, *de poteſt. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 24. *à n.* 16. & alij, idem quod Trullench docent.

3. Quod ſi petas, An teneatur Parochus Miſſam diebus Dominicis, & feſtis pro populo offerre? Reſpondet Ægid. Trullench *num.* 15. quod etiam ſi Parochus teneatur præfatis Dominicis, & feſtis Miſſam celebrare, vt illam populus audiat, non teneri de iure communi pro populo illam offerre, nec eì applicare: quia nullo iure id cautum reperitur. Decimæ enim, & Primitiæ, non pro Miſſæ applicatione, ſed pro Sacramentorum adminiſtratione Parocho conferuntur. Ita ille ex P. Franc. Suarez, *in* 3. *part. D.Thom. diſp.*86. *ſect.*1. Ægid. Coninch, 3. *part. quaſt.*83. *art.*1. *dub.*11. & Barboſa, *de poteſtate Epiſc. part.* 2. *alleg.* 23. *num.* 25. *& de poteſt. Paroc. c.*11. *n.*10. Sed addit Trullench. *Si tamen ſtatutum Synodale, vel peculiaris conſuetudo approbata in contrarium fuerit, obſeruanda eſt.*

Eandem ſententiam tenet Antonius Naldus, *in Summa*, verbo, *Parochus*, *num.*19. vbi ſic ait. *Parochus videtur obligatus celebrare pro ſuis Parochianis applicando nempè Miſſas, vel partem ipſarum ad ipſorum fructum, & vtilitatem, pro quantitate redituum ſui beneficij, prout cenſuit.* Sot. *de iuſt. lib.*9. *quaſt.*3. *art.*1. §. *Nihilominùs. Ex quo ſequeretur, quod non poſſent ei conferri eleemoſynæ, vel ſtipendia nec à ſuis, nec ab aliis pro Miſſis celebrandis. Sed hæc opinio nimis dura videtur, nec vllo iure, vel efficaci ratione comprobatur. Ideò verior videtur contraria, quæ communis, nouiſſimè dicitur per* Molfeſ. *tract.*3. *cap.*15. *in fin. & quam ſequitur Faxinel. de Sacerd. obligat. ſect.*3. *prænot.*2. §. 2. *nempè quod ratione decimarum, aut fructuum ſui* 4.

ſui beneficij non teneatur Miſſas, nec omnes, nec aliquas illarum, quas celebrat, offerre pro ſuis ouibus, ſed tantum coram populo illas celebrare, quo per ipſum præcepto Eccleſiaſtico audiendi Miſſam ſatisfieri poſſit, & per conſequens poſſe, aut à ſuis, aut ab alienis accipere ſtipendia, aut eleemoſynas pro ipſarum applicatione: & ita ſeruari videmus communi omnium Parochorum conſuetudine. Hæc omnia Doctus Naldus.

5. Eandem etiam docuit Gabriel, Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Thom. quaſt.* 83. *artic.* 6. *diſput.* 234. *cap.* 4. *num.* 27. *fol. mihi* 503. qui pro illa citat Maior. *in* 4. *diſt.* 45. *quaſt.* 2. §. *Contra hanc concluſionem*, non longè à princ. & Nauar. in *Manuali cap.* 27. *num.* 92. & ſic concludit immediatè. *Cum quibus etiam, & ego quoque apertè pronuncio, Parochum ratione inſtitutionis primaria ſui beneficij, non teneri ad offerendum vnquam pro ſubditis, tametſi per ſe, aut per alium celebrare debeat, vt populus ſacrificio Miſſæ intereſſe poſſit, quod longe diuerſum eſt. Id autem verum exiſtimo, quia oppoſitum nulla ratione, aut iure probari poteſt: cumque in nulla totius Eccleſiæ Diæceſi talis ſit conſuetudo, fruſtra dicemus iure ipſo, & inſtitutione primaria beneficij ad hoc eos teneri. Standum igitur erit, vt rectè notauit Corduba, conſuetudini, & ſtatutis, ſeu legibus ſynodalibus cuiuſcumque Diæceſis. Et ex dictis fundamentum Soti conuulſum manet.* Hucuſque ſapientiſſimus P. Vazquez, qui vnus, bene pro mille, ſufficeret, ad firmandam noſtram ſententiam, & ad conſcientias Parochorum ſcrupuloſas, omnino in præſenti difficultate ſedandas, ſi Sacræ Congregationis Concilij deciſio contraria non obſtat. Barboſa enim *in collect.* 555. *Apoſtolicarum deciſionum, num.* 2. & Antonin. Diana, *part.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 232. ex Sellio *in ſelectis Canon. cap.* 28. *num.* 4. *& cap.* 59. *num.* 35. hanc referunt, in Fanen. cauſa, factam, 1. Septembris die, anni 1629. Videlicet. *Parochi, quibus diebus tenentur Miſſam celebrare, non poſſunt pro ea manualem eleemoſynam recipere.*

Si non obſtat, conſulto dixi: quia 6.
cum dictam deciſionem authenticam minimè viderim, neque de Sanctiſſimi ſpeciali mandato factam, neque tandem ſufficienter promulgatam, & receptam ſciam, quæ omnia concurrere debebant ad legem, & obligationem introducendam, iuxta ea quæ docent communiter Doctores, à ſententia, cui firmiter adhæſi, ob multitudinem, & grauitatem Doctorum illam tuentium, ac ob rationes quibus ipſam fulciunt, recedere nefas duxi. Si enim Prælati Regulares non tenentur pro ſuis ſubditis Miſſam applicare, cum tamen iſti illius oues ſit, ipſique iſtarum Paſtores,

ſtores, neque Epiſcopi illam debent offerre pro ſuæ Diœceſis ouibus: neque ſummus Eccleſiæ Paſtor Papa pro omnibus fidelibus, quibus præcipuè, ſtrictiorique iure cura incumbit animarum, ſibi reſpectiuè ſubiectarum, quare ordinarius, inferiorque Parochus ad id tenebitur?

8. Neque obſtat Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 1. ibi. *Cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre* &c. Immo pro nobis faciet: quia ſi hoc diuinum præceptum nullus diuinæ legis peritus ita intellexit, neque vllus Eccleſiæ Prælatus, vt quoties Paſtores ſupremi, & medij hierarchiæ, ſacra tenentur peragere, illa pro ouibus teneantur offerre, cum tamen earum cura principaliter ſit ipſis commiſſa, nequid de infimis intelligi debere capio, vt teneantur, quoties celebrant vt parochiani adimpleant præceptum audiendi ſacrum. Sufficienter igitur præcepto diuino, & Concilij fiet ſatis à Parochis, Epiſcopis, & aliis ſubordinatis Prælatis, & à ſupremo, ſi oblato Sacrificio pro ſe, & pro qualibet alia obligatione, aut deuotione, illud offerant pro ouibus ſuis reſpectiuè, iuxta illud leuitici cap. 16. verſ. *Vt roget pro ſe, & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſraël.* & infra *& poſt quam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum, ac plebis, rogabit tam pro ſe, quàm pro populo.* Et iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos, cap. 7. verſ. 27. *Qui non habet neceſſitatem quotidiè, quemadmodum Sacerdotes, prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi.*

QVÆSTIO V.

Vtrum extremè vngere pertineat ad Parochum?

Conclusio omnium Doctorum affirmat, munus, & ius proprium Parochi eſſe, hoc Sacramentum ſuis ſubditis miniſtrare. 1.
Illam tenet in genere Pax Iordanus, dum *in volumine 2. de re beneficiaria, lib. 10. titulo 8. num. 5.* ait. *Quatuor requiruntur ad conſtituendum beneficium parochiale. Primum neceſſitas miniſtrandi Sacramenta reſpectu Parochi, & neceſſitas ſuſcipiendi, reſpectu parochianorum.* Et in ſpecie, Caſtrus Palaus *in ſum. Moral. part. 4. tract. 26. diſputat vnica punct. 7. num. 3.* vbi in hæc verba prorumpit. *Verum, eſto, validè quilibet Sacerdos hoc Sacramentum* (vnctionis ſcilicet extremæ) *miniſtrare poſſet, illicitè tamen miniſtraret, niſi iuriſdictionem habeat in infirmum ab Eccleſia non impeditam; ac proinde niſi Parochus ſit* (proprius vtique infirmi,) *vel à Parocho poteſtatem habeat.*

Idem omnino prius docuerat 2.
Leonard.

Leonard. Leſſ. *de Sacramento Extrema-Vnctionis, cap.*3. *dub.*2. Et omnium ratio eſt. Quia paſcere fideles ſpirituali Sacramentorum cibo, munus eſt Paſtoris proprij. Quod præcipuè reſpectu huius Sacramenti, fit manifeſtum ex Clementina, *Religioſi*, la 1. *de Priuilegiis*, deſumpta *ex Concilio Generali Viennenſi*, ſub Clemente Papa Quinto, vbi ſic habetur. *Religioſi, qui Clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis Extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniáve ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali; præſumpſerint, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi.*

3. Ex quibus patet, quemlibet Sacerdotem, mortaliter peccare, Sacramentum Extremæ-Vnctionis ſibi non ſubdito miniſtrantem: quia jus alienum vſurparet, cum notabili illius Domini, Parochi ſcilicet, iniuria; excommunicationem autem dictæ Clementinæ non incurret, qui Religioſus non fuerit, vti benè docent Leſſ. *loco citato*, verſ. *Dico primò*. Et Caſtrus Palaus, *eod. num.*3. *in fine*. Solùm enim loquitur prohibitio Concilij cum Religioſis exemptis, & priuilegiatis.

4. Sed quæres. Peccabit ne mortaliter Sacerdos, & incurret excommunicationem Religioſus, quoties ſine ſpeciali Parochi licentia, alieno Parochiano Extremæ-Vnctionis Sacramentum miniſtrauerit? Reſpondeo quod non. Sed vt reſponſio clarior appareat, vtrique quæſiti parti, ſigillatim ſatisfacere duxi. Quare

Dico primò. In nullo caſu incurret Religioſus excommunicationem Clementinæ niſi cum præſumptione, id eſt ſciens, & audens auſu temerario, Extremam-Vnctionem miniſtrauerit. Ratio eſt, quia lex Clementinæ, ſolum præſumentes ligare intendit, ibi. *Præſumpſerint*: Ergo cum odioſa illa ſit, extrahi non debet ad impropriam verborum ſuorum ſignificationem, nec extendi, ſed arctari, vti latè probamus in Diſquiſitione Canonica, & Regulari, de Iure Prioris annexi, *num.*43. *&* 50. Et ſic ſolum ligabit præſumentes, qui ſolum ſunt vti diximus, & interpretatur Marcus Vidal, titulo de Euchariſtiæ Sacramento *numero* 39. *Scientes, & audentes auſu temerario.* 5.

Ex quo fit excommunicationem illam minimè incurrere Religioſum illum, qui bona fide, aut cum ignorantia prohibitionis Clementinæ, quamuis craſſa illa ſit, alieno Parochiano Euchariſtiam, aut Extremam-Vnctionem miniſtrauerit. Ita docent Vidal, *nu.*39. citato, & Lezana *in Summ. quæſt. Regular. tom.*3. verb. *Euchariſtia quoad Regulares, num.*3. ex Nauar. *in Man. cap.*27. *num.*102. & ex Fagundez, 6.

gundez, *in 3. præcept. Eccleſ. lib. 3. cap. 2. num.* 14. Franc. Pellizar. *in Manual. Regular. tom.* 1. *tract. 6. cap. 2. num.* 9. Diana, *parte 3. tractat. 6. reſolut.* 7. verſ. *Notandum eſt.*

7. Dico ſecundò. In neceſſitate, quando Parochus haberi nequit, quiuis Sacerdos ſiue ſæcularis, ſiue Regularis poteſt licitè, & tenetur infirmo Extremam-Vnctionem miniſtrare. Sic docent Emanuel, Sà, verb. *Extrema-Vnctio*, *num.* 8. Leſſ. *loco citato*, verſ. *Dico ſecundò.* Caſtrus Palaus, *vbi ſuprà*, *num.* 5. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de re Sacra, lib. 3. tit. 5. de Extrema-Vnctione, num.* 8. Ratio eſt, quia in caſu neceſſitatis adeſt tacita licentia Parochi; & ſi hæc deſit ob Parochi malitiam, adeſt tacita licentia Papæ, & Epiſcopi, quorum eſt ſupplere Parochi negligentiam. Non enim præſumendum eſt Eccleſiam & Principes eius, velle ob Parochi iniquitatem, infirmum vllum eo ſalutari præſidio, & fortè illi ad ſalutem neceſſario, priuare. In caſu etiam neceſſitatis, Sacramenti Pœnitentiæ miniſtratio, cuilibet Sacerdoti conceditur, ob hanc vtique cauſam, vt obſeruat Pax Iordan. *vbi ſuprà*, *& tit. 4. de Pœnitentia.*

8. Iuriſdictionem in Miniſtro huius Sacramenti, aut licentiam illam habentis, neceſſariam eſſe diximus; non vtique ad illius valorem; ſed ad licitam adminiſtrationem. Non enim perficitur hoc Extremæ-Vnctionis Sacramentum per modum iudicij, & ſententiæ, ſicut perficitur Sacramentum Pœnitentiæ; & ſic non exigit in illo miniſtrante, ſicut exigit in iſtud perficiente, iuriſdictionem: ſed miniſtratur tam vnctione, quam deprecatione, quæ actiones non expoſtulant eſſentialiter iuriſdictionem, ſed qualitatem Sacerdotij, iuxta illud Iacobi: *in Epiſt. Catholica*, *cap. 5. verſ.* 4. *Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo.* Et Trid. *ſeſſ.* 14. *de Sacramento Extremæ-Vnctionis, Canone* 4. Ad licitam autem adminiſtrationem, expoſtulatur iuriſdictio, aut licentia habentis illam, quia Eccleſia decreuit, iure ordinario, extremè inungere, ad ſolos pertinere Paſtores. Vide Palaum *loc. cit. num.* 2.

Adnotare tandem libuit, admi- 9.
niſtrationem Sacramenti Vnctionis Extremæ, non eſſe ita proprium ius, & munus Parochi, vt excludatur ab Epiſcopo, benè enim poteſt & ipſe per ſe ipſum miniſtrare, cum ſit vniuerſalis parœciarum totius diœceſis ſuæ, Paſtor, & Rector principalis: immò & per alios à ſe delegatos, quia qui iuriſdictionem, & poteſtatem ordinariam, ſeu ratione propriæ dignitatis, officij, aut muneris habet, benè delegare illam valet. Pro hac adnotatione firmanda, faciunt, quæ *ſuprà quæſt. 3. de Eucharistia num. 7.*

num. 7. 8. & 9. diximus. Ibi videantur.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Parochiani in abſentia proprij Parochi, valeant Matrimonium celebrare coram alio, aut benedictionem nuptialem ab vllo alio accipere?

1. CONcluſio eſt negatiua, niſi tamen præcedat Summi Pontificis, vel ſaltem Epiſcopi diœceſani authoritas. Certum enim eſt neminem præter Parochum, vel de eius, aut Papæ, ſiue Epiſcopi licentia poſſe oues ſuas Matrimonio coniungere, aut earum nuptias benedicere. Vnde Sacerdos, qui abſque licentia huiuſmodi alienum ſubditum matrimonio copulauerit, aut benedixerit, peccabit mortaliter, quia inuadet, & vſurpabit alienum ius, cum graui iniuria illius Domini & incurret Papæ reſeruatam excommunicationem, ſi Religioſus ille ſit, in ſententia Ioannis Ægidij Trullench. *in tract. de Parocho, cap.* 8. & ſi clericus ſæcularis, contrahet ſuſpenſionem, & in vtroque caſu Matrimonium erit nullum, iuxta numero 7. dicenda.

2. Excommunicationem tamen non incurrere Religioſum, ſine licentia Matrimonio coniungentem non ſibi ſubditos, aut eos ſolemniter benedicentem, tenendum vt certum eſt. Quia licet Concilium Viennenſe ſub Clemente Papa Quinto, & habetur in *Clementina prima de priuilegiis*, definiat, vt *Religioſi, qui clericis, aut laicis Sacramentum vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ, miniſtrare, Matrimoniave ſolemnizare, non habita ſuper his parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto per ſedem Apoſtolicam dumtaxat abſoluendi*, hæc pœna non incurritur. Quia rationi conſonum eſt, vt quando noua lege, mitior imponitur pœna, quam antiquiori lege impoſita erat, ceſſet antiqua: præſertim quando tempore nouæ legis, delictum minus Reipublicæ periculoſum ſit. Sed ſacrum Concilium Tridentinum *ſeſſio.* 24. *in decreto, de reformatione Matrimonij, cap.* 1. ſtatuit. *Quod ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſiue Regularis, ſiue ſæcularis ſit alterius parochiæ ſponſos, ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere auſus fuerit; ipſo iure tamdiu ſuſpenſus maneat, quamdiu ab ordinario eius Parochi, qui Matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur.* Ergo poſt Tridentini Concilij promulgationem, ceſſauit iam pœna excommunicationis, per Viennenſe impoſita Religioſis alienos coniungentibus aut benedicentibus.

3. Et ita docent Tamburinus de iure Abbat.tom.2 diſp.8. quæſt 3. Antonin. Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 33.& Noctinot,verbo,*Matrimonium* quoad Parochum,& teſtes, *num.* 34. ex Hurtado *de Matrimonio,diſputat.* 15. *difficult.* 17. *numer.* 55. qui etiam ait,ita Sacram Cõgregationem Cardinalium declarauiſſe. Pellizarius, *tom.* 2.*Manua.tract.* 7.*cap.* 1.*ſect.* 1.*num.* 46. ex Suarez *diſputat.* 12. *de cenſuris, ſect.* 4.*num.*13.& ex Gregor. Sayro,*lib.*3.*de cenſuris.cap.*13.*num.*10. Pax Iordanus, *volumine* 1. *de re Sacra,lib.* 3. *tit.* 7. *de Matrimonio, num.* 143. vbi ait quod pœna antiqua, per nouam reuocatur, *ne*, (inquit) *ex eodem delicto duplex pæna incurratur iuxta not.per dec.in cap. de cauſis , de offic. deleg. tradit Henr.lib.* 13.*cap.*38.§. 2.*in commen. lit. E. Suar. de cenſur. diſput.* 12. *ſect.* 4.*num.* 13. *Sayr. eod. tract.lib.* 4.*cap* 15.*num.*2. *Bonac.de Matrim. quæſt.* 2.*punct.* 6.*n.*3. *& alibi.* Hæc Iordanus, & addit: *qua declaratione ſuppoſita* (Cardinalium ſcilicet, quam ex atteſtatione Rebell. & Bonacinæ refert ,) *nulla remanet dubitatio.* Pellizarij verba ſunt,*pænam legis noua diuerſam , etiam lata ſententia , tollere pænam antiquam pro eodem delicto , ſi nondum erat commiſſum.* Quæ vtique, ſpeciali nota,ſunt digna.

4. Quod autem poſt Concilium Tridentinum minus Reipublicæ Chriſtianæ periculoſum ſit delictum, in cuius pœnam ſunt impoſitæ excommunicatio Clementinæ,& ſuſpenſio eiuſdem Tridentini Concilij , ex eo patet , quia Clandeſtina Matrimonia irrita ſunt ipſo iure, poſt conciliare Tridentinum decretum ; ſecus vero poſt Viennenſe. Vide Noctinot. *vbi ſupra*, *num.* 34.*in fine.*

Coniungere itaque , & benedicere parochianos ſuos , ita Parochi ius, & munus proprium eſt, vt liceant illi , abſque Epiſcopi licentia, huiuſmodi coniunctio , & benedictio ; niſi ex legitima cauſa aliter Epiſcopus præſcripſerit , ita declarante Sacra Congregatione Concilij, in vna Turritana , 12. Martij de anno 1633. apud Bonfadin. *in Theſauro Eccleſ. deciſ. reſolut.* 23. *num.*12. relatum à Barboſa *Collect.* 554 *num.* 5. *deciſion. Apoſtolicar.* 5.

Quod ſi quæras , An validum ſit Matrimonium celebratum coram Parocho,vel altero Sacerdote, de eius licentia , contra Epiſcopi præſcriptum ? Reſpondet Antonin. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *de excommunicatione* , *reſolut.* 79. *verſ. ſed ego*, in hunc modum. *Si tamen Parochus ab Epiſcopo , aut ab alio competente Iudice prohibitus ſit aſſiſtere Matrimonio , aut licentiam conferre , ſi id efficiat, quamuis peccet,validè tamen efficiet, quia ſimplici prohibitione non priuatur dicta poteſtate,immo priuari nequit quãdiu manet Parochus(quamuis ſit ad nutum amouibilis) niſi Papa , aut* 6.

Concilio

Concilio Generali, quia ab his accipit poteſtatem ad dicta abſque ſubordinatione ad Epiſcopum, quoad eorum valorem; quando verò Parochus tantum eſt prohibitus Sacramenta adminiſtrare, poteſt validè, & licitè aſſiſtere Matrimonio, & licentiam ad id conferre, quia neutrum eſt Sacramentum adminiſtrare. Hæc ille, ſatis ſubtiliter, & fundatè; ſed quod dicit de amouibili, cum grano ſalis intellige, iuxta ea, quæ dicemus infrà.

7. Quod ſi iterum quæras, an validum ſit Matrimonium coram Parocho celebratum, ſi Sacerdos ille nondum ſit? Reſpondeo ratum eſſe, & validum, ex Leonard. Leſſio, *de Sacramento Matrimonij, cap.* 13. *dubio* 1. *num.* 200. cuius quidem verba, hæc ſunt, & reſolutionis pariter fundamentum. *Nota* (inquit) *primò: Non eſſe neceſſe, vt Parochus ſit Sacerdos; ſufficit vt ſit verè Parochus habens titulum & ius Parochi, & ſi tantum habeat primam tonſuram: quia Concilium generatim loquitur* Hæc ille, qui ex eodem Concilio benè colligit, quod ſi Parochus committat alteri, vt nomine ipſius adſit Matrimonio, ille debet eſſe Sacerdos. Concilij enim verba *in præfato c.* 1. *decreti de reformatione Matrimonij*, huiuſmodi ſunt. *Qui aliter, quam præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus Matrimonium contrahere attentabunt; eos Sancta Synodus ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit; & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat. Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, nec non ipſos contrahentes, grauiter arbitrio Ordinarij punire præcipit.* Pro prima parte reſolutionis ſtat declaratio Congreg. Conc. 12. Martij, 1593. apud Barboſa, *collect.* 465. *deciſ. Apoſtolic. & de Parocho, cap.* 21. *num.* 55. & alia apud eundem, ex Garc. *de beneſ. p.* 5. *c.* 7. *n.* 11. *ad* 5.

Sed dubitari poteſt, quando ſponſi diuerſarum ſunt parœciarum, quis cenſendus ſit proprius Parochus: an ſcilicet ſponſi; an verò ſponſæ Rector? Reſpondeo cum Leſſio, vbi proximè *num.* 201. quemlibet, in præſenti, eſſe proprium; ſiue enim aſſiſtat Parochus ſponſi, ſiue ſponſæ, Matrimonium ratum erit, & validum, *vt declararunt Cardinales*, ait præfatus Doctor. Illam vide hic *n.* 11. 8.

Sed quid, ſi propria parœcia procul vterque ſponſus abeſſet? Reſpondet idem Leſſius quod ſi illi non eſſent breui reuerſuri, poſſent bona fide vti Parocho loci: quia non videtur conſentaneum, vt teneantur diu expectare, aut procul ire. Nec petere debent per 9.

litteras licentiam à proprio Parocho, quia non eſt ipſius concedere licentiam extra ſuum locum, ait ex Nauarro, *libro* 4. *titulo* 1. *conſil.* 47.

10. Dubitatur vlterius, an quando ſponſi diuerſarum ſunt parœciarum, Parochus ſponſi, poſſit in parœcia ſponſæ eorum Matrimonio aſſiſtere ſine licentia Parochi ſponſæ, & econtra? Communis eſt Doctorum ſententia negatiua. Sed an peccet mortaliter, & Matrimonium ſit irritum, ſub contrariis opinionibus eſt. Vtrúmque negant apud Dianam 3. *part. tract.* 4. *de Sacrament. reſolut.* 232. Thom. Sanchez, *de matrimon. lib.* 3. *diſputat.* 19. *num.* 11. & Villalobos, *in Summ. tom.* 1. *tract.* 13. *diffic.* 18. *num.* 2. & pro valore Matrimonij, ſtat Leſſius, *num.* 202. verſ. *Nota Quarto.* Vtrumque tamen affirmant apud eoſdem Dianam, & Leſſium, Nauarr. *lib.* 4. *conſil. tit.* 1. *conſil.* 1. Baſilius Pontius, *lib.* 5. *de Matrimonio*, *cap.* 16. *n.* 4. & Henriquez.

11. Pro ſententia affirmatiua faciunt declarationes Cardinalium, quas refert Diana. Prima ad Epiſcopum Brugnatenſem, talis eſt. *Si quando vir ad domum vxoris accedit pro contrahendo, & conſummando matrimonio, is proprius Parochus ſit, qui vxoris eſt, & illis benedictionem Sacerdotalem dare poterit de iure.* Secunda ad Epiſcopum Leonienſem, talis refertur. *Vt proprius Parochus ſit, qui vxoris Parochus eſt, ſi in domo vxoris contrahitur, vel eius Parochia.* Pro negatiua verò facit alia declaratio, quæ poſterior apparet, ex relatione illius apud Barboſam, *Collectanea* 465. *deciſ. Apoſtolicarum*, *numero* 17. in hunc modum, videlicet. *Matrimonium contractum in Parochia habitationis vxoris coram Parocho viri, & è conuerſo, validum eſt. Sacra Congregat. Concilij recedens à priori contraria deciſioſione penes metipſum de offic. & poteſt. Parochi*, *cap.* 21. *num.* 45.

Rurſus dubitatur, an ſit neceſſarium ad hoc vt Matrimonium ratum ſit, & legitimum, vt Parochi, & teſtes ſponte illi adſint, & ob hunc finem? Reſpondeo cum Leſſio, *num.* 101. verſ. *Nota tertiò*, non eſſe neceſſarium, ſed ſufficere eſſe præſentes, & aduertere quid fiat. Et ita (ait) habet declaratio Cardinalium. 12.

Vltimò inquiritur. An Abbates, & Sacerdotes Regulares, poſſint licitè, & validè Matrimoniis contrahendis intereſſe, in Eccleſiis ſuis Monaſteriis annexis? Hanc difficultatem proponit, & reſoluit noſter Abbas Tamburinus, *in tomo* 2. *de Iure Abbatum, diſputat.* 8. *quæſit.* 1. *num.* 3. ſub his verbis. *Dico ſecundò, in Eccleſiis, quibus eſt annexa cura animarum, etiam quod Abbati pleno iure quo ad ſeculares non ſint ſubiecta, poteſt tamen idem Abbas Matrimoniis Parochianorum* 13.

rochianorum contrahendis interuenire : tunc enim ſe habet tanquam Parochus ad quem ſpectat Parochianorum ſuorum Matrimoniis intereſſe, vel alium Sacerdotem ad id delegare. Concil. Trident *loco cit.* (id eſt *ſeſſ.*24. *de reformatione*, *capite* 1.) Ita ille, & ego, ex eodem Concilij fundamento, & quia Parochus verus eſt huiuſmodi Eccleſiarum, vti pluries deciſum, & ſententiatum fuiſſe, & executoriatum à Sacra Rota, infra videbimus *parte* 4. *quæſt.*9. *n.*9. 10.11. 12. *&* 13. pariter ac in *deciſ.*13. 14.15.16.17. 18. 19. *&* 20.

QVÆSTIO VII.

Vtrum ius Parochi ſit Parochianorum cadauera Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ?

1. CONcluſio eſt affirmatiua. Illam tenent Sylueſter verbo, *Parochia*, Trullench *tract. de Parocho, cap.*9. *dub.*1. *&* 4. *n.*2. *&* 10. Azor 2. *part. Inſtit. Moral. lib.*3. *cap.*12. *quæſt.*5.

2. Probatur concluſio ex Canone, *Eccleſias ſingulas, el.* 1. 13. *quæſt.*1. in quo ſic Dionyſius Papa Seuero Epiſcopo, *Epiſt.* 2. reſcribens ait. *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus : Parochias, & cœmeteria eis diuiſimus : & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus : ita videlicet vt nullus alterius Parochiæ terminos, aut ius inuadat : ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus.* In quibus euidenter definit concluſionem noſtram ſiquidem cœmeteria, deſtinata vtique ad ſepulturas, ita inter Parochos diuiſit, vt vnuſquiſque proprium ius habeat in ſibi deſtinato, & nullus cœmeterium alienum inuadat, neque de terminis proprij exeat

Colligitur etiam *ex c. Nos inſtituta*, el 1. *de Sepulturis*, vbi Leo Papa Tertius, ſic decernit. *Statuimus, vnumquemque in maiorum ſuorum ſepulchris iacere.* Et licet poſtea optionem cuique concedat eligendi ſepulturam, etiam in alieno territorio; ſtatuit tamen, vt tertia pars eorum, quæ Eccleſiæ in qua ſepeliri voluit reliquit, Eccleſiæ reddatur propriæ, ob ius, quod in eum acquiſiuit ob Sacramentorum adminiſtrationem; non tamen concedit, vt in cœmeterio vnius, alienus Parochus aliquod cadauer ſepulturæ tradat. 3.

Ius igitur Parochi eſt mortuorum corpora in parochia ſua ſepelire: quod verum eſt, etiam ſi adſint Canonici Cathedralis Eccleſiæ in ſua Parochia, Sacra Congregatione Rituum ita declarante *in Viterbien.* 25. Iunij de Anno 1611. & *in Praneſtina Cauarum*, 18. Auguſti 1618. & in *Oſtien. Ceren.* 28. Aprilis 1607. quas refert Auguſt. Barboſa, *collectan.* 558. *Apoſtolicar. deciſionum*, ex Sellio in *ſelectis* 4.

canon.

canon.cap. 69. num. 45. apud quos plura de hoc iure Parochi videas, ex præfata Sacra congregatione.

5. Et addit Trullench,*num.* 10. recipientes aliquem ad ſepulturam in caſu non conceſſo, non ſolum peccare mortaliter, cum ius alienum inuadant, ſed teneri reſtituere corpus ſi petatur, & quidquid ratione corporis acceperint. Sed hæc omnia attento iure communi procedunt,& ſecluſo omni priuilegio,& conſuetudine in contrarium communiter recepta: & reſpectu illorum, qui extra ſuam Parochiã, ſepulturam non elegerint,potentes illam eligere. Quocirca Carolus Malletus *tom.* 1. *de Sacramentis, Malleatione* 44. *Bractea* 33. aliqua refert priuilegia, ex quibus docet,Famulos Religioſorum poſſe in eorum Monaſteriis ſepeliri, etiam non electa ſepultura, & Parocho recuſante.

6. Hic adnotare duxi,quod Parochi corpora defunctorum in Eccleſiis Religioſorum humandorum, vſque ad Eccleſias præfatas aſſociare poſſe, & ibi permanere, non tamen cum ſtola, neque decantare,aut aliam functionem facere ibi poſſe.Ita docet Tamburinus,*de iure Abbatum,tom.* 1.*diſput.*15.*quæſt.* 17.*num.*21. *&* 22. ex declaratione S. Congregationis negotiis Epiſcoporum,& Regularium præpoſitæ in vna *Nicoteran.* 5. Iunij 1615. quam penes me authenticam habeo, inſertam quidem in litteris Apoſtolicis de mandato Vrbani Octaui,à Iulio Saccheti eius,& Sedis Apoſtolicæ legati à latere emanatis in dictæ, & aliarum declarationum, in fauorem Regularium, executionem 15. Octobris de anno 1625.

In litteris autem præfati Apoſtolici executoris, hæc habentur. 7.
Y mandamos à los Regulares,que con Cruz alta, y en Proceſion no puedan entrar en las Parochias para lleuar à enterrar a los difuntos,ſino es preſente el Parocho,y eſperndo; excepto ſi el dicho Parocho diere licencia para ello,o ſi eſperado, y requerido no quiſieſſe venir. Y que los Parochos, y Clero ſecular en los entierros, y acompañamientos de los difunctos, que ſe enterraren en las Ygleſias de Regulares, los lleuen haſta las puertas de las Yglesias de los Regulares, y en entrando en ellas, dexenalli los cuerpos de los difuntos. Y prohibimos eſtrechamente a los Parochos, y Clero entrometerſe en el funeral, cantar, ni rezar ſobre los cuerpos oficio de difunctos, Pſalmos, Reſponſos, ni otras acciones, ni preces, porque todo eſto pertinere priuatiua mente a los Regulares ſolos, en cuyas Ygleſias ſe enterraren los difunctos. Y mandamos que los Parochos, y Clero quando tranſportan, y lleuan a enterar los cuerpos de los difuntos a las Ygleſias de Regulares, vayan via recta a ellas ſin paſſar primero por la Parochia para pedire el vltimo vale. Y ſi requeridos,

dos, y eſperados de los Regulares el clero, y Parochos pretendieren toda via quebrantar el decreto, ono quiſieren venir en tal caſo los Regulares puedan etiam inuitis Parochis, y contra ſu voluntad, traſportar, y lleuar los cuerpos à ſus Ygleſias, y que en en el funeral, entierro, y oficio de los difuntos, ſola la Cruz de aquella Ygleſia donde el difunto ſe enterrare, ſe ha de enarbolar, lleuar, y poner. Y aſſi quando el difunto ſe enterrare en Ygleſia de Regulares. ſola ſu Cruz aya de aſſiſtir en el entierro, y oficio Y en caſo que acontezca hazerſe los entierros en Y*gleſias de Monjas ſugetas à Regulares; ſea con expreſſa licencia del ſuperior, y Confeſor del dicho Monaſterio, que ha de eſtar preſente al entierro, y oficio, y no de otra manera.* Y *que los herederos de los difuntos puedan hazer dezir libremente uno, o muchos oficios, Miſſas, y todo lo demas perteneciente al funeral en las Ygleſias de Regulares, ſinque ſean obligados a hazer dezir otro tanto en las Ygleſias Parochiales. Y con la miſma libertad puedan llamar los Regulares que quiſieren para el entierro, ſin que ſean obligados a combidar otros tantos Clerigos. Y que los Parocos, y Clero no puedan pedir a los Regulares mas porcion, ni otra coſa alguna, ni de coſtumbre fuera de la quarta funeral, conforme al Santo Concilio. Y que eſta Quarta funeral, o Porcion Canonica, donde de quarenta años expreſſados en el Concilio no hubo coſtumbre de pagarla los Regulares, no la paguen, ni tengan obligacion a ello, ni los Parocos, y Clero puedan pedirla.* Quæ quidem omnia, in declarationibus in eiſdem litteris inſertis continentur. Et concludit præfatus Iudex Apoſtolicus executor, obſeruantiam omnium prædictorum præcipiendo ſub pœnis, & cenſuris ſibi, & ſedi Apoſtolicæ reſeruatis.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum decimarum, oblationum, & Canonicæ portionis perceptio, inter iura Parochi veniat numeranda?

1. Conclusio eſt, ius eſſe Parochi, omnia in titulo quæſtionis recenſita, percipere. Sed de ſingulis ſeorſim pauca ſaltem dicamus.

2. Decimas igitur ad Parochum pertinere docent Syluester verbo, *Decima* §. 8. & verbo, *Parochia*, Gabriel Vazquez, *tract. de Beneficiis, cap.* 1. *dub.* 1. Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 10. *punct.* 10. Gauantus *in Praxi Epiſcopali*, verbo *Decima, num.* 31. Moneta *de Decimis, cap.* 8. *quæſt.* 6. *concluſ.* 2. Ioan. Ægidius Trullench, *in Decalog. lib.* 3. *cap.* 3. & nouiſſimè Carolus Malletus, *tomo* 1. *de Sacramentis, Malleatione* 44. *Bractea* 43. vbi ait

decimam conſideratam pro iure percipiendi fructus decimarum, poſt diuiſionem Parochiarum adeo ſolis Parochis competere vt nullus alius illam habere poſſit. Quia ſolum competit his, qui ad populi ſoluentis ſalutem, ſpiritualia, ex obligatione officij, miniſtrant, & ſoli Parochi hoc efficiunt miniſterium. Ita ille.

2. Quocirca Rota in *Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 14. Decembris de anno 1598. coram Eminentiſſimo Cardinali Seraphino Oliuario, quam infra habes, la 13. in ordine, ita fatur. *Vnde ſequitur curam animarum ad eum ſpectare, qui percipit ea omnia emolumenta, quæ curam gerenti, de iure competunt, vt penes eum ſit onus, penes quem eſt & commodum.* ſic *num.* 1. *in fine.*

3. Probatur etiam concluſio quoad priorem eius partem, de decimis, ex deciſione Rotæ 2. Decembris 1605. coram Litta, in *Vlisbon. Iuris conferendi*, infra la 7. ſic *n.* 2. decidentis. *Denotatur manifeſtè Dominium eſſe penes eum, qui decimas percipit, ita vt Eccleſia dicatur de menſa illius, & curam reſidere penes Abbatem.*

4. Quoad oblationes autem, concluſionem etiam noſtram tenent idem Syluester verbo, *Decima*, §. 1. & 2. Zerola, verbo, *Parochia*, verſu, *Ad quintum*, Malletus, *tom.* 1. *de Sacramentis, Malleatione* 44. *Bractea* 38. ex Hoſtienſi, *in ſumma, tit. de Parochis, num.* 3. & ex Ioanne Andrea *in cap Cum quis, num.* 3 *de Prælendis, in* 6. (qui bene, vtique Malletus, limitat ad oblationes, quæ in vſus miniſtrorum reponuntur.) Franciſc. Pellizarius, *tomo* 1. *Manual. Regular. part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 138. Trullench. *in decalog. lib.* 3. *c.* 3. *dub.* 13. & *tract. de Parocho, c.* 12.

De oblationibus quidem occaſione benedictionis ſponſorum, ita ait Barboſa *Collectan.* 553. *Deciſionum Apoſtolicarum, num.* 3. videlicet. *Parochus, & non alius, debet percipere eleemoſynam occaſione benedictionis ſponſorum. Sacra Congregatio in Acherontin.* 25. *Ianuarij*, 1602. *de qua atteſtatur Sellius, dicto cap.* 59. *num.* 25. (ſcilicet in ſelectis Canon.) Ita ille. Et de oblationibus in vniuerſum, ſic idem fatur. *Collectan.* 530. *de oblationibus, num.* 2. *Oblationes factæ in Eccleſia Cathedrali ſpectant non ad Epiſcopum ſed ad Archipresbyterum, qui curam animarum ibi exercet. Sacra Congregatio Concilij in Cauen. teſte Rota in Lunen. Sarzanen. Oblationum* 8. *Februarij* 1627. *coram R. P. D. Merlino, cuius memini de officio, & poteſtate Parochi cap.* 24. *num.* 29. 5

Ioannes Ægidius Trullench, in *tract. de Parocho, cap.* 12. Valentinam Synodalem Conſtitutionem de anno 1631. de hac materia factam, ſub his verbis affert. Videlicet. 6

Cùm

Cùm ex communi iure proprium ſit Parochorum oblationes à populo recipere, ideò ſtatuimus, & ordinamus, ne vllus abſque Parochi facultate illas recipiat, & etiam vt omnes, quæ iure offeruntur tam in Parochiali Eccleſia, quam in quauis alia, vel pio loco intra talis Parochiæ fines ad dictum Parochum pertineant. Per quod non intendimus Concordiis factis inter Parochos, & Eccleſias, vel alia loca pia, quæ intra Parochiarum eorum ambitum exiſtunt, in aliquo derogare. Hucvſque Conſtitutio illa, cui, quoad ea, quæ in principio ait, nempè communi iure proprium eſſe Parochorum oblationes à populo recipere, fauere videntur Canon, *Quia Sacerdotes*, el 13. & Canon, *Sanctorum Patrum*, el 14. 10. *q.*1. & Can. *Nulli liceat*, el 3. 12. *q.*2. aduerſari verò declarationem Sacræ Congregationis Concilij, quoad id, quod addit de his, quæ offeruntur in quauis Eccleſia, aut pio loco intra Parochiæ fines exiſtenti. De qua vtique declaratione, ſic Barboſa, *in præcitata collectanea* 30. *de oblatione num.*3. vt ſequitur.

7. *Oblationes, & eleemoſynæ inter Miſſarum ſolemnia poſſunt recipi à Regularibus, qui poſſunt ſe vertere ad populum, & generalem confeſſionem pro eo facere ſiſtendo in medio Altaris, non autem illo diſcedendo, & Eccleſiam circumeundo. Sacra Congregatio in nullius Prouinciæ Rauennaten.* 15. *Septembris* 1629. *referentibus Aldan. in compendio Canon. reſol. lib.*1. *tit.*13. *numero* 3. Ioann. Maria Nouarr. *in Lucerna Regular.* verb. *Oblationes.* Hæc ibi.

Immò in literis Apoſtolicis, de 8.
quibus ſuprà *quæſt.*7. *num.*6. & *ſeqq.* authenticis apud me habitis, hæc Sacræ Congregationis Concilij declaratio inſerta adeſt. *Eleemoſynæ in Eccleſiis Regularium, & in concionibus ad Monaſteriorum, Eccleſiarúmque ſuarum commodum collectæ, diſpoſitioni ipſorum liberæ remaneant.*

Quoad Canonicam portionem, 9.
quæ ideò ſic dicitur quia à Sacris Canonibus inſtituta, patet concluſio, *ex cap. Nos inſtituta*, el 1. *de Sepulturis*, in quo Leo Tertius ſtatuit, quod ſi quis elegerit in alia, quam ſua Parochiali Eccleſia ſepeliri, tertiam partem eorum, quæ Eccleſiæ illi in qua ſepulturam elegerit, reliquit, debeat ſuæ dare Parochiali. Sic enim ait. *Nulli tamen negamus propriam eligere ſepulturam, & etiam alienam. Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem ſui iudicij, illi Eccleſiæ dari cenſemus, in qua cæleſti pabulo refici conſueuit.*

Patet etiam *ex Clem. Dudum*, 10.
§. Verum, la 2. *de Sepultur.* quæ tertiam Canonicam portionem, ad quartam coarctat, & limitat. Sic enim Sacrum Concilium Vienneſe ſub Clemente Papa Quinto

to definit. *Verum ne Parochiales Eccleſiæ, & ipſarum Curati, ſiue Rectores, qui miniſtrare habent Eccleſiaſtica Sacramenta, quibus noſcitur de iure competere, prædicare, ſeu proponere verbum Dei, & Confeſſiones audire fidelium debitis, & neceſſariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur: auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus eadem, vt dictorum ordinum Fratres de obuentionibus omnibus tam funeralibus, quam quibuſcumque & quomodocumque relictis diſtinctè, vel indiſtinctè, ad quoſcumque certos, vel determinatos vſus, de quibus etiam quarta, ſiue canonica portio dari, ſiue exigi non conſueuit, vel non debet de iure, vel non de datis, vel qualitercumque donatis in morte, ſeu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua deceſſerit, quomodocumque directè, vel indirectè Fratribus ipſis, vel aliis pro eiſdem quartam partem (quam auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) Parochialibus Sacerdotibus, & Eccleſiarum Rectoribus, ſeu curatis largiri integrè teneantur.*

11. Patet vlterius concluſio, quoad hanc quartam portionem Canonicam ex declarationibus Sacræ Congregationis, de mandato Vrbani Octaui executioni traditas per legatum eius à latere quas quæſt. 7. num. 7. exſcripſimus.

12. Quod ſi quæras, quid ſub Funeralibus intelligatur? Reſpondeo cum gloſſa in dicta Clement. *Dudum*, verbo, *Funeralibus*, & cum Rota in *vna Elnen.* Iunium Parochialium, 6. Iunij 1631. coram illuſtriſſ. Queipo Pampilonenſi, & poſt, Iaenſi Epiſcopo, ve. ſ. *Funeralia, &* Petr. de Vbald. *de Canonica Epiſcopo, & Parocho debita, part. 2. cap. 4. num.* 10. *&* 16. ſub funeralibus, ea ſolum venire, quæ cum funere deferuntur, *& conſiſtunt dumtaxat in cera, & aliis oblationibus quæ deferuntur tempore, quo defunctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, & legatis, aut aliis oblationibus eorum, qui apud dictos Fratres ſepeliuntur, declarauit Sanct. mem. Pius Quintus* 17. *Calendas Iulij, Anno Domini* 1576. *vt referunt Gut. de Iurament. confir. 2. part. cap. 5. num. 3. Roderic. tit. 1. qq. Regul. q. 19. art.* 2. Ita Rota citat. Deciſ. Domini Queipo, quam inuenies apud Dianam, *part. 7. pag. mihi* 319. Quæ vlterius pro exacta intelligentia Quartæ Canonicæ portionis, Parocho debitæ, ſic fatur.

Vnde cum iure communi oblationis factæ, aut relictæ in Monaſterio non deberetur niſi quarta Eccleſiæ Parochiali, & hoc vſu, & conſuetudine ad quartam funeralium fuerit reſtricta & ex conſtitutione Sanctæ Memoriæ Pij Quinti declarantis Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reformat. cap. 13. fuerit conſtitutum vt à Fratribus non deberetur niſi quarta eorum funeralium, quæ 13.

tempore

tempore ſepulturæ fuerint oblata, idque Sixtus Quartus ad Fratrum fauorem iam conſtituerat, vt refert Sylueſter in Summa verb. Canonica, in fine, prætenſio dicti Parochi, (cogentis ſcilicet hæredes, & teſtamentarios defuncti,ſepulti in Monaſterio Cocolibri Elnen. Diœceſis ad celebrandum in Parochiali Nouennarium, & Caput anni, poſtquam in dicto Monaſterio PP. Dominicanorum celebratum extiterat,) *omni iure deſtituta videtur.*

14. Ex quibus, iunctis, quæ Sacra Congregatio declarauit, & Vrbanus Papa Octauus ſuprà *quæſt.7. num.7.* obſeruari præcepit, habemus Clementinam Dudum quoad Canonicam portionem Parocho debitam, reſtrictam & limitatam hoc tempore exiſtere, ad ſolam quartam partem oblationum, quæ cum cadauere ad Eccleſiam in qua ſepeliendum eſt, deferuntur. Caput etiam, *Nos inſtitutū*, 1. *de Sepulturis*, relatum ſuprà *numero 9.* pariter limitatum ad eandem portionem eſſe,ex eiſdem demonſtratur.

QVÆSTIO IX.

Vtrùm ad Parochialia iura pertineat,quod vnicus ſit pro qualibet Parochiali Eccleſia Parochus?

1. Concluſio affirmat, ita proprium eſſe Parochi, vnicum eſſe ſuæ Eccleſiæ Rectorem, vt ſi duo, aut plures eidem Eccleſiæ inter ſe non ſubordinati præficiantur, nullus eorum Parochus ſit, nec eorum Eccleſia Parochialis dici poſſit. Iſtam tenent Petr.Rebuff. *in praxi beneſic.part.2. titulo, de non promotis intra annum, numero 63. 65. & 69. fol. mihi 453.* Ioſeph Maſchard.*de probationibus, volum.1 concluſ.468.num.5.6.& 7. & concluſ.469 num.4.* ex Oldra. *conſil.66.* Thom. Zerola, *in praxi Epiſcop.*verb.*Parochia, Ad primum,* & verbo,*Parochus,Tertiò.* Barboſa, *de poteſt. Epiſc. part.3. allegat.57. num.159.*Pax Iordan.*volum.2.de re beneficiaria, lib.10. tit.8.numero 5. & 260.* Moneta *de commutat. vlt. voluntat. cap.10. num.26.* Ioannes Ægidius Trullench, *tract.de Parocho, cap.14.*

Colligitur concluſio noſtra ex *cap.Maioribus*, iuncta Gloſſa, *c.* 8. *de Præbendis*, ex Canone, *In Apibus*, 7. *quæſt.*1. ex D.Hieronymo, *Epiſtola* 4. Ad Ruſticum Monachum deſumpto, vbi ſic ait. *Singuli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur.* Id eſt ſuis ſingulis in vnoquoque gradu Rectoribus. 2.

Eſtque expreſsè definita in Canone, *ſicut in vnaquaque*, c. 4. 21. *quæſt.*2. ex Rhemenſi Concilio deſumpto, & ſic ſe habet. *Sicut in vnaquaque Eccleſia vnus Presbyter* 3.

debet eſſe: ita ipſa, quæ ſponſa, vel vxor eius dicitur, non poteſt diuidi inter plures Presbyteros: ſed vnum tantummodo habebit Sacerdotem, qui eam caſtè, & ſincerè regat. Vnde interdicimus, vt nullus præſumat Eccleſiam inter duos, vel plures diuidere: quia Eccleſia Chriſti vxor, & ſponſa debet eſſe, non ſcortum. Hucuſque Canon. Et can. *Eccleſias*, 13. *qu.*1. idem definit. Vide ſuprà, *q.*7. *num.*2.

4\. Firmat etiam concluſionem noſtram Sacra Rota in vna *Recanat. Parochialis*, 20. Maij, de ann. 1577. coram Cantutio, quam habet Viuianus, *in praxi iuriſpatron. lib.*2. *cap.*7. *num.*22. cuius hæc ſunt verba, *ex num.*4 deſumpta. *Quartum, & vltimum requiſitum eſt, vt Parochialem habens dicatur Curatus, quod tanquam Rector ſuo nomine ſingulariter, & non cum aliis ad regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumatur, ita vt ſi illi duo, vel plures præficiantur, qui confeſſiones audiant, baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant, non tamen dicuntur Curati, quia quemadmodum vna ſponſa non poteſt duos, vel plures ſponſos habere, cap.*1. *de ſponſa duorum, ſic nec Eccleſia duos, vel plures Curatos, cap. Cùm non ignores, de Præbend. & in vna Eccleſia vnus debet eſſe Sacerdos, ſponſus, & Rector qui curam habeat, cap. In Apibus*, 7. *quæſt.*1. *& melius, cap. Sicut in vna*, 21. *quæſt.*2. ibi, *Sed vnum tantummodo habeat Sacerdotem; qui eam caſtè, & ſincerè regat*, vt latè per Oldrad. *conſil.*67. *Staphil. d. fol.*128. *num.*10. *verſ. requiritur, & num. ſeq. Sarnen. d. fol.*126. *in lit. D. Felin. in cap. In noſtro, in eo corol. propè fin. verſ. Scias etiam de reſcriptis*, latè Rebuff. *in d. tit. de non promouend. intra annexum, nu.*36. *cum aliis ſeqq.* Hæc omnia Sacra ait Rota. Firmat denique concluſionem Conc. Trid. *ſeſſ.*23. *cap.*4. quod refertur infrà *quæſt.*11 *num.*4.

Ea tamen intelligenda ſunt de Rectore, ſeu Parocho proprietario, non autem de eius locum tenentibus, & de Vicariis. Iſti enim plures in vna Parochiali Eccleſia conſtitui benè poſſunt. Quia non inconuenit, quod vnus ſit ex proprio munere, & officio Rector, & quod duos, aut plures aſſumat Presbyteros in partem ſolicitudinis ſuæ, ad proprium ſubleuandum onus, ſi per ſe ipſum Eccleſiæ deſeruiat: aut quod totum exercitium illis committat ſi deſeruire non poteſt, aut non tenetur, eo quod Eccleſiæ, cui Parochialis illa vnita, & ſubiecta eſt, per ſe metipſum deſeruiat. Et ſic in pluribus Eccleſiis obſeruari, nemini dubium ſit. In Eccleſia Sanctæ Crucis Naierenſis, cuius proprius Parochus eſt Dominus Abbas Regalis Cœnobij Sanctæ Mariæ, & Præſul ſimul Naierenſis, iuriſdictione Ordinaria, & quaſi Epiſcopali in illa ciuitate præditus, duos Vicarios, vulgò 5.

Tenientes,

Tenientes de Cura, deputare conſueuit, & me ita abhinc annis quadraginta & quatuor vidiſſe teſtificor. Domnus etiam Abbas Sancti Martini Matritenſis, qui & Parochus magnæ illius parœciæ eſt, non duos, ſed plures, tam ex Monachis ſuis, quam ex Clericis ſæcularibus pro illius ſeruitio ita deſtinare vident Matriti degentes, vt quoties ipſi placet Domno Abbati, per ſe ipſum Parochi munus exerceat Et cum omne hoc fiat quietè, & pacificè, ſcientibus, & conſentientibus Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Toletano, loci Ordinario, & Illuſtriſſimo Nuncio Apoſtolico, Legato à latere, & Miniſtris tribunalium eorundem, ſimul ac Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis Supremorum Conſiliorum, & coram infinitis penè, in omni ſcientia Doctiſſimis, & ſpectatæ vitæ, & ſanctitatis Viris, nemini fas eſt dubitare, de eo quod validè, & licitè fiat.

QVÆSTIO X.

Vtrum curam nomine proprio exercere, & non alieno, ad iura Parochi pertineat?

1. CONcluſio eſt affirmatiua, ita vt verus Parochus nō ſit, qui nomine alieno curam habeat, & exerceat. Ita Rebuffus *in Praxi Beneficiorum*, *part*. 2. *tit. de non promotis intra annum num* 36. *fol. mihi* 448. & *tit. de diſpenſatione ratione ætatis*, *num*. 14. verbo, *Vel agrum*, ex Staphil. *in tract. de litteris gratiæ*, *tit. de qualitat. & ſtatu benefic.* Verſ. *Patet igitur*. Auguſt. Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi*, *part*. 3. *allegat*. 57. *num*. 159. ex Mill. *in Repertorio*, verbo, *Eccleſia Parochialis, quæ dicatur*, Gonzalez, *in Regul. Cancellar. gloſſa* 6. *num*. 40. & ex Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap*. 10. *num*. 26. Viuianus *in Praxi Iuriſpatronatus*, *part*. 1. *lib*. 2. *cap*. 7. *num*. 21. & 22. Maſcard. *de Probationibus volum*. 1. *concluſ*. 469. *num*. 3, ex Abbate, *in cap. extirpandæ*, §. *Qui vero*, *verſic. Penes quem*, *num*. 15. *de Præbendis*. Petr. Anchar. & Imola, *in Clement. vnica de Officio Vicarij*, ex Staphil. *loco cit*. verſ. *Requiritur*, & ex Ludouico Gomez *in Commentar. ad regulam de Idiomate*, *quæſt*. 11. *num*. 6. verſ. *Requiritur*. Ex quibus etiam docet curam animarum propriam eſſe penes Prælatum, non penes Vicarium, etiam ſi perpetuus iſte ſit, quia hæc cura penes eum reſidet, qui nomine proprio, & non alieno illam exercet.

Noſtram concluſionem tenent 2.
& Pax Iordanus *volum*. 2. *de re Beneficiaria lib*. 10. *tit*. 8. *de collatione Parochialium*, *num*. 5. verſ. *Tertium* & Eligius Baſſæus *in Summa*, verbo, *Vicarius*, *num*. 5. vbi ait, quod cura in habitu, & quo ad exerci

exercitium reſidet penes principalem, ſi percipiat ipſe fructus debitos ratione curæ; apud Vicarium vero perpetuum eſt exercitium, ſi fructus percipiat,& in habitu apud principalem. *Et num.* 8. ait Vicarium temporalem non habere iuriſdictionem ordinariam, id eſt iure ſuo: iuxta quod intellige Layman, *in quæſtionibus Canonicis de Prælatis Eccleſiaſticis, cap.* 16. *quæſt.* 208. dicentem: *Multum refert, Vtrum in Eccleſia parochiali Monaſterio vnita Vicarius perpetuus, an vero temporalis, ſæcularis, aut Regularis inſtitutus ſit. Nam iſte ſubiacet etiam iuriſdictioni, ac viſitationi Abbatis Monaſterij tamquam principali Rectori ſuo, à quo etiam amoueri poteſt. Sed perpetuus, & intitulatus Vicarius parum à Prælato, ipſoque Monaſterio in ſpiritualibus dependet. Nam talis Vicarius ius, ac titulum Parochialis Beneficij ab Epiſcopo conſecutus eſt: Cum autem ius, ſeu titulus Beneficij indiuiſibilis ſit) neque enim vnius Parochiæ duo Parochi, vnius Monaſterij duo Abbates, vnius Epiſcopatus, duo Epiſcopi eſſe poſſunt ideo dicendum eſt in hoc caſu curam Parochiæ ad duos pertinere diuerſimodè, ad Vicarium quidem in actu; ad Rectorem, qui eſt Abbas Monaſterij, in habitu.* Ita Layman.

3. Hoc enim intelligi debet, quando Eccleſia non eſt ad menſam vnita Monaſterij, ac per conſequens illius fructus, non Monaſterium, ſed Vicarius perpetuus percipit, qui verè, & vnicè Parochus eſt quoad exercitium, intitulatus ab Epiſcopo, & parum in ſpiritualibus à Monaſterio dependens, vti diximus *part.* 2. *quæſt.* 2. *de diuiſione vnionis, num.* 10. & alibi paſſim. Quando vero vnio eſt ad menſam, non Vicarius percipit fructus, nec verè eſt Parochus, nec ius, & titulum beneficij conſequitur ab Epiſcopo, cum omnia recenſita penes Monaſterium ſint, iuxta dicta in *eadem quæſtione de diuiſione vnionis, num.* 9. 11. 12. 13. 15. & alibi ſæpè; ſed ſolum ab Epiſcopo conſequitur commiſſionem, quia non poteſt illam perpetuam conferre, ſed ad nutum Monaſterij, vti in citato *num.* 13. oſtenſum fuit.

Illud autem, quod dictis n. 2. immediatè addit Paulus Layman, ſcilicet. *Et hæc habitualis poteſtas in actum exire poteſt, ſi Parochia per mortem, aut reſignationem vacet: interim enim Rector principalis, qui in caſu noſtro eſt Abbas, adminiſtrare poterit.* Hoc inquam, quomodò verum ſit, non capio, ſi velit Layman Abbatem, in hoc tantum duplici caſu habere curam in actu: A quo enim tunc illam accipit? A nullo namque iure pro tunc, habenti ſolam habitualem, concedi inuenio. Ergo ſi poteſt Abbas exercere curam per mortem, & reſignationem Vicarij, poterit & iſto ſtante: Quod inconueniens non eſt, nec ex eo erit titulus beneficij diuiſus, 4.

diuiſus, cum iſte ſit ſemper penes Monaſterium, cuius nomine, & non proprio Vicarius curam exerceat. Vnde duo Parochi dici non poterunt.

5. Tandem, pro interpretatione à me facta, debere ſcilicet intelligi iſtum Doctorem loqui de Vicario Eccleſiæ, quæ ad menſam Monaſterij non ſit vnita, facit diſtinctio ab ipſomet tradita, *quæſt.206. præcedenti.* Ibi enim ait. *Parochia duobus modis Monaſterio incorporata eſſe poſſunt: vel quoad temporalia tantum, vel quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul, & ſic pleno iure.* Gloſſa *in cap.3.* verb. *Pleno iure, de priuilegiis.* Iſte ſecundus modus incorporationis, ſeu vnionis idem eſt quod vnio ad menſam, teſte Gloſſa *in Clement. Frequens*, verbo; *Ad menſam, de exceſſib. Prælator.* Garcia, *de beneficiis, part.11. cap.2. num.3. & 4.* Flores de Mena, *variar. quæſt. lib.1. quæſt.10. numero* 18. & alij dicentes Vnionem ad menſam, conuerti cum vnione quoad ſpiritualia, & temporalia, & pleno iure. Layman igitur cum negat dependentiam Vicarij perpetui in ſpiritualibus, non poteſt loqui de iſta vnione ratione cuius ſubiicit temporalem Abbati.

6. Concluſionem noſtram etiam tenuit Sacra Rota, *in Recanaten. Parochiali, 20. Maij, de ann.1577.* coram Cantutio, à nobis in calce operis, la primera exſcripta, fideliter quidem, & integrè, prout illam à Viuiano accepi. Sic enim illa *numero* 3. ait. *Tertium requiſitum eſt, vt obtinens Eccleſiam Parochialem ad hoc vt dicatur Curatus exerceat curam nomine ſuo, & non alieno, vt in cap. Extirpanda, §. Qui verò, &* ibi Doctores, *de præbend. Archid. in Clem.1. num.4. verſic. In non annexis, de offic. Vicarij. Mil. in Repert. in verbo, Eccleſia Parochialis, quæ dicatur. Staphil. d. fol.128. n.9. Sarnen. d. fol.126. in lit. C. verſ. Requiritur etiam.* Rebuff. *in ſua praxi benef. tit. de non promot. in ann. num.36.*

Deinde probatur concluſio ex Canone, *Eccleſias, el 1. 13. qu.1.* in quo Dionyſius Papa in hæc verba prorumpit. *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus: Parochias, & cœmeteria eis diuiſimus: & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus.* Ex quibus euidens fit, nullum dari Presbyterum Parochum, cui proprium non ſit ius Parochi, ſed alienum. 7.

Vltimò probatur ex Tridentino *ſeſſ.24. cap.13.* ibi, *proprium populum*: & : *propriáſque Parochias.* Cuius adamuſſim verba, *quæſt. ſeq. num.4.* refero. 8.

QVÆSTIO XI.

Vtrum limitatio territorij ſit de iuribus Parochi?

CONcluſio eſt, non dari Parochum verum, & proprium, 1.

R nisi

niſi Eccleſia, cui præeſt, limitatum, & certum habeat territorium, certis limitibus deſignatum.

Ita docent Petrus Rebuffus, *titulo, de non promotis intra annum, num.* 36. ex Staphil. Zerola, *in Praxi Epiſcop.* verbo, *Parochia*, verſ. *Ad quartum*, Pax Iordanus, *volumine* 2. *de Re Beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 8. *de collatione Parochialium, num.* 5.

2. Eſtque expreſſa in cap. Eccleſias, el 1.13. *quaſt.* 1. ibi. *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus: Parochias, & cœmeteria eis diuiſimus: & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita videlicet vt nullus alterius Parochi terminos, aut ius inuadat: ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus.* Quid clarius? In cap. etiam, *Plures*, el 54. 16. *quaſt.* 1. ex Concilio Toletano deſumpto, ſic definitum inuenio. *Plures baptiſmales Eccleſia in vna terminatione eſſe non poſſunt, ſed vna tantummodo cum ſuis Capellis. Et ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum: plebes vtrarumque diſcernant: & ſi non conuenerint, lis Dei iudicio diſcernatur.*

3. In Concilio Affricano *cap.* 85. ex quo ſumptum eſt caput, *Si Epiſcopus*, el 1. *de Parochiis, & alienis parochianis*, ſtatutum eſt. *Si Epiſcopus ex Donatiſtis ad Catholicam eſt vnitatem conuerſus, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic inuentæ fuerint, vbi ambæ partes fuerint, id eſt vt alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligatur.*

Concilium tandem Tridentinum, præcedentes confirmans Canones ſacros, ita definit *ſeſſ.* 24. *cap. Quonam pleraque*, verſ. *In iis quoque*, el 13. *In iis quoque ciuitatibus, ac locis, vbi Parochiales Eccleſiæ certos non habent fines, nec eorum Rectores proprium populum, quem regant, ſed promiſcuè petentibus Sacramenta adminiſtrant; mandat Sancta Synodus Epiſcopis pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, vt diſtincto populo, in certas, propriaſque Parochias, vnicuique ſuum perpetuum, peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant.* 4.

QVÆSTIO XII.

Vtrum cura perpetua, & non ad tempus, ad iura Parochi ſpectet?

Concluſio, & reſolutio eſt, nullum eſſe verum Parochum, qui non habeat curam perpetuam, ſed tantum ad tempus. Illam tenent Auguſtin. Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 165. ex Hoxeda *de incompatibilitate beneficiorum, cap.* 13. *num.* 52. *part.* 1. & Gonzal. *in Regul. Cancellar.* 1.

cellar. gloſſ. 6. num. 93. Zerola *in Praxi Epiſcop.* verbo, *Parochia*, verſ. *Ad quartum.* Viuianus, *de Iurepatronatus, part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num* 41. Ioan. Andr. *cap. Deliberatione, num.* 1. *de officio leg. lib.* 6. Abbas, *cap. de multa, num.* 33. *de Præbendis.* Benedictus de Capra, vti habetur *tom.* 1. *communium opinion. fol. mihi* 487. Petr. Rebuffus *in Praxi de re beneficiaria, tit. de non promotis intra annum num.* 66. per notata in cap. *Cum ex eo, de electione, in* 6. Gloſſa *in extrauagant. Execrabilis*, Ioannis XXII. Eligius Baſſæus *in Summa*, verbo, *Vicarius, num.* 8. ex Nauarro *in c. Placuit, num.* 69. *diſtinct.* 6. *de Pœnitent.*

2. Probatur concluſio ex capit. *Presbyteri*, vnic. de Capell Monachorum lib. 6. vbi Bonifacius Papa VIII. ſic ſtatuit. *Presbyteri, qui ad curam populi per Monachos in eorum Eccleſiis præſentantur Epiſcopis, & inſtituuntur ab ipſis (cum debeant eſſe perpetui) conſuetudine, vel ſtatuto quouis contrario non obſtante, ab eiſdem nequeunt Eccleſiis, niſi per Epiſcopum, & ex cauſa rationabili amoueri.*

3. Eadem concluſio, non obſcurè per Sacrum Concilium Tridentinum definita reperitur *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. ibi *Mandat Sancta Synodus Epiſcopis vt diſtincto populo in certas propriaſque Parochias vnicuique ſuum perpetuum peculiaremque Parochum aſſignent*, &c.

Et probatur ratione. Quia inter 4.
Parochum, & Eccleſiam ſuam Matrimonium ſpirituale contrahitur. Sed ſicut Matrimonium carnale ad tempus non contrahitur, ſic nec ſpiritale. Gloſſa *in cap. Presbyteri*, verbo, *Perpetui*, vnico de capellis Monach. Ergo Parochus curam perpetuam habere debet, vt ſit Parochus verus.

Deinde. Beneficium Parochia- 5.
le non eſt manuale, ſed titulare, vt ſæpiùs reſpondit Sacra Congregatio Concilij *ad cap.* 18. *ſeſſionis* 24. *de reformatione*, teſte Pace Iordano, *volumine* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit* 11. *num.* 283 & tenuit multoties Sacra Rota apud ipſum, præcipuè in *vna Toletana iuris nominandi* 29. *Nouembris* 1581. coram Blanchetto, in qua dubitato, *An laicus fundator Parochialis, poſſit in fundatione ſtatuere, quod Rector ſit amouibilis ad nutum patroni?* in partem negatiuam ſe inclinauit. Ergo eſt perpetuum.

Sed obiicies. Datur Parochus, 6.
qui habeat curam animarum manualem, & amouibilem, vt videre eſt in Prælatis Regularibus, qui curam habent non ſolum Regularium ſuorum, ſed etiam ſæcularium degentium in parœcia ſuo Monaſterio annexa, vt latè probamus *part.* 2. *quæſt.* 2. *de diuiſione vnionis num.* 9. 11. 12. 13. *&* 15. & in diſquiſitione de Iure, & poteſtate Prioris annexi, *num.* 128. *& ſeqq.* cum tamen dicti Prælati tempora-

R 2 les

les ſint, & multi illorum manuales, & amouibiles, vt per ſe patet. Ergo falſa eſt concluſio aſſerẽs nullum eſſe verum Parochum, qui non habeat curam perpetuam.

7. Huic obiectioni reſpondeo ſeparando curam animarum ſæcularium ſpectantium ad Eccleſias Monaſteriis vnitas, à cura animarum Regularium Prælatis illorum ſubiectarum: & dico vtramque curam eſſe perpetuam, licet diuerſa cauſa pro earum qualibet aſſignari valeat. Reſpectu igitur ſæcularium cura eſt perpetua, quia illa reſidet penes ipſum Monaſterium ad cuius menſam Eccleſiæ ſunt vnitæ, vt benè docet Pax Iordanus, *volum.2. de re beneficiaria, lib.*10.*tit.*8. *de collatione Parochialium, num.*64. & alibi oſtendimus. Monaſterium autem perpetuum eſt, vt ex ſe patet. Ergo quamuis Prælatus eius temporalis ſit & manualis, cura, quam in ſæculares Parochianos annexarum exercet, perpetua erit.

8. Immò conceſſo, quod cura dictorum ſæcularium penes Prælatum ipſum immediatè maneat, perpetua illa erit, quamuis ipſe temporalis, & amouibilis ſit, quia juriſdictio nunquam vacat, cum mortuo, aut amoto, ſiue tandem abſente Prælato, ipſo iure deuoluatur vel ad Capitulum, ſeu Conuentum, vel ad Præſidentem neceſſariò ſubrogatum, cum corpus illud myſticum ſine capite eſſe nequeat. Vide infrà, *num.*100. diſquiſitionis, de iure Prioris annexi.

Denique obiectioni reſpondeo 9.
Prælatos Regulares, à iure perpetuos omnes eos eſſe, vt latè probo in dicta diſquiſitione Canonica de Prioribus annexis, *num.*40. Et eorum beneficia aptitudine perpetua ſunt, licet ea obtinentes remoueantur ratione obedientiæ, quam profeſſi ſunt potius quam ex natura ipſorum beneficiorum. Primum ſufficit, vtique perpetuitas ex aptitudine; & ſecundum, nempè amobilitas ratione ſtatus illa poſſidentium non officit, ad hoc vt illa vera, & propria beneficia dicantur, & ſint, & curata quidem. Vide quæ hac de re diximus *par.*1. *quæſt.*1. *num.*4. 5. *&* 6.

Quod probat gloſſa *in Clem. Et* 10.
ſi principalis, verb. *Per electionem*, la 2. *de reſcriptis*, vbi agens de Priore Conuentuali manuali, & ad nutum ſui maioris remouibili, an ſcilicet Iudex delegatus eſſe valeat, cum perpetuus non ſit, ac per conſequens nec Prælatus, ſeu dignitas, quam qualitatem exigit, in Iudicibus delegatis Apoſtolicis, *cap. Statutum*, §. *Sancimus*, el 11. *de reſcript. lib.* 6. ſic ait. *De iſto vero, & de Officiali, quem Epiſcopus ad nutum remouet, meritò dubitabatur, quaſi iſti non ſint in dignitate: ex quo non ſunt perpetui.* Et reſoluto, quod non obſtante amobilitate,

litate, poſſunt præfati Prior Conuentualis, & Officialis Principalis Epiſcopi eſſe Iudices delegati, reddit hanc rationem, immediatè poſt verba modo allata. *Sed ſatis eſt quod poſſunt eſſe perpetui, id eſt quandiu viuent, ff. pro ſoc. l.1. facit de his, quæ ſiunt à Prælat. Cùm Apoſtolic. Inſtit. de auctorit. tut.* §. *Neque, ff. de condit. indebit. l. Sufficit. Item per mortem, vel remotionem talium Priorum, licet obedientiarij, vacat Prioratus, vt patet infrà de ſuppl. neglig. Prælator. Quia Regularis.*

11. Hæc gloſſa illa, cuius verba: *poſſunt eſſe perpetui* : & *per mortem, & remotionem vacat Prioratus.* Benè, rectéque expenſæ demonſtrant Prioratum, & Officialatum huiuſmodi ex propria natura perpetuos eſſe; licèt per accidens, obedientiarij ſint, & ad nutum amouibiles. Et vacare quidem per amotionem, quia perpetui ſunt, ex propria ipſorum natura.

12. Idem probat, & clarius, Sacra Rota in Sabinenſ. Archipresbyteratus, 27. Decemb. de anno 1600. coram Coccino, quam infra inuenies, *la* 32. *num.* 7. 8. *&* 9. rationem deciſionis hâc reddens. *Quia Beneficia Regularia aptitudine ſunt perpetua, niſi ſi ea obtinentes amoueantur. Et de his iudicatur vt de perpetuis pro vt ſunt de ſui natura, cum conferantur in titulum, & poſſunt impetrari, licet obtinentes potius ratione obedientiæ, & ex vi profeſſionis, quam ex natura beneficij, poſſint remoueri ad nutum etiam Abbatis, qui poteſt etiam non remouere.*

13. Ex quibus omnibus bene fit, nullum eſſe Parochum non habentem curam perpetuam, vt in concluſione aſſeruimus, & non ſolum reſpectu animarum ſæcularium quando cura reſidet penes Monaſterium, aut communitatem immediatè, aut per deuolutionem per mortem, aut amotionem Prælati, ſed etiam quando penes Prælatum amouibilem reſidet, tam reſpectu animarum ſæcularium, quam regularium.

14. Vnum hic obiter adnotare duxi, quod licet verum ſit, quod ſupra dicunt gloſſa, & Rota, vacare ſcilicet Prioratus Conuentuales obedientiarios, per Priorum amotionem, & impetrari poſſe; locum tamen impetrationi non dari in Prioratibus noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, duplicis Conſtitutionis Apoſtolicæ vigore, quarum altera ab Alexandro Papa Sexto emanauit 1. Kalendas Aprilis, anno 1501. in fauorem Congregationis S. Iuſtinæ de Padua, noſtræ communicata per Iulium Secundum anno 1505. altera verò à Iulio Tertio, tertio decimo Kalend. Martij anno 1513. in fauorem noſtræ Valliſoletanæ Congregationis; quarum omnium exempla, tranſumptáque authen-

tica, penes me habeo in Bullario authentico noſtræ Congregationis. Bulla quidem Iulij ſecundi, eſt la primera, fol. 1. Bulla Alexandri 3. la 21. fol. 56. & Bulla Iulij Tertij la 101. fol. 213.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum ſit Parochi ius, in ſua Parochia celebrare volentibus, neceſſaria ad Sacrificium miniſtrare?

1 CONcluſio eſt affirmatiua. Et ita proprium ius Parochi eſt, facultas ſubminiſtrandi neceſſaria Presbyteris volentibus in ſua Eccleſia Parochiali celebrare, vt ad id per Epiſcopum non cogi, ſed hortari poſſit. Sic Auguſt. Barboſ. *Collect.* 5 5. *deciſ. Apoſtolicar. n.* 4. ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum, *in vna Egitanien.* 10. *Iunij, de anno* 1602. *in reſponſ. ad dub.* 3. *& num.* 5. ex alia declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, 10. Ianuarij de anno 1617. docet liberum eſſe Regularibus celebrare in Parochialibus Eccleſiis, de conſenſu Parochi, abſque Ordinarij loci licentia. Quod adnotare libuit, pro prohibitione in hac re Parochis, annis elapſis, ab Illuſtriſſimo Calaguritano, & Calciatenſi Epiſcopo, poſita.

2. Sed ſi quæras. An caſu, quo Epiſcopus prohibeat Parochis, ne vllum Sacerdotem extraneum ad celebrandum in ſuis admittant Eccleſiis, abſque licentia ſpeciali ipſius, aut ſui Officialis principalis, Vicariive Generalis, poſſint nihilominùs Regulares ad celebrandum admittere, abſque dicta licentia? Reſpondent Emanuel Rodriq. *to.* 1. *quæſtionum Regularium, quæſt.* 43. *art.* 17. & Franciſc. Pellizarius, *in Manuali Regular. tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 2. *ſect.* 1. *n.* 135. poſſe illos admittere, modo tamen huiuſmodi Regulares illis exhibeant proprij Prælati litteras, atteſtantes ipſos Sacerdotes eſſe, nullo affectos impedimento, quominùs licitè celebrare valeant.

Hæc reſolutio probatur ex Tridentino, *ſeſſ.* 23. *de reformatione, cap.* 16. definiente: *Nullus præterea Clericus peregrinus ſine commendatitiis ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittatur.* Et *in cap. Tuæ fraternitatis, el* 3. *de Clericis peregrinis*, ſic Conſtantinopolitano Patriarchæ reſcribens, Innocentius Papa Tertius definit. *Reſpondemus, quod niſi legitimè tibi conſtiterit, ſiue per litteras, ſiue per teſtes, de illorum ordinatione Canonica, qui penitus ſunt ignoti, non debes ipſos permittere in tuis plebibus celebrare. Sed ſi forſitan eorum aliqui ſecreto ex deuotione celebrare voluerint, poteris ſuſtinere.* In Canone item. *Extraneo* 3.

traneo clerico, el 7. *diſtinct.* 71. ex Concilij Chalcedonenſis *capite* 13. deſumpto, habetur: *Extraneo Clerico, & lectori extra ciuitatem ſuam ſine commendatitiis litteris proprij Epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare.*

4. Probari reſolutionem ex prædictis definitionibus dixi: quia licet in illis nulla fiat de Regularibus mentio, ſed tantum de Clericis, de illis etiam pariter intelligendæ veniunt. Quia vbi eadem eſt ratio iuris, eadem eſt & iuris diſpoſitio. *L. Ideoque, ff. de legibus. L. Illud. ff. ad leg. Aquil. L. à Titio, ff. de verbor. ſignificat.* Sà, verb. *Lex, num.* 9.

5. Quod autem eadem ſit iuris ratio in noſtro caſu tam ex parte Religioſi celebrare volentis, quam ex parte ſui Prælati litteras concedentis, patet, & primò ex parte Religioſi ſubditi. Quia Religioſus in fauoribus venit nomine Clerici, vti colligitur ex Anton. Naldo, *in ſumma*, verbo, *Clericus, num.* 1. *fol. mihi* 154. Pellizario *cap. 6. ſect.* 1. *num.* 3. & aliis dicentibus Religioſos, in odioſis, nomine Clericorum non venire. Quod expreſſe alij docent; vnum pro mille, ſatis ſit, in eius probationem Authorem citare: Doctorem vtique Hiſpaniarum Maximum, Diuum ſcilicet Iſidorum noſtrum, *lib.* 7. *Etymolog. cap.* 12. Clerici Etymologiam per hæc verba Eccleſiæ explicantem. *Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt; quorum gradus, & nomina ſunt hæc. Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Epiſcopus.* Sic Sancti Doctoris verba referuntur in Canone, *Cleros, & Clericos*, el 1. diſt 21. Vide Tamburin. *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſput.* 25. *quæſt.* 1. *num.* 222. hunc Canon. & Canon. *Seriatim* 32. *diſtinct.* Can. *Clericus, qui* 12. *q.* 1. Can. *Duo ſunt genera*, ead. 12. quæſt. 1. & Canon. *Clericum*, 22. *diſt.* & Abbatem, *in cap.* 1. *de Iuramento Calumn. in vltim. notab.* pro noſtra doctrina citantem.

6. Idem definitum inuenio in cap. *Cum contingat*, & ibi gloſſ. *in ſumma*, & verbo, Abbati. verbo item, *Ordo confertur*, el 11. *de ætat. & qualit. ordine præficiendorum.* vbi ſic Innocentius Papa Tertius. *Cum contingat interdum, quod laici ad Monaſterium conuolantes, à ſuis Abbatibus tonſurentur: requiſiti, an clericatus ordo in tonſura huiuſmodi conferatur. Super quo tibi taliter reſpondemus, quod cum in ſeptima Synodo ſit ſtatutum, vt Lectores per manus impoſitionem licentia ſit vnicuique Abbati in proprio Monaſterio ſolummodo faciendi, dummodo ipſis ab Epiſcopo (ſecundum modum præficiendorum Abbatum) manus impoſitio facta noſcatur, & conſtet eum exiſtere Sacerdotem: per primam tonſuram, iuxta formam Eccleſiæ datam, à talibus clericatis ordo confertur.* Ex qua quidem decretali,

cretali, euidens omnino eſt, Religioſum, non Sacerdotem ſolum, ſed prima tantum tonſura initiatum, verè, & propriè eſſe Clericum. Pro quo etiam apertè facit decretalis Alexandri Quarti, in c. *Abbates*, mox citando.

7. Ex parte etiam Prælati Regularis, per litteras atteſtantis, Religioſum ſuum ſubditum Sacerdotem eſſe, nullo affectum impedimento quominus licitè valeat celebrare, militat eadem ratio ac de Epiſcopo, ſimiles ſuo Clerico litteras concedentis. Quia Prælati Regulares, non ſolum ſupremi, aut medij, ſed & infimi, & locales, ſunt Ordinarij ſuorum Regulariũ ſubditorum, & habent reſpectu illorum iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vti manifeſtè patet ex cap. *Abbates*, & ibi gloſſa, verbo, *Quaſi Epiſcopalem*. el 3. *de priuilegiis, lib. 6.* vbi de Abbatibus Alexander Papa Quartus loquens, ſic decernit. *Nec eis licitum ſit aliis, quam Monaſteriorum ſuorum conuerſis, & qui ad illa conuolarint, & in quos Eccleſiaſticam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem obtinent primam clericalem tonſuram: niſi eis id competat ex pleno præfata ſedis indulto.* Hæc ibi. Sed de hac iuriſdictione quaſi Epiſcopali Superioribus Regularibus competenti, latius in *diſquiſitione Paſtorali, de Iure, & Poteſt. Prioris annexi* diſſerimus *num.* 113. & *ſequentibus*.

Ex quibus omnibus bene fit, quod ſi Parochus Clericos ſæculares poteſt ad celebrandum cum ſuorum Ordinariorum commendatitiis admittere litteris, poteſt & Clericos Regulares cum ſimilibus ſuorum Prælatorum litteris pariter admittere. 8.

Ex ſuprà citato capite, *Tua fraternitatis*, probabiliſſima exiſtit, immò certa, & indubitata ſententia Emanualis Rodriquez, & Pellizarij, quam prius tenuerant, teſte eodem Emanuele, Nauarr. *lib. 3. conſilior. de celebrat. Miſſarum conſil. 5.* & Trotius, *de Perfecto Clerico, lib. 2. cap. 31. num. 6.* aſſerens quidem, poſſe admitti in Parochia, & in Monaſterio peregrinos ſæculares, & Regulares, vt celebrent, etiam publicè, quando noti ſunt, & quando bonis coniecturis, non eſſe impeditos, creduntur. Quod & patet ex Conſtitutione Sixti Papæ Quinti, quam refert idem Rodriquez per quam prohibet Regularibus Prælatis, ne Hoſpites Fratres recipiant, niſi à Superioribus locorum, vbi reſident, licentiam diſcedendi in ſcriptis obtentam exhibeant; addit tamen ad rem præſentem: *Vel niſi ita cogniti ſint. His ad quos diuerterint, vt de eorum perſonis, nullùs omninò dubitationi, aut ſuſpiciom locus relinquatur.* Imò & quandò noti non ſunt, nec dictæ adſunt coniecturæ, dummodò in contrarium non adſint, ad ſecretè celebrandum, 9.

dum, licitè admitti poſſunt, ex eodem, *cap. Tuæ fraternitatis.* Cuius rationem reddit ibi gloſſa, verbo, *Secreto*, ſic. *Quia tunc nullum periculum fit alicui niſi ſibi, ſed ſi publicè celebraret populo, tunc periculum eſſet, vt ſi non eſſet Sacerdos, populum deciperet.*

10. Sed dices. Præfata iura non concedunt facultatem admittendi ad celebrandum Sacerdotes Regulares notos, vel ignotos contra prohibitionem Epiſcopi; immò potius iſtos ſicut & Clericos ſæculares admitti prohibent niſi de expreſſa licentia Epiſcopi. Ergo contra Epiſcopi præceptum, non valet Parochus ad celebrandum admittere Regulares; ſicut nec poteſt admittere Clericos ſæculares.

11. Sed contra eſt: quia iura allegata, non exigunt licentiam diœceſani Epiſcopi loci, vbi celebrandum eſt; ſed litteras tantum commendatitias Ordinarij Sacerdotis celebraturi. Euidenter patet ex Tridentino, & ex *cap. Tuæ fraternitatis* Vtrumque enim cum Epiſcopo diœceſano loci loquitur, & ait illum admittere non poſſe Sacerdotem, litteras ſui proprij Ordinarij non oſtendentem, quod etiam Chalcedonenſe exprimit Concilium. Eo autem ipſo, quod ius commune prohibet admitti Sacerdotes litteras ſui Ordinarij non oſtendentes, concedit facultatem admittendi oſtendentem. Contra id autem quod ius commune concedit, nihil validè, nec licitè quidem poteſt Epiſcopus, aut alia poteſtas Summo Pontifice inferior, prohibere. Ergo cum ius concedat admitti ad celebrandum Sacerdotes litteras commendatitias ſui Ordinarij oſtendentes, & Prælatus Regularis Ordinarius verè ſit Sacerdotis ſibi ſubditi, iſte poterit vbilibet admitti à Parochis contra expreſſam prohibitionem Epiſcopi, ſi præfatas oſtendat litteras.

Noſtra ſolutio, pariter ac reſolutio validè, ex declaratione Sacræ Congregationis ſuper negotiis Epiſcoporum, & Regularium, habita die 29. Aprilis, anni 1611. executioni tradita de mandato Vrbani Papæ Octaui per eius, & Sedis Apoſtolicæ legatum à latere pro Hiſpaniarum Regnis, 15. Octobris de anno 1625. penes me authentica, cum literis executorialibus exiſtente, firmatur. Sic enim ſe habet præfata declaratio, videlicet. 12.

Ex Regiſtro Regularium anni 1611. in Congregatione habita die 29. Aprilis, fol. 50. Ordinis Sancti Dominici Generali. De mandato Sacræ Congregationis mittitur ad V. Paternitatem allegatum memoriale, & ſcripturæ præſentatæ nomine Marchionis de Ayamonte, & Prouincialis Bethicæ Ordinis Prædicatorum, ad effectum, vt quando viſitet dictam Prouinciam, & Conuentum, prouideat in dicto ne- 13.

gotio prout ſibi videbitur expedire, ſignificando dictæ Congregationi.

14. *Conuentuali, &c. Memoriale Religioſorum Sardiniæ, qui petunt infra ſcriptas declarationes.*

15. *Primò, quod Ordinarij nequeant prohibere Religioſis approbatis ad Confeſſiones, quod non eant confeſſum infirmos in domibus priuatis, quando vocantur.*

16. *Secundò, quod non poſſint prohibere, quod celebrent in qualibet Eccleſia, Parochia, Societate, Congregatione, Oratorio, & Capella, & ibidem deducant ſuas muſicas ad cantandum Miſſas, & officia quando vocantur.*

17. *Tertiò, quod non poſſint impedire populum, quominus feſtiuis, aut aliis diebus ad Eccleſias Fratrum, ad audiendas Miſſas, Conciones, & alia diuina officia.*

18. *Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit, ſuper præmiſſis capitibus, in hunc, qui ſequitur modum, reſcribendum.*

19. *Ad primum, Ordinarij non debent impedire Regulares approbatos ad audiendas Confeſſiones, quo minus illas audire poſſint in domibus pœnitentium ægrotorum, quando ab eis vocantur; verùm idem Ordinarij poſſunt præcipere ſub pœna ſuſpẽſionis, à facultate audiendi Confeſſiones, quod vnuſquiſque Regularis faciat eodem die certiorem Parochũ infirmi, de audita à ſe Confeſſione.*

Ad ſecundum, quando Regulares vocantur ad prædictas Eccleſias à Parochis, vel illarum præſidentibus, aut de ipſorum conſenſu ab aliis perſonis, non poſſunt Ordinarij illis inhibere, quod non accedant ad dictas Eccleſias cum muſicis ad effectum celebrandi Miſſas, & officia pro quibus fuerint vocati, exceptis tamen Monialium Eccleſiis, ad quas Regulares etiam pro celebratione Miſſarum accedere non debent, niſi quatenùs eis per Decretum Sacræ Congregationis ſuper huiuſmodi acceſſu alias publicatum permittitur. 20.

Ad tertium, populus liberè poteſt in diebus Dominicis, aut aliis feſtis accedere ad Eccleſias Regularium pro audienda Miſſa, neque in hoc Ordinarij valent aliquod impedimentum Regularibus, vel populo præſtare. 21.

Quæ quidem Sacræ Congregationis declaratio cum aliis inſertis in præfatis litteris authenticis Nuncij Apoſtolici legati à latere, in earundem, de mandato Vrbani Octaui, executionem, confirmata ab eodem Sanctiſſimo fuit per Bullam ſuam pariter inſertam ad dictarum declarationum c..lcem, cuius tenor talis eſt. 22.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ, nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate aſſumpti. Varios in militanti Eccleſia Regularium perſonarum 23.

rum Ordines diuerſimode pro quorumlibet Chriſti fidelium deuotione inſtitutos, contemplantes, Sacrum Beati Dominici Prædicatorum Patris, & ducis inſtitutum, quaſi fax ardens, & matutinum ſydus irradians, totumque Chriſtianæ Reipublicæ firmamentum illuſtrans meritis, noſtram potiſſimum dirigimus aciem, ac dignum, quinimo æquum, & rationi conſonum reputamus, vt ea, quæ à compluribus Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris ad fauorem tam glorioſi inſtituti, illiuſque Domorum Regularium, & in eis ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium perſonarum iuſtè, rationabiliterque conceſſa fuiſſe dignoſcuntur, ne longæui temporis curſu obueterata ſepeliantur, ſed iugiter in viridi obſeruantia perſiſtant, fauoris noſtri præſidio confoueantur, ac etiam gratia ſedis Apoſtolicæ innouata reuiuiſcant. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti Filij Dominici de Molina Ordinis Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici expreſsè profeſſi. ac eiuſdem Ordinis Prouinciæ Bethicæ Procuratoris generalis petitio continebat. Nec non ipſorum priuilegiorum, & indultorum declarationes, & decreta à congregationibus venerabilium Fratrum noſtrorum deſuper legitimè emanata &c. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, ac de nouo concedimus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes & ſingulos tam iuris, quam facti, & quoſuis alios, quamtumuis ſubſtantiales defectus, ſi deſuper interuenerint, ſupplemus, &c. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.DC.XXV. tertio idus Maij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Si ergo Epiſcopus ex declaratione Sacræ Congregationis, & Papæ Vrbani conceſſione non poteſt prohibere quod Regulares celebrent in qualibet Eccleſia, Parochia, &c. & ibidem deducant ſuas muſicas ad cantandum Miſſas, & officia quando vocantur, quare poterit prohibere, quod Parochus eoſdem ad celebrandum admittat? 24

QVÆSTIO XIV.

Vtrum munus ſit; & ius Parochi, quod ipſe, & non alius, niſi de eius licentia debeat in ſua Parochia, aut poſſit ſacram facere Concionem?

1 Concluſio aſſerit, incumbere Parocho iure ordinario, ex officio, & proprio ex munere prædicandi obligationē vel per ſe, vel per idoneos miniſtros perſoluendam. Illam tenent Magiſter Ioannes Baptiſta Lezana *in ſumma quæſtionum Regularium, part.* 3. verb. *Concionari, num.* 3. *in fine.* Aſcanius

nius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 2. diſputat. 11. quæſtiunc. 1. num. 3.* Auguſt. Barboſa *Collectan. 556. Apoſtolicar. Deciſ.* Pax Iordanus *volum. 1. de Re Sacra, lib. 6. tit. 1. de Prædicatione verbi Dei, num.* 8. & alij paſſim.

2. Probatur primo ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij in *Terulen.* 11. *Iunij de anno* 1631. quam refert Barboſa, *loco citato num.* 1. & ex eodem, *de officio Parochi, cap.* 14. *num.* 3. Pax Iordanus *vbi ſupra, num.* 15. Ait enim S. Congregatio ibi, *Parochum per ſe ipſum prædicantem poſſe ſermonem habere etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat.* Ergo prædicare munus eius eſt iuxta Sacram Congregationem.

3. Tertiò probatur concluſio ex ſententiis executorialibus Sacræ Rotæ in cauſa Parochialis de Stella in fauorem mei dilectiſſimi, Regaliſque Cœnobij Hyrachenſis, emanatis, de quibus *infra part. 4. quæſt. vltima,* ibi *& ad ipſum Abbatem, ſeu Præſidentem ſpectauiſſe, ac ſpectare Concionatores per Epiſcopum approbatos in dicta Eccleſia deputare priuatiuè, quoad ipſum Vicarium, & Beneficiatos,* & fuſius, ex eiuſdem Rotæ Deciſione, pro earumdem ſententiarum declaratione, quæ ſic fatur. *Fuit reſolutum litteras executoriales non egere alia iuſtificatione, quia apertis verbis continent, quod ad Abbatem, Monaſterij* (Rectorem vtique & Parochum illius Eccleſiæ pronuntiatum in eiſdemmet ſententiis,) *non autem ad Vicarium Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella ſpectat ius concionandi, & deputandi Concionatores.*

Quartò probatur ex Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *de reformatione,* in hunc modum, quæſtionem definientem præſentem. *Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes Eccleſias, quocumque modo obtinent per ſe, vel alios idoneos ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, vel feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis; docendo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem; annuntiandoque eis cum breuitate, & facilitate ſermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant.* 4.

Eadem Sancta Synodus, *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de reformatione,* ita decernit. *Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens Sancta Synodus quo frequentius poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, Canones aliàs ſuper hoc editos ſub fælicis recordationis Paulo Tertio aptius præſentium temporum vſui accommodando, mandat, vt in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut ſi legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædica* 5.

prædicationis munus aſſument; in aliis autem Eccleſiis per Parochos, &c. Sacras Scripturas, diuinámque legem annuntient.

6 Commune vtique etiam eſt, de iure diuino ad Parochum munus prædicationis ſpectare. Tamburinus, *loco cit.* Antonin. Diana, *par.6. tract.7. reſolut.*13. Trullench, *in Decalog. tom.*1. *lib.*3. *cap.*1. *dubit.*4. *num.*15. Carolus Malletus, *tom.*1. *de Sacramentis, Malleatione* 44. *Bractea* 15. Quod & Hugo Purpuratus etiam docet, *in Epiſtolam ad Romanos, cap.*4. *verſ.*17. in illud: *Quia patrem multarum gentium poſui te*, ſic dicens: *Poſitus ſuper Parochiam vnam, non ſolum debet illam illuminare per doctrinam, & vitam, ſed alias*, Eccleſias ſcilicet.

7. Sed dubitari ſolet, an peccent Parochi, qui rarò, aut nunquam per ſe ipſos prædicant, ſi alij in Parochia concionem faciant? Dubium procedit de obligatione iure diuino Parocho impoſita, & de obligatione à Tridentino iniuncta. Aliqui, quos ſuppreſſo nomine citat Diana, *vbi ſuprà*, contra vtrumque ius, diuinum, ſcilicet, & Tridentini peccare aſſerunt; alij verò docent tantum iuri ſatisfacere diuino; Diana tandem, & Trullench, *loco citato*, vtrique iuri fieri ſatis tenent, quos Malletus ſequitur ex eo, quia, qui per alium aliquid facit, per ſe ipſum facere cenſetur: & quia Populus nullum detrimentum patitur, & ipſius neceſſitati ſatis occurritur aliò concionem habente. Vide illum *Bractea* 15. *citata*. Qui benè addit Parochum toties peccare contra præceptum diuinum non prædicando, quoties populus grauiter indiget prædicatione. Quia ex mandato Dei tenetur oues ſuas verbi Dei prædicatione paſcere, per ſe, vel per idoneum ſcilicet miniſtrũ. Peccatum autem in tali caſu eſſe mortale docet Baſſæus, verbo, *Parochus, num.*3. & Tamburinus, *vbi ſuprà*, qui & probat ex illo D. Pauli, *Actorum*, 20. verſ.27. *Non enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſilium Dei vobis.* Quod Aſcanius præfatus expendens, ſic fatur. *Indicans, quod ſi verbum Dei illis annunciare ſubterfugiſſet, reus eſſet eorum mortis. Quippè, quia omnium illorum, qui ob doctrinæ penuriam defeciſſent, interitus ſibi eſſent adſcribendi, vt adſcribitur Medico mors ægri, quem curare neglexit, & mors fame pereuntis ei, qui eum poſſet, ac conſequenter teneretur, paſcere noluit.*

Et quia de iure communi Parocho prædicare incumbit, quamuis 8.
Prædicatores omnes, prædicante Epiſcopo ſilere debeant, illíſque tunc temporis prædicatio inhiberi poſſit, vti declarauit Sacra Congregatio Concilij, *in Bituntina*, 17. *Februarij*, & 2. *Martij de anno* 1629. teſte Barboſa, *collect.*592. *deciſ. Apoſtolicar. num.*18. ex Sellio

*in ſelect. Canon. cap.*8. *num.*16. & Pace Iordano, *volum.*1. *lib.6.tit.*1. *num.*14. Parocho tamen licet populo ſibi credito, verbum Dei prædicare, eodem tempore, cum Epiſcopo, nec illi prohiberi poteſt, eadem Sacra Congregatione ita declarante *in Terrulen.* 11. *Iunij*, *de anno* 1631. quam referunt Barboſ. *de offic. Parochi*, *cap.*14. *n.*3. & Pax Iord. *num* 15.

9. Quia etiam Ordinariam poteſtatem ad prædicandum habet Parochus, illam viro docto, & noto Regulari, aut ſæculari delegare poteſt, quoties voluerit, dum modus approbatus ab Ordinario ad munus prædicationis ille ſit, iuxta diſpoſitionem Concilij Lateranenſis ſub Leone X. in Conſtitutione *Superna maieſtatis*, la 21. huius Pontificis, apud *Cherubini Bullarium*, *tom.*1. & Conſtit. *Inſcrutabili*, Gregorij XV. ſub die 5 Februarij, de anno 1622. Immò etiam ſi approbationem, aut licentiam Ordinarij nondum præfatus Prædicator obtinuerit, nec præſentatus quidem ordinario fuerit, poterit ei Parochus concedere facultatem concionandi duabus, tribúſve vicibus, in ſua Parochia: tunc enim his concurrentibus, ſcilicet quod doctus ſit, & notus, fieri poſſe abſque peccato, aut pœnarum incurſu, aſſerunt grauiſſimi Doctores apud Henriq. *lib.*7. *de indulgent. c.*16. *iuxta finem*, Mirand. *in Manuali Prælatorum*, *quæſt.*30. *artic.*4. *concluſ*1. Campan. *rubr.*12. *&* 13. *numero* 11. Vgol. *cap.*42. §.1. *in fin.* Hæc Iordanus, *num.*32. & Barboſ. *de poteſtate Epiſcopi*, *part.*3. *allegat.*76. *num.*26. *fol. mihi* 240. poſtquam dixerat, *num.*25. *Parochus vt in ſua Eccleſia prædicetur, poteſt dare licentiam approbatis ab Ordinario, vt refert deciſum Galet. in Margarita caſuum conſcientiæ*, verb. *Parochus num.*3.

Sententiam præfatam tenuit 10. poſt Henriquez Emanuel Rodriq. *tom.*3. *quæſt. Regul. quæſt.*32. *art.*1. illo citato, & aliis, *cum quibus ipſe conſuluit*, Henriquez ſcilicet. Tenent & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica*, *part.*2. *c.*14. *dub.*4. *n.*8. Antonin. Diana, *part.*4. *tract.*4. *reſolut.*22. Hieron. Rodriq. *in compend. quæſt. Regul. reſol.*112. *num.*4. *fol.*797. Franc. Pellizarius, *in Man. Regularium*, *tom.*2. *part.*1. *tract.*8. *cap.*4. *ſect.*4. *num.*137 & Eligius Baſſæus, verb. *Prædicatio*, *num.*3. Sed limitant Pax Iordan. & Barboſa, ex Poſſeuino, *de officio curati*, *cap.*3. *num.*4. ſi Conſtitutio Synodalis diœceſis id non prohibeat.

Dicta tamen intelligi debent 11. vigore iuris communis, & omni priuilegio ſecluſo. Quod lubens adnotare duxi, propter Patres Societatis Ieſu, & omnes alios Regulares, huius Sacratæ Religionis priuilegiis per communicationem gaudentes. Gregorius enim Papa XIII. conceſſit *Societati Ieſu*,

quod

quod huius ſacræ Religionis Confeſſarij, ac Prædicatores ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis Superioribus ad huiuſmodi munera deputati quandocumque, ſiue mari, ſiue terra iter faciunt, poſſint, non repugnantibus tamen Curatis parochialium Eccleſiarum verbum Dei prædicare, & quorumcumque Chriſti fidelium Confeſſiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis in quibus Ordinarij exiſtunt, niſi eorum licentia deſuper obtenta. Sic exſcribit Eman. Roderiq. *q.* 32. *citata, art.* 6. ex Compendio Societatis, tit. *Confeſſ.* §. 2. & ex illo referunt Barboſa, *allegat.* 76. *num.* 27. & Pax Iordanus, *num.* 34. Aſcan. Tambur. de *Iure Abbat. to.* 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 14. *num.* 5. Anton. Diana, *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 123. Qui omnes aſſerunt hoc frui priuilegio Prædicatores Ordinum Mendicantium, & alios, qui cum ipſis communicant in priuilegiis conceſſis, & concedendis. Vnde Pax Iordanus & Barbóſa merito aſſerunt Parochos licitè, & impunè poſſe huiuſmodi Regularibus licentiam ad prædicandum præſtare, non ſolum pro duabus, aut tribus vicibus, ſed toties quoties, concurrentibus circumſtantiis in Gregoriano priuilegio recenſitis.

Sed an præfatum priuilegium ſit reuocatum per Conſtitutionem *Cum ſicut accipimus la* 92. Vrbani VIII. apud Cherubinum editam 12. Septem. 1628. ſecundum opinionem Alphonſi de Leone, *tract. de offic. & poteſta. Confeſſ. tom.* 2. *recollect.* 10 *num.* 56. à Diana, vbi ſupra relatam, non eſt certum; quoad facultatem ſcilicet audiendi Confeſſiones, de hac enim agitur in illa. *Quia & ſi*, ait Alphonſus de Leone, *per dictam Conſtitutionem reuocantur omnia indulta vt ex eius titulo apparet, audiendi confeſſiones ſæcularium abſque approbatione ordinarij, &c. tamen, vt etiam in corpore illius conſtitutionis conſtat, ibi eſt ſermo de facultate generali audiendi confeſſiones ſæcularium abſque approbatione, vel examine ordinariorum. Sed in caſu noſtro indultum eſt ſpeciale quando Regulares ſunt in itinere, & commode non poſſunt ſe præſentare ordinariis. Tamen quia in dicta conſtitutione interdicta eſt illius interpretatio, & reuocantur indulta ex quauis cauſa conceſſa, etiam de neceſſitate exprimenda, vt tutius procedatur in futurum in re tam magni momenti, eſſet petenda declaratio.* Hucuſque Leone, qui etiam docet quod ſi dictum Gregorij priuilegium non eſt reuocatum, poſſunt eo Regulares vti, quando reperiuntur in aliquo loco diſtanti ab eo vbi reſidet Ordinarius, etiam ſi ibi recreationis cauſa manerent, quia omni dolo, & fraude ecluſo, ſi non poſſent ſe præſentare Ordinario, ratio militaret priuilegij, ergo & eius diſpoſitio.

Ego

Ego autem pro indubitata teneo dicti priuilegij reuocationem. Ducor, quia priuilegij indultum æque opponitur diſpoſitioni Tridentini Concilij, ſpeciale illo exiſtente ac ſi generale eſſet. Abſolutè enim ſtatuit Concilium, & declarauit, nullum idoneum ad Confeſſiones excipiendas ſæcularium perſonarum eſſe, qui vel beneficium parochiale, vel ordinarij approbationem non obtinuerit. Ratio autem Vrbani in reuocatione indulti adducta, ea eſt, quia *hinc*, hoc eſt illo exiſtente, *ſaluberrimum Sacri Concilij Tridentini decretum deſuper ſancitum penitus euertatur.* Ergo ſiue indultum Gregorij generale ſit, ſiuè ſpeciale, reuocatum eſt per Vrbanum. Sed Conſtitutionis eius verba libuit exſcribere.

Cum ſicut accepimus aliquibus Religioſis quorumdam ordinum, ſeu Congregationum à ſede Apoſtolica indultum fuerit, vt Sacramentales. perſonarum ſæcularium Confeſſiones, audire valeant, etiam ſi ab Epiſcopis diœceſanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec deſint, qui temere aſſeuerent, hoc ipſum priuilegium cæteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex ampliſſimis priuilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apoſtolica obtinuerunt, & hinc ſaluberrimum Sacri Concilij Tridentini decretum, deſuper ſancitum penitus euertatur; Nos huic malo opportunè prouidere volentes, de Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum Conſilio, omnia & ſingula indulta huiuſmodi, audiendi ſæcularium Confeſſiones, abſque Ordinarij examine, & approbatione, quibuſvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societatis Ieſu, Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, nec non Monachorum quorumcumque, etiam S. Benedicti, Ciſtercien. & Carthuſien. ac etiam quibuſvis militiis, etiam hoſpitalis S. Io. Hieroſolym. ac quibuſcumque Eccleſiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, cæteriſque locis piis, ſiue eorum. & earum reſpectiuè Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Magiſtris, Miniſtris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Prouincialibus, Capellanis, Confeſſariis, aut aliis, quocumque nomine nuncupatis, Superioribus, & perſonis quibuſcumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, cuiuſcumque dignitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſtentibus, & quouis priuilegio munitis, & tam ad ſupplicationem partium, quam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hactenus quandocumque, & qualitercumque, ex quauis, etiam de neceſſitate exprimenda cauſa, & alias quomodolibet conceſſa, Apoſtolica

lica authoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, tollimus, abrogamus, & annullamus: viribuſque, & effectu euacuamus, ac reuocata, caſſata, ſublata, abrogata, & annullata, viribuſque & effectu vacua eſſe, & fore, nec Religionibus, Societatibus, etiam Societatis Ieſu, Congregationibus, ac militiis, & Eccleſiis, Monaſteriisque prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis quibuſcumque impoſterum vllo modo ſuffragari, minuſque illos, & illas, etiamſi de iis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda foret, indultis huiuſmodi vti poſſe &c. Addit clauſulas, *ſublata & Nonobſtantibus.*

Ex qua quidem conſtitutione apparet manifeſtè Gregorij indultum, quoad facultatem Confeſſiones excipiendi eſſe ab Vrbano reuocatum. Apparet ſimiliter, ſuſtineri iam minimè poſſe, ſententiam aſſerentem approbationem cuiuſcumque Ordinarij ſufficere: cum ſufficienter Vrbanus ſuam, & Concilij mentem exprimat, debere vtique illam ab Epiſcopo diœceſano, id eſt ab Ordinario loci in quo eſt audienda Confeſſio, fieri. Appellatiuum enim verbum, *Diœceſanus*, in materia ſtricta, & iuri communi odioſa, qualis hæc ſine dubio eſt, Epiſcopum proprium territorij, & Diœceſis ſignificat (Diœceſis namque & territorium idem ſunt, vti ex Abbate *conſ.* 82. *num.* 7. *lib.* 1. & ex Alexandro *conſil.* 248. docet Thom. Del-bene, *de Immunit. Eccl. part.* 2. *cap.* 10. *dub.* 8. *num.* 3.) & quidem ad hanc compellor interpretationem, quia ſi cuiuslibet Epiſcopi approbatio ſufficeret, minimè Vrbanus adderet voci *Epiſcopis*, vocem (vti addidit) *Diœceſanis*, ſed ſimpliciter dixiſſet: *etiam ſi ab Epiſcopis examinati, & approbati non fuerint.*

Vnum hic adnoto, quod ſi Regularis prædicet abſque Epiſcopi licentia, ſiue in Eccleſiis ſui Ordinis, ſiue in alienis, in caſibus illi non permiſſis, non poteſt ab Epiſcopo puniri, ſed à proprio Regulari Prælato puniendus eſt. Ita docent Pax Iordanus *num.* 30. & Barboſa *num.* 24. ex Zerola *in Praxi Epiſcop.* verbo, *Excommunicat. cauſa materialis*, Piaſec. *in Praxi etiam Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 41. verſ. *Prædicans* & ex Campanil. *in diuerſor. iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 10. & probant ex declaratione Sacræ Congregationis Cōcilij, in hunc, qui ſequitur modum ab eodem Barboſa *in collectan. deciſ. Apoſtolicarum, collectan.* 637. *num* 2. & à Quaranta *in ſumma Bullar.* verbo, *Priuilegia Regularium, pag. mihi* 513. ex ſcripta. Videlicet. 12.

Congregatio Concilij cenſuit, Regulares qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto eiuſdem Concilij cap. 2. *ſeſſ.* 5. *contra fecerint, non poſſe tamen* 13.

puniri ab Epiſcopo, ſed tantum à ſuis Superioribus. Hæc congregatio Sacra Concilij. Cuius declaratio hodie in Hiſpaniarum Regnis locum habere dicendum omnino eſt, quicquid in contrarium doceant ex Conſtitutione *Inſcrutabili* citata Gregorij XV. Barboſa *allegat.76.num.* 24. & Pax Iordanus *num.* 31. quia vtriuſque vtique fundamentum in Hiſpaniarum Regnis corruit, cum pro omni eorum ditione, ſuſpenſa præfata maneat Conſtitutio, ex Vrbani Papæ Octaui Breui, vti vidimus *part.* 1. *quæſt.* 2. de diuiſione Beneficiorum, diuiſio 1. *num.* 7. verſ. *Neque etiam obſtare.*

14. Et licet Congregationis Concilij declaratio, & Authores Non loquantur de Regulari ſine licentia Epiſcopi in Eccleſiis ſui ordinis prædicante, ſed in Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt; idem omnino tenendum eſt in illo ac in iſto caſu Quia ſic Religioſum delinquentem in proprio territorio, nequit Epiſcopus punire, quia delinquens ſibi ſubditus non eſt; quo pacto eundem in loco, à ſua iuriſdictione exempto delinquentem, punire valebit? Nullo quidem, vt ex ſe patet.

15. Supradictis addo cum Barboſa *allegatione* 76. *num.* 9. ex Armendariz *in addit ad recopilat. legum Nauarræ, lib.* 4. *titulo* 30. *de Prædicatoribus Sacra Scriptura, num.* 20. & cum Pace Iordano, *num.* 62. quod ſi Plebanus, ſeu Curatus per ſe ipſum velit munus prædicationis obire, non debet prohiberi, *quamuis ab immemorabili conſueuerint* (addit Iordanus) *deſtinari Concionatores. Quod indubitatum crediderim, excepto caſu, quando propter inſufficientiam Parochi dãdus illi eſſet coadiutor, iuxta caput* 2. *ſeſſ.* 5. (Tridentini ſcilicet) *quia tunc appareret de irrationabili voluntate ipſius Parochi inſufficientis.* Hæc Doctor ille.

16. Cum dictis tamen ſtat, quod Parocho impedito ad munus prædicationis per ſe ipſum exequendum, ad Epiſcopum ſpectet Prædicatoris electio, ſeu deputatio, *impenſis eorum, qui eas præſtare, vel tenentur, vel ſolent*, iuxta Tridentini definitionem *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Salua tamen contraria conſuetudine, cui ſtandum eſſe docet Iordanus *numero* 61. *Quia multis* (inquit) *in locis Parochi eligunt Prædicatores in Aduentu.* Quocirca addit idem Doctor, *num.* 64. quod ſi adeſſet immemorabilis conſuetudo eligendi Concionatorem per alium quam Epiſcopum, Concilium non derogaret tali conſuetudini, ita pluries Sacra eiuſdem Concilij Congregatione declarante, præſertim in *vna Hiſpalenſi*, in hunc, qui ſequitur modum. Videlicet. *Conſuetudo immemorabilis, quod Capitulum inuitet in feſtis ſolemnibus vnum ex Prædicatoribus approbatis ab Ordinario in Eccleſia Cathedrali,*

Cathedrali, non eſt ſublata à Concilio.

17. Contrariam nihilominùs declarationem quoad Eccleſias Cathedrales, videlicet, *ad ſolum Epiſcopum pertinere, nulla habita ratione conſuetudinis etiam immemorabilis, quæ competeret* (deputatio ſcilicet) *Capitulo, ſeu Epiſcopo cum Capitulo, vel de conſilio Capituli,* refert Barboſ. *collect. deciſ. Apoſtolicar.* 592. *num.* 11. *in Abulenſ.* 3. *Auguſti*, 1586. ex Armendariz, *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib.* 4 *de Prædicatoribus, tit.* 30. *lib.* 3. *num.* 11. 15. *&* 18. Coincidit cum declaratione ab eodemmet Pace Iordano *num.* 68. adducta ex Campanil. *Rubric.* 12. *cap.* 13. *num.* 16. aſſerente quidem, & teſtante, præ manibus ſe illam habuiſſe authenticam. Quoad Eccleſias verò Cathedralibus inferiores, conſuetudo immemorabilis non reiicitur, ſed illa ſtante, prouiſio ſpectabit ad eos, qui tali conſuetudine muniti exiſtunt, ait idem Iordan. *num.* 67. ex ipſo Campan. & aliis.

18. Dubium hic occurrit diſcutiendum, an ſcilicet Parocho concionanti, conſuetam concionatoris eleemoſynam prætendere liceat? Cuius reſolutio eſt negatiua, etiam ſi ſit pauper, & illa egeat. Primò quidem, quia ita declarauit Sacra Congregatio *in Veſtana* 20. *Maij, de anno* 1621. à Pace Iordano relata *num.* 63. & à Barboſa, *collectan.* 556. *deciſ. Apoſtolicarum*, ex Selio, *in ſelect. Canonic. cap.* 23. *num.* 18. Quod etiam declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, 30. Ianuarij 1615. circa Epiſcopum concionantem in propria Eccleſia, teſte Bartholom. Gauant. *in Man. Epiſcopor.* verb. *Concio Sacra, num.* 2. *fol. mihi* 67.

Secundò. Quia cum ex munere 19.
ſuo, & officio prædicare teneatur, illud propriis ſumptibus præſtare cogitur. Docet idem Iordanus, *ad l. ſuo victu, ff. de oper. libert. l.* 4. §. *fin. & l. fin. ff. de condit. ob turp. cauſ. Marcheſ. de compar.* 2 *tit. de auoc. cauſ.* §. 3. *num.* 92. *Corn. conſil.* 14. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. Iud. lib.* 2. *caſu* 218. *per totum.* Si tamen Parocho prædicanti ſponte eleemoſyna daretur, iſtam ei accipere licebit, vt in ſimili de Epiſcopo concionante docet ipſe Pax Iordanus, *num.* 73. Quia volenti, & conſentienti, non fit iniuria, neque dolus, *cap. Scienti*, 27. *de Regulis iuris*, *lib.* 6. Et quia laudabiles conſuetudines faciunt licitum, etiam in Sacramentorum adminiſtratione: & ſeruandæ ſunt.

QVÆSTIO XV.

Vtrum præcedentia ſit Parochi ius?

Concluſio aſſerit, Parochum 1.
in parœcia ſua, præcedere omnibus

omnibus Presbyteris, ac etiam Rectoribus aliarum Eccleſiarum, in Proceſſionibus, & aliis actionibus publicis. Patet ex declaratione Congregationis Sacrorum Rituum, *in Firmana terra Sanctæ Victoriæ*, 31. *Martij*, *de anno* 1618. quam refert Auguſt. Barboſa, *collectan.* 557. *deciſ. Apoſtolic. num.*2. ex Selio, *in ſelect. Canon. cap.*59. *num.*40.

2. Præcedere etiam Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ Parochiæ, deciſum à Sacra Congregatione Rituum, *in Praneſtina Cauarum*, 13. *Iulij* 1619. teſtatur idem Barboſa *vbi ſuprà*, *num.*3. Benè tamen verum eſt, contrarium, nempè Canonicos Collegiatarum Eccleſiarum Parochis præcedere, ſæpè fuiſſe ab eadem Sacra Congregatione declaratum, teſte eodem Barboſa *collectan.*91. *num.*38. *earumdem deciſ. Apoſtolic.* videlicet, *in Sutrina* 30. *Auguſti* 1602. & 2. *Auguſti* 1603. *in Meliten.* 18. *Nouembris* 1606. *in Hoſtienſi*, *terra Cori*, 9. *Maij* 1617. *in Praneſtina item Cauarum*, 14. *Auguſti* 1618. vbi in cauſa præcedentiæ inter Archipresbyterum, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ, & Parochum Sancti Stephani fuit declaratum, præcedentiam ſemper, & vbique competere Archipresbytero, & Canonicis ſuprà Parochum prædictum, etiam in aſſociandis funeribus defunctorum propriæ ipſius Parochiæ.

Et quod præcedere debeant Canonici Collegiatarum Eccleſiarum omnibus Rectoribus, curatis Plebanis, ac Presbyteris Eccleſiarum Parochialium in publicis proceſſionibus, & in functionibus Synodalibus, cenſuit eadem Sacra Congregatio Rituum, teſte eodem Barboſ. *citata collect.*91. *num.*38. *in Verulen.* 11. *Decembris* 1613. & *in Senogallien.* 23. *Martij* 1619. & 4. *Aprilis* 1620. Etiam ſi ante erectionem in Collegiatam, mixtim incederent cum Rectoribus. *In Syracuſana* 20. *Decembris* 1601. Et etiam ſi Eccleſiæ Parochiales antiquiores eſſent, & fuiſſent in quaſi poſſeſſione præcedendi, ante erectionem in Collegiatam. Ex eadem Sacra Congregatione *in Illerden. Praeminentiarum*, 26. *Iunij* 1602. vbi addit, hoc procedere etiam ſi in erectione in Collegiatam adſit clauſula: *Sine præiudicio alicuius.* 3.

Sacra tamen Rota decidiſſe ferunt Barboſa, *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.*78. *num* 38. & Gauantus, verbo, *Præcedentia, num* 14. Parochum præcedere debere. Sic enim ait Barboſa. *Rector vero in ſua Eccleſia quoſcumque alios, qui ordine hierarchico non ſunt eius ſuperiores, antecedit in ſolemnibus Miſſis dicendis, aliiſque omnibus praeminentiis, & ideò Rota cenſuit Parochum in vna Eccleſia præferendum Decano,* 4.

&

& Capitulo Collegiatæ ad eam Eccleſiam perſonaliter ex antiqua conſuetudine accedentibus, quódque maior minori in eius domo cedere teneatur. Gonzalez, *ad Regul.8. cancell. gloſſ.6. num.*101. *& ſeq.* Hæc Barboſa & ex eo, ferè eadem Gauantus.

5. Quoad Canonicos Cathedralis Eccleſiæ, hos ſcilicet præcedere Parochis, deciſum fuiſſe à Sacra Rituum Congregatione *in Viterbien.* 25. *Iunij* 1611. ex Sel. *in cit. cap.*59. *num.*41. refert Barb. *in præfata collect.*557.

6. Parochi ſiue ſæculares, ſiue Regulares ſint, inter ſe præcedunt ſecundum ſuarum Eccleſiarum prærogatiuam, non ſecundum prærogatiuam Regulæ. Sacra Rituum Congregatio *in Aſten.* 21. *Martij, de anno* 1609. apud Barboſam *collect.*557. *& de poteſt. Parochi, cap.*9. *num.*12.

7. Parochus, curatus, aut Sacriſta Cathedralis etiam amouibilis, quãdo Capitulum dictæ Cathedralis interuenit, debet Parocho defuncti præcedere. Ita declarante Sacra Rituum Congregatione *in Piſaurien.*22. *Martij* 1631. teſte Barboſa, *collect.*557. *cit. num.*7. *& de officio, & poteſtate Parochi, cap.*2*6*. *num.*78. ante finem.

8. Parochus, ſiue Rector Eccleſiæ, Parochialis tanquam caput illius thurificandus eſt ante Dominum loci. Sic declarante Sacra Congregatione Rituum, *in Turritana*, 14. *Februarij* 1632. apud Barboſ. *dicta collect.*557. *num.*8. ex Bonfadin. *in theſauro Eccleſ. deciſ. reſolut.*22. *num.*11.

Parochus amouibilis Eccleſiæ Cathedralis debet in proceſſionibus incedere cum Capitulo dictæ Cathedralis ſuper Priores, Plebanos, & Curatos perpetuos beneficiatos. Sacra Congregatio Rituum *in Gallien.* 9. *Aprilis* 1633. Barboſa referente *nu* 9. *& vltimo dicta collect.*557. ex eodem Bonfadin. *citat. reſol.*22. *num.*12. 9.

QVÆSTIO XVI.

Vtrum Parocho competat domus ſuæ Parochiæ in hebdomada Sancta benedicere?

Concluſio eſt affirmatiua. Hõc probat Rituale Romanum nouum. Vnde Sacra Congregatio Concilij, 2. Iulij, de anno 1620. quæſito, inter alia, *An poſſent* (Regulares ſcilicet) *in hebdomada Sancta benedicere domos in diœceſi exiſtentes, cum hoc ſit munus Parochi, vt habetur in nouo Rituali Romano?* Reſpondit. *Non poſſe.* Sic refert Ioann. Baptiſta Lezana, *in Summa quæſt. Regul. part.*1. *cap.*12. *num.*41. 1.

Aliam declarationem eiuſdem Sacræ Congregationis Concilij ſub die 23. Nouembris, de anno 1619. refert Barboſ *in collecta-* 2.

nea 59. *deciſ. Apoſtolic. num.*8. *fol. mihi* 63. ex Ioann. Maria Nouarr. *in Lucerna Regul.* verb. *Benedictio, num.*18. Ex qua ſic Barboſa fatur. *Benedicere domos in Sabbato Sancto nonpoſſunt Regulares, cum non valeant hoc munus extra Conuentum ſuum exercere.*

QVÆSTIO XVII.

Vtrum ſit Parochi ius, poſſe ſuam poteſtatem delegare, & Vicarium deputare?

HVic quæſtioni, maioris claritatis gratia, diſtinctis concluſionibus reſpondere, & ſatisfacere conſulto duxi.

1. Prima concluſio eſt, poſſe Parochum Sacerdoti idoneo Sacramentorum adminiſtrationem delegare. Ita docent Valer. Reginald. *lib.*1. *cap.*6. *num.*45. & 46. & Paulus Layman., *in concluſionibus Canonicis, cap.*8. *concluſ.*151. Quoad facultatem quidem delegandi Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem, definita veritas eſt *in cap. Omnis vtriuſque ſexus*, §. *Si quis*, el 12. *de pœnitent. & remiſſ.* ibi enim ſic habetur. *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iuſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio Sacerdote: cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare.*

Quoad Euchariſtiam, Extremam-Vnctionem, & Matrimonium, pariter eſt definita in Concilio Generali Viennenſi ſub Clemente Papa Quinto, cuius definitio habetur in Clementina prima de Priuilegiis, ſub his verbis. *Religioſi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniáve ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, præſumpſerint excommunicationis incurrant ſententiam, &c.* 2.

Generaliter autem tam de recenſitis, quam de omnibus aliis functionibus, efficaciter probatur concluſio. Quia iure ordinario, & ratione officij, & proprij muneris poteſt Parochus omnes illas, & ſingulas propria authoritate per ſe ipſum exercere, vt latè probauimus in præcedentibus quæſtionibus huius tertiæ partis. Sed qui iure ordinario, & ex proprio munere, & officio poteſt per ſe ipſum aliquid exercere, poteſt & per idoneam perſonam id efficere, ſuam vtique poteſtatem & iuriſdictionem delegando. Ergo poterit Parochus, non ſolum Sacramentorum adminiſtrationem, ſed omnia alia ſua munera idoneo, ad illa exequenda, viro, delegare. 3.

Maior cum conſequentia patet: illa vtique, ex ſupradictis quæſtionibus; iſta verò, quia ex illa, & ex minore benè infertur. Minor autem nota eſt in iure. Nihil enim 4.

in

in eo, clarius definitum inuenio, quam quod Ordinarius ſuam valeat iuriſdictionem delegare. In *cap. Inter cæteras*, (deſumpto ex Concilio Generali Lateran.) el 15 *de officio Iudicis Ordinarij*, decernit Innocentius Papa Tertius, *vt Epiſcopi viros idoneos ad Sanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum ſolicitè viſitantes, eas verbo ædificent, & exemplo.* Et in *cap. His quibus*, el 20. *& fin. eod.* ſic Gregorius Papa Nonus, expreſſius adhuc ad rem definit præſentem. *His, quibus ex officio in certis caſibus competit illos abſoluere, qui pro violenta manuum iniectione, incidunt in Canonem ſententiæ promulgatæ, licet aliis huiuſmodi abſolutionem committere cum viderint expedire.* Et gloſſa, verbo, *Caſibus*, poſtquam dixit Epiſcopum, Abbatem, & quemlibet Sacerdotem poſſe ab hac excommunicatione in certis caſibus abſoluere, addit. *Et in omnibus his caſibus perſonæ ſuperius nominatæ, cum viderint expedire, poſſunt ſuper his iure ordinario committere vices ſuas auctoritate huius canonis.* Notentur verba illa, *Iure ordinario committere vices ſuas*: quibus quidem comprobatur veritas huius propoſitionis, à Marco Vidal, *tit. de iuriſdict. inquiſ. 2. n. 1.* prolata, videlicet, *Delegatio eſt vnius ex propriis Sacerdotibus iuriſdictionis ordinariæ.*

In cap. etiam, *cum Epiſcopus*, 5. *el 7. de offic. ordinarij, lib. 6.* Sic Bonifacius Papa Octauus decernit. *Cum Epiſcopus in tota ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam noſcatur habere: Dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius diœceſis non exempto, per ſe, vel per alium poſſit pro tribunali ſedere: cauſas ad Eccleſiaſticum forum ſpectantes audire: perſonas Eccleſiaſticas (cum earum exceſſus exegerint) capere, ac carceri deputare: nec non & cætera, quæ ad ipſius ſpectant officium libere exercere.* Cuius gloſſa, verbo, *Per alium*, ſic ait. *Quod enim poteſt per ſe, & per alium.* Et de Regul. Iur. la 68. ita habet. *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum.* Ex quibus omnibus, ſatis nota manet veritas minoris propoſitionis, in ſyllogiſmo, ſuprà à nobis in concluſionis probationem poſitæ. Vnde benè dixit. Nicolaus Brauo tract. Monaſtico, *cap. 18. num. 12.* de Monacho ab Epiſcopo approbato ad audiendas Confeſſiones, & ab Abbate pro exercitio curæ Eccleſiæ Monaſterio annexæ poſito, quod & ſi ad nutum amouibilis ab Abbate poſitus ſit, *tamen dum gerit officium eſt verè Parochus, non commiſſarius alterius, ſed qui vt talis proprius, poſſit committere vices alteri.* Hæc Doctor ille.

6. Secunda concluſio. Poteſt Parochus ſubſtitutum idoneum, & ab Ordinario ad Confeſſiones audiendas

diendas admiſſum, ad aliquod tempus ponere, qui vices ſuas, & abſentiam ſuppleat, ſi tamen ipſe Parochus iuſtam habeat non reſidendi cauſam. Cum hac tamen differentia, quod pro ſex, aut octo abſentiæ diebus, inconſulto Epiſcopo poteſt ſubſtituere, ex conſuetudine fere communi, non autem ad plures dies, quia Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 1. de reformatione*, decernit, *vt quocumque eos* (Parochos ſcilicet) *cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum, cum debita mercedis aſſignatione relinquant.* Quæ diſpoſitio, maximè vim habet in caſu, quo paruitas temporis non excuſet, vti Rebuffus *in Praxi beneficiorum, part. 2. tit. diſpenſatio de non reſidendo, num. 14. fol. mihi* 457. vbi ſic ait. *Curatus poteſt ſua auctoritate, & ex cauſa Vicarium ad modicum tempus conſtituere, cap. Si quis in Clero, 7. quæſt. 1. Doctores in cap. Cum ex eo, de electio. in 6. Doctores in Clementina vnica de officio Vicarij. text. in cap. fin. de offic. ordinar.* quod tamen limitat, *niſi hoc prohibeatur ſtatuto Synodali, vel Prouinciali, cap. illud, & cap. Nihil, 6. quæſt.* 1. Idem tenent Franc. Pellizarius *in Manuali Regularium tom. 2. part. 1. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. quæſt. 12. num. 123. & 124.* ex Poſſeuino, *de Officio Curati, cap. 1. num. 19.* & Eligius Baſſæus, verbo, *Vicarius, num. 8.*

Concluſio tertia. Qui ſuæ dignitati vnitam habet Parochialem 7 Eccleſiam maximè *ad menſam*, ex officio, & propria auctoritate deputare poteſt Vicarium pro ordinario, longæuique temporis exercitio curæ dictæ Eccleſiæ. Hæc concluſio probatur primò ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij, relata à Barboſa, *Collectanea 235. deciſ. Apoſtolicarum num. 7.* vbi ſic ait. *Curam animarum exercentes, ſiue ſæculares, ſiue Regulares ſint, poni debent ad arbitrium ſuperiorum ipſorum Regularium, non autem ad arbitrium Epiſcopi, niſi quod examinari, & approbari prius ab eo debent antequam ponantur. Sacra Congregatio Concilij, cuius meminere Piaſec. in Praxi Epiſcop, part. 2. cap. 3. num. 46. pag. 182. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 3. num. 34. Ioan. Maria Nouar. in Lucerna Regul. verbo, Cura animarum, num. 1* Hæc Barboſa, qui *Collectan. 552. num. 46.* aliam refert deciſionem, de qua *infra num. 14.*

Secundò probatur ex Sacra Rota in cauſa Vicariæ Sancti Ioannis 8 ciuitatis de Stella, 16. Iunij 1642. coram Cerro, *infra decis. 17.* in qua ſic *num. 2.* habetur. *Cum enim dicta Eccleſia ſit vnita Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrache, ius nominandi, ſeu deputandi Vicarium Eccleſiæ vnitæ ſpectat ad eos, quorum Eccleſiis reperitur facta vnio*, &c. Quæ deciſio confirmatur per aliam, 3.

Iunij

Iunij de anno 1643. coram eodem, & habetur *infra la* 18. & 14. Decembris 1648. coram Otthobono, cuius deciſio adeſt hic *la* 19. & etiam 26. Maij 1653 coram Meltio, *la* 20. Et in ſententiis definitiuis dictæ cauſæ, de quibus *part. 4. quæſt. 9. & vltima, num.* 13. ita dictum, & pronuntiatum inuenio. *Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ius nominandi, ſeu deputandi, ſeu eligendi Vicarium pro cura Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis oppidi de Stella, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere liberè, & pleno iure, ad ſupradictum Abbatem Monaſterij Beatæ Mariæ de Hyrache tamquam Patronum, & Parochum eiuſdem Eccleſiæ.* Idem deciſum eſt ab eadem Sacra Rota, in diuerſis aliis cauſis, cuius nonnullas de hac re deciſiones, ad calcem huius operis inuenies. Vide *ſecundam, num* 5. *ſeptimam, num.* 1.

9. Tertio probatur ex variis Pontificiis Conſtitutionibus. Sanctiſſimus enim Pius Papa Quintus, in Conſtitutione 47. *apud Cherubinum*, quæ incipit, *Ad exequendum*, cum clauſula, *ſublata*, &c. & decreto irritante, deputationem Vicariorum Eccleſiarum vnitarum, ſpectare ad eos, quibus vnitæ illæ ſunt decreuit. *Et* §. 5. addit. *Et ſi dictæ Parochiales vnitæ erunt Monaſteriis Regularium Mendicantium poſſint à Superioribus dictorum Monaſteriorum nominari ex ipſis Mendicantibus, quos ſi Ordinarij prævio examine, per ſe, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen Superiorum ſuorum amouibiles, deputare. Idémque etiam ſeruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea Parochiali in qua vnus ex Monachis fuerit, ſeruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo ſaltem quatuor alij ex dictis Monachis.* Quæ quidem Conſtitutio in vim legis emanauit. Rota *in Iacenſi, num.* 5. *& in Dertuſ. n.* 3. hic las 2. *&* 21. plurieſque à Sacra Rota fuit canonizata, ipſa teſtante, 16. Iunij 1642. coram Cerro, *infra la* 17. *num.* 2. coram eodem, 3. Iunij 1643. *la* 18. *n.* 1. coram Otthobono 14. Decembris 1648. *la* 19. *num.* 2.

10 Idem Sanctiſſimus Pius, in Conſtitutione *& ſi Mendicantium Ordines*, la 41. *in Bullario Cherubini*, in fauorem omnium Religionum 17. Calend. Iulij de anno Dominicæ Incarnationis 1567. emanata, & ad Congregationem noſtram Benedictinam Valliſolletanam, per aliam Pianam Bullam authenticam, & ſigillo Eminentiſſimi Cardinalis Iacobi, tituli S. Mariæ in Coſmedin, communitam, in Archiuo Cœnobij Hyrachenſis exiſtentem, extenſa 8. Kalend. Septembris anni præfati 1567. ſic *n.* 21. ſtatuit, Videlicet.

11. *Inſuper volumus, quod præfati Regulares, quibus cura animarum ineſt, poſſint per ſe ipſos iuxta ſuorum Superiorum ordinationem, aut aliàs Vicarios, ſeu Capellanos ſæculares ipſorum Regularium nutu amobiles ab eis deputatos, & ab Ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfatam curam exercere: neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum conſignatione, pro præfatis Capellanis, ſeu Vicariis ſæcularibus, ſi per tales cura exerceri contigerit, Epiſcopi ſe vllo pacto intromittant.*

Quæ conſtitutio non fuit à Gregorio XIII. reuocata per Bullam, *In tanta*, &c. in ſententia Bruni, *de priuileg. Regular. part.1. tract.1. cap.5 propoſit.6.* quam refert Diana, *part.11. tract.2. reſol.2.* Quam probat.

Primò, quia Congregat. declarat in eadem Bulla, ſemoueri ad reuocandam illam, quia ad ipſum peruenerat, quod ipſe Pius illam reuocauerat. Sed talis Pij reuocatio nunquam fuit publicata, teſte Nauarr. *cap.25. num.5.* Ergò non fuit per Gregor. reuocata. Quia ceſſante cauſa in lege, aut conſtitutione expreſſa, ceſſat, & ipſa lex, aut conſtitutio. Rot. *deciſ.337. numero 3.* apud Farinacium, *parte 1. recentior.* Scaccia, *de Appellat. q.5. num.18.* Floren. *deciſ.1. num.61.* Cæſar. Arg. *de controuerſ. leg. qu.5. num.15.* Quibus addo text. *in cap. Cùm ceſſante*, & ibi gloſſ. *in Summa*, el 60. *de appellat.*

Secundò, quia dato, quod vim haberet reuocandi Bulla Gregor. non reuocaret declarationes Concilij in Piana contenta Conſtitutione, cum de illis mentionem nullam Gregorius faciat.

Tertiò, quia talis reuocatoria Gregor. cadit ſuper priuilegia noua à Pio V. conceſſa: declaratio autem verborum Concilij non eſt priuilegium, ſed lex, cum Papæ declaratio legem faciat. Suarez, *de leg. cap.1. lib.6. num.6. & ſeqq.* Portel. *part.2. cap.26. num.4* Ergo dato quod Bulla Gregorij vim haberet reuocandi, non reuocaret Pianam declarationem.

Quartò, quia omnes declarationes Concilij in Piana conſtitutione contentas, quæ eidem non opponuntur Concilio, in viridi ſunt obſeruantia, ex declarationibus S. Congregationis Concilij, in cauſis Epiſcoporum, contendentium declarationes Pianas, fuiſſe per Gregorium reuocatas: quarum aliquas recenſet ibi Bruno, videlicet, Prima. Quod ſæculares poſſint Sacrum audire diebus feſtis in Eccleſiis Regularium. Secunda. Quod Confeſſores Monialium, non examinentur ab Ordinario. Tertia Quod Prædicatores non ſint ab Ordinario examinandi ad concionandum in ſuis Eccleſiis. Quarta. Quod non poſſit Epiſcopus dare licentiam ad ingredien

grediendum in Monaſteria Monialium exemptarum. Quinta. Quod quarta funeralis non intelligatur niſi de eo quod affertur die ſepulturæ.

Vltima Bruni ratio eſt. Quod licet Gregorij Bulla publicata fuiſſet, & recepta, poſtea idemmet Gregorius illam reuocauit, confirmando ampliſſima confirmatione Minorum priuilegia, cum clauſula derogatoria ſuæ antedictæ conſtitutionis, ſub die 25. Maij 1573. quæ incipit. *Ex benigna.*

Hæc omnia Bruno, qui pro ſe citat Llamas, Peyrinum, Thomam à Ieſu, & alios.

12\. Clemens etiam Papa Octauus eidem noſtræ Congregationi, inter alia conceſſit, die 2. Auguſti, de anno 1596. & ſui Pontificatus quinto, in Conſtitutione, *vt ea, quæ* Vltima Bullarij authentici dictæ Congregationis, quæ ſequuntur. *Ac in Parochialibus Eccleſiis alicui Monaſterio vnitis, quibus per ſæculares Sacerdotes, & Miniſtros deſeruitur, cum examen per concurſum minimè inſtituendum ſit, in ipſis vnitis Eccleſiis conſtitui oportere Vicarios idoneos, perpetuo, vel ad nutum amouibiles ab Epiſcopo approbandos, à Præfectis tamen Monaſteriorum nominandos. Ac in portione Vicariis in eiſdem Eccleſiis conſtituendis aſſignanda, obſeruandam eſſe conſtitutionem Pij Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri de Vicariis perpetuis editam, nec ab ea recedendum: in illis vero Parochialibus Eccleſiis, quibus per Regulares Monachos deſeruitur, Monachum eiſdem Eccleſiis Vicarium pro tempore præficiendum, non aliter conſtitui debere, quam ad nutum ſuorum Superiorum amouibilem, ab Ordinario tamen præuio examine approbatum, cum portione arbitrio ſuorum Superiorum aſſignanda: qui Monachus ibidem vna cum alio Monacho duntaxat habitare debeat.*

Vrbanus tandem Octauus, in Conſtitutione, *Aliàs à venerabilibus*, ſub die 6. Septembris, de anno 1638. quam Barboſa, *collectanea 235. deciſ. Apoſtolicar. num.9.* refert ex Laurentio de Peyrinis, *de priuilegiis Regularium, tom.3. in fin. vbi de Conſtitution. nouiſſ. Vrbani Octaui, pag.* 549. conſtituit, vt cura animarum in Eccleſiis Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, exerceri poſſit etiam per Monachos ad nutum ſuorum Superiorum amouibiles. Sic refert præfatus Barboſa. Quo circa idem Author, *collectan. 552. num.46.* ſic fatur. 13.

Parochiales vnitas Monaſteriis, quæ iuriſdictionem habent, Ordinarij viſitare poſſunt perſonas tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent: in his quoque Parochialibus poſſunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodo ap- 14.

probati ſint ab Epiſcopis. Sacra Congreg. Concilij, teſte Stephano de Aluin, de Epiſcoporum. Abbatum, & Abbatiſſarum poteſtate, cap. 14. num. 1. in fine. Hæc ille. Ex eodem Aluino, idem ait Paulus Layman *in quæſtionib. Canonic. quæſt.* 206 pro Eccleſiis pleno iure vnitis: ideſt quoad ſpiritualia, & temporalia, & non ſolum pro pleniſſimo iure cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, vti ſe explicat ibi.

15. Et quoad deputationem quidem Vicarij ad nutum amouibilis, ſeu Capellani, colligitur ex *Clement. 1. de ſupplend. neglig. Prælator. Clement. 1. de reſcriptis. Clementin. §. Quidam etiam Eccleſias, de exceſſibus Prælator.* Et expreſſe in *extrauag. Execrabilis, in fin §. Quantum, de Præbendis.*

16. Quod & docent, Nicol. Garc. *de Benefic. part. 11. cap. 2. num. 3.* Aloiſſ. Riccius *in Praxi aurea Variar. reſolutionum, reſol.* 293 *num. 2. verſ. Ex quibus.* Flores de Mena, *Variarum quæſtion. lib. 1. quæſt. 10. art. 2. num.* 13. 14. 18 & 22 Azor. *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 29. quæſt.* 1. Et reſpectu Epiſcoporum, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentium, & Prælatorum denique Regularium exemptorum ab Epiſcopi iuriſdictione, Valerius Reginaldus *in Praxi, lib. 30. tract. 1. cap. 8. ſect. 4. num.* 53. Ex quibus Mena *num.* 14. & Riccius *verſu Secundo facit*, docent quod hujuſmodi Vicarij potius appellabuntur Capellani: quod & Sacra Rota docere videtur, in nonnullis ex deciſionibus infra exſcribendis. Videlicet, *in 3. n. 26. in 29. num. 6. & 13. in 30. num. 3. & in 31. num. 2.*

Ludouicus Bellus *in Conſiliis* 17. *poſthumis, conſ.* 87. *n.* 4. ita de præfatis ait Vicariis. *Penes quos cura animarum non cenſetur exiſtere, ſed eam nomine Prioris* (Prioratus ſcilicet, cui Eccleſia de qua agebat erat vnita) *exercent eorumque inſtitutio, & nominatio, ac ad nutum amotio ad Priorem Beneficij, aut Abbatem, vel Superiorem Monaſterij, cui beneficium vnitum pertinet: ſolumque approbatio, admiſſio, & licentia miniſtrandi Sacramenta ad Epiſcopum ſpectat. Rebuff. in Praxi beneficior. tit. de diſpenſatio. de non reſiden. num.* 18. *Garc. de Benefic. p. 1. cap. 2. num.* 93. *Blayn. tit. de Manualib. num.* 13. *Rota in Salmantina Vicariæ,* 14. *Martij* 1596. *apud Garc. num.* 94. Hæc Bellus, cui adde Rotæ deciſionem, *in Sabinen.* mox citandam.

Dictis addunt Mena, *num.* 13. & 18. Riccius, *num. 2. verſ. Pro parte* non poſſe deputare Vicarium perpetuum, Prælatum illum, qui Eccleſiam pro qua deputandus eſt Vicarius, vnitam menſæ ſuæ dignitatis habet. Quod prius docuerat gloſſa *in Clement. Frequens*, verb. *Ad menſam, de exceſſib. Prælat.* Et colligitur ex *extrauag. Execrabilis, in fin. §. Quantum, de Præbendis.* ibi.

non

non per Vicarios perpetuos, ſed per Rectores, aut Miniſtros, vel temporales Vicarios. Pro quo facit Rota *in Sabinen. Archipresbyteratus*, 27. *Decembris, de Anno* 1600. coram Ioan. Baptiſta Coccino Decano, *num.* 3. *&* 4. quæ adeſt in calce huius operis, *la* 31. in ordine. Vide *p.* 1. *q.* 2. *diuiſ.* 2. *num* 23.

19. Sed aduertere liceat, quod Vicarius ad nutum amouibilis, amoueri non poteſt in ſententia Rebuffi, *in Praxi Beneficiorum part.* 2. *tit. Diſpenſatio de non reſidendo, n.* 18. *fol. mihi* 457 Flores de Mena, *loco citato n.* 34. & Riccij, verſ. *Ad vnum tamen aduerte.* Et Ludouic. Belli *vbi ſupra, num.* 5. niſi finito anno ſeruitij; poſtea vero in eorumdem ſententia poteſt amoueri. Nec datur illi aliquod remedium ad defendendum ſuam poſſeſſionem addunt Mena, & Riccius. Quod tamen intelligi debet ſi cauſa ad remotionem non ſubſit: hac enim ſuperueniente, ante annum remoueri poſſe innuit Rebuffus.

Quod ſi petas, an quando Abbas, cuius Monaſterio annexa eſt Parochialis extra illud exiſtens deputat pro illius ſeruitio Monachum, ſatis ſit deputare approbatum, vt communiter ſolet approbari ad audiendas Confeſſiones, abſque eo quod neceſſaria ſit alia diue ſa præſentatio ad Epiſcopum, eiuſque ſpecialis approbatio in ordine ad talem parochiam curandam? & an eo ſemel amoto, rurſus abſque noua alia approbatione, eundem poſſit ibidem aut in ſimili alia Parochia Monaſterio vnita ponere? Affirmatiuè vtrique reſpondet Nicol. Brauo in tract. Monaſtico, cap. 18. num. 13.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum omnia iura in præcedentibus quæſtionibus recenſita, ſint ad conſtituendum Parochum eſſentialia: an vero aliqua eorum, & quænam illa ſint?

Conclusio. Ex omnibus ſupra numeratis, & ex aliis iuribus, in qualibet particulari Eccleſia, ex conſuetudine introductis, quatuor ſunt eſſentialia ad conſtituendum Parochum, & Parochialem Eccleſiam, aut Parochiam, ita vt quocumque illorum deficiente, quamuis alia omnia enumerata adſint, deſit Parochia, & Parochus; & econtra, ſi quatuor illa adſint, etiam ſi omnia alia deſint, verus, & proprius dicetur Parochus, & propria, & vera Parochia, & Eccleſia Parochialis. Rota *in Recanaten. Parochialis*, 20. *Maij* 1577. coram Cantuccio, quam infrà inuenies, la 1. Pax Iordanus, *volum.* 2. *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 5. Ioann. Ægid. Trullench, *tract. de iure Parochi, cap.* 2. *num.* 2. Caro- 1.

 lus

lus Malletus, *tom.*1. *de Sacramentis, Malleatione* 45. *Bractea* 1. & prius Gloſſa in Clementin. *Dudum*, verbo, *Impendant*, de Sepulturis.

2. Primum eſt, quod Parochia ſit certis finibus limitata. Rota *in dicta Recanaten. num.*2. Viuianus, *de iurepatr. part.*1. *lib.*2. *cap.*7. *n.*20. Barboſa, *de poteſt. Epiſc. allegat.*53. *num.*67. Trullench. Pax Iordanus, & Malletus *locis citatis*, & alij apud ipſos.

3. Secundum eſt poteſtas fori Pœnitentialis: hoc eſt poteſtas ligandi, & ſoluendi; & non qualiſcumque, ſed quæ habentem illam neceſſitate aſtringit Sacramenta miniſtrare fidelibus illis, qui ad eum accedere coguntur. Rota *in citat. Recanaten. num.*1. Gloſſ. *in Clementin. Dudum*, verbo, *Impendant*, de Sepulturis. Iordanus, *dicto n.*5. verſ. *Primum.* Viuianus, *vbi ſuprà, num.*18. Zerol. *in praxi Epiſcopali*, verbo, *Parochia*, verſ. *Ad primum.* Trullench. & Mallet. *locis citatis*. Notat tamen Barboſa, *de poteſt. Parochi, part.*2. *cap.*17. *num.*39. ex Nauarr. *conſil.*21. *de Cleric. non reſident. in nouiſſ.* & Sayr. *in Floribus conſil. eod. tit. conſ.*18. quod curatus quamuis per ſe ipſum regulariter curam exercere teneatur, ex conſuetudine tamen immemorabili, vel priuilegio induci, & concedi poteſt, vt eidem per Vicarium, ſeu Capellanum, etiam temporalem, & ad nutum amouibilem inſeruiat.

Tertium eſt, vt Eccleſiam obtinens curam exerceat nomine proprio, & non alieno. Rota *in Recanaten. cit. num.*3. Pax Iordanus, *vbi ſuprà*, verſ. *Tertium.* Viuianus, *num.*21. Trullench, & Mallet. *locis citatis.* 4.

Quartum, & vltimum ius, Parochi, & Parochiæ conſtitutiuū, eſt vt vnicus ſit illius Eccleſiæ Curatus, Rector, & Parochus, & non plures, qui proprio nomine illam regant. Latè Rota, *in præcitata Recanaten. num.*4. Pax Iordanus, verſ. *Quartum.* Viuianus, *num.*22. Zerola, Trullench, & Malletus, *locis citatis.* 5.

Hæc Rota ibi, & præfati Authores; ſed meo videri, quintum debet ius neceſſariò aſſignari: perceptio ſcilicet decimarum, quæ ratione curæ Parocho de iure debentur. Ducor ex pluribus eiuſdem Rotæ deciſionibus, quæ conſtanter firmant, ad decimarum perceptionem, neceſſariò ſequi curam animarum penes illas ſtare percipientes. Nonnullas, ad intentum, infra collectas habes. Vide ſeptimam, *num.*2. octauam, *num.*1. 2. *&* 3. nonam, *num.*3. tertiam decimam, *num.*1. *&* 2. decimamſept. *numero* 5. & vigeſimam nonam, *num.*10. 6.

PARS QVARTA.

In qua materia Vnionis, variè ad praxim reducta oſtenditur.

IN vltima huius operis parte, tot quæſtiones excitare, dilucidaréque lubens duxi, quot monumentorum genera, quibus Eccleſiarum, & beneficiorum vnio benè valeat probari, præ manibus habui. Et quia illa, de Eccleſiis, ad Regium, ac celeberrimum Hyracheníe Cœnobium, ſpectantibus agunt, conſulto de iuribus, quibus in eiſdem ipſummet pollet, diſcutere decreui. Et ſpero, quod doctrina præfatarum quæſtionum, ſatis benè percepta, quia ſolidis fundamentis ſtabilita, & quia in ſpecie, & logicè loquendo, in indiuiduo, determinatis Eccleſiis applicata, cuilibet, alia inſtrumenta, Eccleſias, & beneficia illorum virtute alicui alteri pertinentia, meditanti, quid de illis tenendum ſit, & debeat teneri, fas erit facilè iudicare.

Quæſtiones autem huiuſmodi erunt.

QVÆST. I. *Quis ſit verus, & proprius Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, Parochus?*

II. *Quæſtio, Vtrum Domnus Abbas Hyrachenſis ſit verus, & proprius Rector Eccleſiarum de Luguin, & de Vrbiola?*

III. *Quis ſit verus Parochus loci de Ayegui, & quæ eius Parochialis Eccleſia?*

IV. *Quis ſit proprius Parochus de Lete?*

V. *Quis ſit Parochus Sancti Saluator ab Oteyza?*

VI. *Quis ſit Parochus Eccleſiarum de Biloria, de Arbeyza, & de Zabielqui?*

VII. *Quis ſit Eccleſiæ de Vgar Parochus?*

VIII. *Quis Eccleſiæ ab Arizala Parochus ſit?*

Vlt. *Quæritur, quis ſit Parochus Eccleſiæ Sancti Ioannis Ciuitatis de Stella?*

Ad rem igitur deueniendo, in primis.

QVÆRITVR.

Quis ſit verus, & proprius, Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia Parochus?

QVæſtio iſta, & octo ſequente, excitantur ad dilucidandum, 1.

dum, penes quem reſideat cura animarum Parochianorum præfatæ Eccleſiæ, Sancti Ioannis de Mendauia, & aliarum, quæ in reliquis huius partis quæſtionibus recenſentur: An ſcilicet Vicarij, pro illarum ſeruitio, & curæ exercitio deputati? An verò Domnus Abbas, Monachi, & Conuentus Hyrachentis Cœnobij? Et quæſtiones procedunt, non ſolum de Domno Abbate, ſed de Præſidente eiuſdem Conuentus, quicumque ille ſit. Quia eadem eſt illius, ac Domni Abbatis ratio, quo ad quæſitum: cum omne ius, quod Domno competit Abbati circa præfatam Eccleſiam, & circa reliquas Cœnobio annexas, competat & Præſidenti, vti vſus probauit. Et ex eo etiam patet, quia Domnus Abbas non ratione Abbatialis dignitatis præcisè illud obtinuit, ſed provt caput Conuentus dicti Cœnobij, cui Eccleſiæ fuerunt, vt videbimus vnitæ. Præſidens autem, quacumque ex cauſa præſideat, ſiue quia Sedes vacet Abbatialis, ſiue quia Abbas ſuſpenſus, abſens, aut grauiter maneat ægrotus, retinet, vt ſuppono, (pro nunc, probaturus tamen in diſquiſit. Paſtorali de iure & poteſt. Prioris) quidquid iuriſdictionis pro vtroque foro Domnus habet Abbas, exceptis excipiendis, iuxta expreſſas Ordinis in propriis Conſtitutionibus, & definitionibus, limitationes. Et ſic pro tunc erit dicti Conuentus, & Cœnobij verum Caput, & Prælatus. Gregorius Sayrus, *in theſauro, lib.3. de cenſuris, cap.33. num.22. & 23.* Aſcanius Tamburinus, *de iure Abbatum, tom.2. diſp.1. quæſtiunc 4: numero* 5. Franciſc. Suarez, *de Relig. tom.2. lib.6. cap.7. num.7.* Franc. Pelliz. *in Man. Regul. tom.2. part.1. tract.9. cap.1. num.5.* Leonard Leſſ. *in Auctuario,* verb. *Abſolutio, caſ.9.* & verb. *Prælatus, caſu* 1. Thomas Delbene, *de Immunitat. Eccleſiaſt. part.2. cap.14. dub.18. ſect.9. num.1. dub.19. num.2. & cap.15. dubit.7. ſect.1. num.34.* Eman. Sà, verbo, *Delegatus, num.1.* Bauny *in praxi benefic. diſp.1. quæſt.6.* Thom. Sanch. *in Decalogum, lib.6. cap.8. num.88.* Bonacin. *tom.3. diſp.2. qu.8. punct.8. num.7.* Antonin. Diana, *p.3. tract.2. reſol.23. in fine, reſol.28. & part.6. tract.8. reſolut.15.* Nectinot, verbo, *Prælatus,* verſ. *Primò,* Lezan. *in Sum. quæſt. Regul. part.1. cap.18. num.3. & part.2. cap.13. num.39.* Hieron. Garc. *tom.2. Politica Regularis, tractat.10. difficult.1. dub.1. num.12.* Marc. Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Prælatis Regularibus, inquiſit. vnic. num.70. & ſeqq. vſque ad finem.* Naldus, *in Summ.* verbo, *Abeſſe, num.11.* & verb. *Abſolutio, num.25. & vltimo.* Eman. Rodriq. *tom.1. quæſt. Regular. quæſt.20. art.3.* & alij ab iſtis Doctoribus recenſiti, qui omnes docent, quod quando Monaſterium, aut Cœnobium non habet Abbatem, aut ordinarium

nium Prælatum conuentualem,vel quia vita functus eſt,vel ſuum munus abſoluit,vel ab eo fuit amotus, aut denique à Cœnobio abeſt, Prioribus, aut aliis Vicariis tota authoritas, & iuriſdictio comparatur, qua Abbates, & alij ordinarij Prælati Conuentuales præſentes potirentur, niſi aliud per Ordinis Conſtitutiones habeatur. Et conſequenter huiuſmodi Priores, & Vicarios eſſe in præfatis caſibus veros Conuentuum,& Cœnobiorum ſuorum Prælatos, quia Prælatus ille eſt, qui toti præeſt communitati cum iuriſdictione in vtroque foro,Sacramentali ſcilicet,ſeu pœnitentiali, & contentioſo.

2. Nec diſſentiunt Syluester verbo,*Prælatus,quæſt.*2.Nicolaus Brabo *in caput* 71. *Regulæ Sanctæ,n.*6. Eligius Baſſæus, verbo, *Prælatus, num.*1. & nonnulli alij, qui negant Vicarium Prælati ordinarij eſſe Prælatum, niſi in duplici caſu, defectus ſcilicet Abbatis, Prioris, Guardiani, Rectoris, commendatoris,&c.per mortem, aut amotionem: & ſuſpenſionis eiuſdem. Quia id negant præcisè, quia ſentiunt in his tantum caſibus huiuſmodi Vicarios habere iuriſdictionem ordinariam ſui Cœnobij, iure ſpeciali Conſtitutionum Ordinis, priuilegij,aut præſcriptionis. Cum igitur Prior,aut quilibet alius Præſidens Cœnobij Hyrachenſis à iure ſpeciali Conſtitutionum Ordinis,& præſcriptionis legitimæ, habeat iuriſdictionem ordinariam, non ſolum in defectu Domini Abbatis per mortem,amotionem, renuntiationem, & ſuſpenſionem, ſed etiam in abſentia illius, affirmare debent præfati, & omnes alij Doctores, huiuſmodi Priores, & Præſidentes eſſe veros, & proprios Prælatos,etiam in Abſentia Domni Abbatis.

3. Quòd prior ſit Præſidens in abſentia Abbatis, diffinitur in Conſtitutionibus Sancti Facundi, *cap.* 33.*num.* 5. ſub his verbis. Videlicet. *Et prior mayoren auſencia del Abbad fuera del Monaſter o,es Preſidente del.* Et quod habeat iuriſdictionem, non obſcure, ibidem ſtatuit dum *num.* 10.dicit. *El Prior eſtando el Abbad en Caſa, no puede dar licencia para ſalir de caſa, ni para recebir, ni gaſtar dineros ni otras coſas, ni para recebir,ni eſcriuir cartas, ni para entrar en celdas de Monjes.* Ergo has omnes licentias bene poteſt dare Prior, in abſentia Abbatis extra Monaſterium ex vi Conſtitutionis Ordinis. Patet conſequentia. Quia exceptio illa: *Eſtando el Abbad en caſa no puede,* &c. firmat regulam in contrarium,iuxta tritam vulgaremque iuris Regulam, deſumptam ex c. *Dominus,* el 32. *quæſt.* 7. & Gloſſa ibi ex *L.qui libertatis.ff.de iure* Ad concedendas autem recenſitas licentias, neceſſ iam eſſe iuriſdictionem propriam, nemo eſt, qui iure, aut ratione fundatus, neg re

valeat. Ergo aſſerendum omnino eſt illam habere Priores Præſidentes conuentibus, non ſolum in defectu Abbatis, ſed per eius extra Cœnobium abſentiam.

4. De Priore etiam Secundo ſtatuit Conſtitutio præfata, num. 13. *El Prior Segundo enauſencia del Abbad, y Prior, fuera del Monaſterio, es Preſidente del ſi el Abbad con parecer de los del Conſejo, no dexare otro Preſidente.* Et immediatè n. 14. *Tiene toda la Iuridicion, que tiene el Prior, en auſencia del Abbad, y Prior.*

5. Quod tandem, in abſentia Abbatis, habeant Præſidentes præſcriptam iuriſdictionem, plus quam notorium, & manifeſtum in noſtra Congregatione eſt.

6. Quo igitur ſuppoſito, vt quæſtioni propoſitæ fiat ſatis, & exactè illa dilucidetur, in quatuor ſectiones illam conſulto diuidere duxi. In prima, inſtrumenta nonnulla à Cœnobio Hyrachenſi poſſeſſa, quibus demonſtratur, quid iuris habeat in Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia, & in Parochiali illius beneficio, in medium proferam. In Secunda negatiuam ſententiam, & quæ validiora pro illa firmanda, valui inuenire argumenta, adducam. In Tertia, propriam, & veram, fulcitamque validiſſimis principiis, & probationibus, ſtatuam. In Quarta tandem, & vltima, contrariis, pro viribus, ſatisfacere conabor.

SECTIO PRIMA.

De Monumentis circa Eccleſiam S. Ioan. de Mendauia à Monaſterio de Hyrache poſſeſſis.

AD Primam quæſtionis partem deueniendo, ſuppono Vicinos, & Parochianos Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia, Patronos laicos olim dictæ Eccleſiæ extitiſſe vſque ad annum Domini 1407 in quo, die 29. menſis Septembris, per publicam ſcripturam in fauorem Domini Caroli Tertij huius nominis, cognomento Nobilis, Regis Nauarræ, dicti Patroni donationẽ, in ſequentem fecerunt formam, omiſſis ex his, quæ in capite inſtrumenti ſunt, quæ ad reſolutionem noſtræ difficultatis, neceſſaria non ſunt.

Por euitar a todos los dhos incon-uenientes, & obuiar ad aqueillos, en quanto buenamente podran, de lur libera voluntad, dauan, & tranſportauan, & de nueuo confirmauan las dichas preſentaçones, & iuspatronado de la dicha Yglesia, en quanto ac illos podia tocar, & pertenecer conecialmente, & ſingularmẽt, iunta, o diuiſament, en qualquier manera, & por qualeſquiere titulo, oraçon, queſca, por ſi, & ſus ſuceſores, & herederos, & de cada vno de illos à perpetuo, al dicho muy alto, & excelent 1.

excelent Principe el Señor Don Carlos Rey ſobredicho, para eill, & todo ſu ordenamento, & mandamiento à perpetuo, & para ſus ſucceſores, & herederos, & qui querian, & conſentian, quiſieron, & conſentieron expreſament todos iuntament, & cada vno de illos ſingularment, como lis tocaua, & pertenecia, o podia tocar, & pertenecer, que cada que vaca ſe la dicha Abadia de San Ioan Baptiſta de Mendauia, en qualquier manera, el dicho Senor Rey por ſi, o por otro qualquiera, que eill ordenara, & mandara, o ſus herederos, & ſucceſores pueda, & puedan preſentar por Rector de la dicha Yglesia a qui querra; o por bien terra, o alos otros actos, que eillos, & cadauno deillos iunta, o diuiſamente, como Patrones, lo podian faZer en qualquier manera a perpetuo, & goZar, & a prouecharſe del Iuſpatronado de la dicha Yglesia & faZer de aqueilla toda ſus proprias voluntades. Et que aquell aqueillos que ſeran preſentados por Rector, o Abat de la dicha Yglesia Parochial, por el dicho Señor Rey, e por ſu mandato, o herederos, o ſuceſores ſeran inſtituidos, como perteneyzera, puedan vſar, gozar, & a prouecharſe de la dicha Abadia, con todas ſus diezmas, o derechos, o pertenencias en qualquiere manera, bien a ſi, como ſi por todos eillos concordablement en forma, & tiempos de vidos fueſe, o fueſen preſentado, o preſentados, ſin embargo, ni contraſto deillos, & cada vno deillos, & de lur herederos, & ſuceſores, & de qualquiera deillos à perpetuo.

Quam quidem donationem præfatus Dominus Rex Carolus acceptauit, & aliam ipſe in fauorē Abbatis, Monachorum, & Conuētus Regalis Monaſterij de Hyrache, die prima menſis Octobris immediatè ſequentis eiuſdem anni 1407. ſub his quæ ſequuntur, ampliſſimis conceſſit verbis. 2.

Et por virtud de la dicha donation, & confirmation a nos fecha a perpetuo, nos podamos faZer, & ordenar de la dicha Yglesia, & ius patronado & preſentatones de aqueilla a neuſtro placer, & voluntat, como de coſa a nos pertenecient, facemos ſaber, que por la ſingular, & feruient deuocion, que nos hauemos al dicho Monaſterio, & Yglesia de Santa Maria de Yrach, & conſiderando, que neuſtros anteceſſores fueron cauſa de la fundatiō daquell, & maiormēt, a fin que en las oraciones, & diuinales oficios, que continuadamente a illi ſe ſolēnizan, nos podamos hauer part, & por aumentation del dicho Monaſterio, & por otras deuotas cauſas, que a eſto nos mueuen, al Abat, Monges, & Conuento del dicho Monaſterio de Santa Maria de Yrach hauemos dado, tranſportado, & trāsferido, damos, tranſportamos, & transferimos por las preſentes, de nueſtra cierta ſciencia, proprio motu, & gracia eſpecial a perpetuo, por nos, nueſtros

herederos, o ſuceſores, o hubientes cauſa de nos, todo el derecho, que nos hauemos, & a nos perteneZea hauer en las preſentationes, & iuſpatronado de la Abadia de San Ioan Baptiſta de Mendauia, e tener, poſeder, goZar, & aprouecharſe de aqueill, & fazer, & ordenar de aqueill franca, & librement, a ſus proprias voluntades, en la forma, & manera, que a nos perteneZcia, & podiamos fazer, cambiando, o tranſportando, o ficiendo todo el bien, & vtilidad que daqueill podran al dicho Monaſterio, en qualquier manera. Et infra. *Supplicando tan humilment, & de coraçon, como podemos, a nueſtro muy Santo Padre el Papa, que conſiderando las cauſas, que a eſto fazer nos inducen, ſu Santidat deynne por contemplation nueſtra, hauer por agradable nueſtra preſent donation, & tranſport, & vnir la dicha Abadia al dicho Monaſterio, & Yglesia de Santa Maria de Yrach, & en eſto ſu dicha Santidat ſera cauſa de la multiplication del ſeruicio diuinal, que en el dicho Monaſterio ſe fara,* &c.

3. Poſt quam quidem Regis Caroli donationem, ad Ordinarium diœceſanum Pampilonenſem Abbas, & Conuentus præfati Monaſterij de Hyrache acceſſerunt dicentes, quod fructus, redditus, & Prouentus dicti Monaſterij propter guerrarum turbines, & mortalitatum peſtes, adeò fuerant imminuti, quod onera dicti Monaſterij non valebant commodè ſupportare; & ſupplicarunt, vt Parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis de Mendauia dicto Monaſterio, in perpetuum incorporare, annectere, & vnire dignaretur. Tunc Ordinarius eorum ſupplicationibus inclinatus, prædictam vnionem per ſequentium tenorem confecit. Videlicet

Nicolaus de Roncidiualis, Nuncius Apoſtolicus ad regendum, & adminiſtrandum in ſpiritualibus, & temporalibus Epiſcopatum Pampilonenſem. Et infra. Supplicantes, vt Parochialem Eccleſiam Sancti Ioannis de Mendauia dictæ diœceſis, quæ de Patronato laicali exiſtit, & ad id Patroni aſſenſus, pariter & conſenſus, vacantem ad præſens, per liberam reſignationem Sancty de LicanZu ipſius Eccleſiæ Rectoris, in manibus noſtris factam, dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & vnire dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, & de præmiſſis ſufficienter informati, præfatam Parochialem, ſic vt præmittitur vacantem, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, prædicto Monaſterio, auctoritate noſtra Ordinaria, in perpetuum incorporamus, vnimus, & annectimus: ita quod liceat per vos, vel procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum, auctoritate propria 4

Vide infra Deciſione 19. n. 4.

In his verbis tranſlata fuit cura animarum cũ omnibus iuribus Parochiæ in Monaſterium. Vide Deciſionem. Vbaldi. infra in 27. in princ.

propria apprehendere, ac fructus, redditus, & prouentus ipſius Parochialis Eccleſiæ, in vſus Abbatiæ, & Conuentus conuertere; reſeruata tamen de ipſius Eccleſiæ Parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus, pro Vicario ibidem inſtituendo, congrua portione, ex qua idem Vicarius valeat congruè ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſoluere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare. Datis Pampilonæ anno à natiuitate Domini Milleſimo, Quadringenteſimo Octauo, Indictione prima, Die vero Quinta Menſis Martij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Benedicti, diuina prouidentia Papæ 13. anno quarto decimo.

5. Poſtea tandem, ad inſtantiam dicti Monaſterij, prædictus Pontifex Benedictus, per ſuam Bullam Perpiniani datam, tertio idus Aprilis, anni ſui Pontificatus Quinti decimi, Archidiacono de Eguiarte, Eccleſiæ Pampilonenſis dignitati, & Canonico, verificationem narratiuæ commiſit, de hoc quod ex certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis, Parochialis Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia dictæ diœceſis fuerit eidem Monaſterio, auctoritate Ordinarij vnita. Et ſi de veritate illi conſtaret, prædictam confirmaret vnionem. Commiſſio autem, talis eſt. *Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus, ſi ita eſt, vnionem prædictam, ſicut proinde facta eſt, auctoritate noſtra approbes, & confirmes*, &c. Qua commiſſione per Archidiaconum præfatum admiſſa, & narratiua verificata, vnionem dictæ Eccleſiæ per Ordinarium factam, confirmauit in hac, quæ ſequitur forma.

Nos igitur Martinus Archidiaconus, & executor præfatus, &c. 6. *Quia per depoſitionem, & informationem plenariam per nos receptam, reperimus, quod fructus, redditus, & prouentus dicti Monaſterij de Trachio propter guerrarum turbines, & mortalitatum peſtes, quæ in iſtis partibus viguerunt, ſunt adeò diminuti, quod vix dicti Abbas, & Conuentus valeant onera dicti Monaſterij commodè ſupportare, ideò prædictam Eccleſiam de Mendauia eidem Monaſterio de Trachio auctoritate Ordinarij factam, vnitam fuiſſe reperimus. Idcirco nos Martinus Archidiaconus executor præfatus, auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, dictam vnionem de Eccleſia Parochiali de Mendauia, prædicto Monaſterio de Trachio auctoritate Ordinaria facta, reſeruata tamen de ipſius Eccleſiæ Parochialis fructibus, redditibus, & prouentibus, pro Vicario ibidem inſtituendo, congrua portione, de qua idem Vicarius valeat congruè ſuſtentari, Epiſcopalia iura ſoluere,*

Euidens ſignum vnionis ad menſam, iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia.

& alia onera ſibi incumbentia ſupportare, approbamus, & confirmamus, approbauimus, & confirmauimus, &c. Deinde cenſuras Eccleſiaſticas pronuntiamus cõtra omnes, & ſingulos, qui contra præfatam vnionem aliquid attentare præſumpſerint: clauſulamque irritantem addit. *Datis Pampilonæ ſub anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo nono, die vigeſima nona Iulij &c.*

Vnio iſtius Eccleſiæ quia munita eſt confirmatione Apoſtolica, non requirit aliam ſolemnitatem: Nec obiici poteſt defectus, Rota in *Cæſarauguſtana portionis del Caſtellar*. 27. *Iun.* 1631. Coram Merlino, ex Decian. *conſ.* 341. *num.* 12. Rol *conſ.* 96. *num.* 21. *lib.* 1. & Seraph. *deciſ.* 1027. *n.* 8. & *deciſ.* 1080. *num.* 6. Habetur à Tamburin. *tom.* 3. *la* 120. *deciſion.*

7. Hanc donationem, vnionem, & confirmationem quoad ſubſtantialia tantum hic inſeri duxi, ne nimis lectores inutiliter grauarem. Fuiſſeque ſuos effectus ſortitas, indubitatum eſſe debet. Primò, quia Monaſterium percepit, & percipit omnes fructus decimales debitos Parocho dictæ Eccleſiæ, à tempore donationis, & vnionis præfatarum vſque ad hodiernum diem. Conſtat ex actis cauſarum, quæ inter Monaſterium ex vna parte, & Vicarium, Beneficiarios & villam de Mendauia ex alia vertuntur in Curiis Epiſcopali, & Regiis Pampilonenſibus, ſuper poſſeſſione exercendi actus Parochiales in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Iegarda, Prioratu dicti Monaſterij, tam ex depoſitione omnium vtriuſque partis teſtium, quam ex confeſſione contrariæ. Et præter dictos communes fructus, percipit etiam dimidium tertiæ, quæ beneficiariis abſentibus detrahitur ratione ſeruitij, pro illis à beneficiariis reſidentibus impenſi, in executionem ſententiæ, quam ab Ordinario, hac de re, anno 1625. obtinuit.

Secundo, quia Abbas Monaſterij ſæpe Eccleſiam S. Ioannis de Mendauia viſitauit, aliquando in ſpiritualibus, & temporalibus ſimul, & aliquando tantum in ſpiritualibus, ſcilicet Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, Fontem baptiſmalem, & Sanctos oleos. In actis cauſæ coram Ordinario agitata, duplex publicum inſtrumentum habetur productum: primum de anno 1539. in quo refertur, quod illo in anno idem Abbas, *como Rector, y Adminiſtrador de la dicha Yglesia, como miembro, y filiacion, è vnion del dicho Monaſterio*, illam in ſpiritualibus, & temporalibus viſitauit. Fuitque dictum inſtrumentum per Notarium publicum Regalem confectum & ſubſcriptum, & approbatum, vti ex eodem appatet, per Vicarium, Beneficiarios, & gubernatores, vulgo *Alcalde, Iurados, y Regidores, y otros* 8.

y otros veZinos dictæ villæ, qui actibus dictæ viſitationis adfuerant.

9. Secundum inſtrumentum eſt de anno 1633. ex quo conſtat Dōnum Abbatem viſitaſſe Sanctiſſimum Altaris Sacramentum, Fontem baptiſmalem & Sacros Oleos quietè, & pacificè, cum aſſiſtentia Vicarij dictæ Eccleſiæ, & dictorum Miniſtrorum, ſeu Gubernatorum eiuſdem Villæ. Conſtátque de poſſeſſione viſitandi, in actis dictæ cauſæ coram Ordinario, ex teſtium depoſitione, fol. 282. 289. & 293.

10. Tertiò, quia Domnus Abbas, & in eius abſentia Præſidens Monaſterij liberè confert omnia beneficia Eccleſiæ Sancti Ioannis Baptiſtæ de Mendauia, tanquam illius Patronus, & Parochus, vti apparet ex literis, ſeu titulis collationum, ibi. *Y por que la colacion y prouiſion del dicho beneficio toca, y perteneze à nos, como Abad, que ſomos de la dicha Parochial de Mendauia*: Et infrà. *Vſando del derecho, y Patronato, que tenemos, nombramos por beneficiado de la dicha Yglesia Parochial de San Ioan de Mendauia à N. y le colamos canonicamente, por impoſicion de vn bonete el beneficio vaco*, &c. Et cum ſolis Domni Abbatis, ſeu Præſidentis titulis, apprehendunt prouiſi poſſeſſionem beneficiorum, & illa perpetuo vtuntur, abſque vlla Ordinarij, aut alterius depēdentia, aut approbatione, iuxta declarationem Congregationis Concilij relatam, à Garc. *de benefic. part.9. cap.3.*

Hic duo adnotanda veniunt. 11.
Primum, quod licet Parochiani præſentent Domno Abbati, aut Præſidenti ad aliqua beneficia dictæ Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia filios ſuos, & in eadem Parochiali baptizatos, prouiſio tamen, & collatio liberè omninò fit illis à Domno Abbate, & Præſidente. Tum ob ea, quæ diximus, *part.1. quæſt.3. §.4. de 4. modo acquirendi beneficia, n.3.* Tum, quia eorum præſentatio, cum non ſint Patroni, ſed Monaſterium, vt vidimus *in hac ſectione, num. 1. 2. & 10.* vim coactiuam habere non poteſt, maximè quia per viam petitionis illa fit, & admittitur ab Abbate, & Præſidente ad preces Parochianorum. Circa quod vide infrà, *ſectione 3. concluſ.2. numero 14.*

Secundum, quod adnotare libuit, eſt, quod in Eccleſia de Mendauia & in aliis Monaſterio Hyrachenſi, & aliis Monaſteriis vnitis, non ſolum ceſſat ius Præſentandi Vicarium, & Beneficiarios, etiam ſi illud, ex Papæ conceſſione, ſæcularibus competeret, ſed quod ceſſent etiam menſes reſeruati Summo Pontifici, ad effectum vt nemo præter ipſum, beneficia in præfatis menſibus vacantia, valeat conferre. Ita docet Laym. *lib.4. tract.2. cap.9. num.5.* licentiatus. 12.

Atqui

Ategui *in conſulto quodam* ſuper beneficio,ſeu portione Eccleſiæ de Arizala, de quo *infra q. 9. ſect.* 1. *num.* 4. quod ibi vide in Iure, & DD. fundatum & fuit deciſum à S.Rota in *Iacen.Vicaria* 29. *Ianuarij* 1616. coram Buratto,quam habes infra *Deciſ.* 2.& alia coram eodem *la* 23. *num.* 2. & in *Celſonen. Præceptoria*,coram Coccino, *infra la* 33.& 34.

13. Quartò conſtat donationem, & vnionem ſortitas fuiſſe effectus, quia Domnus Abbas,& Præſidens nominant Vicarium, qui cum ſola approbatione, & commiſſione Ordinarij Curam exercet: & pro huiuſmodi ſeruitio Monaſterium illi confert ſeptuaginta tritici menſuras, vulgo robos, & beneficij vnius,de menſa Abbatis dicti, fructus,prouentus, & diſtributiones, vti concordatum eſt anno 1577. Reuerendiſſimo Epiſcopo Pampilonenſe eodem anno confirmante. Facit *Deciſ.* quæ adeſt infra *la* 23.*n.* 6.

14. Quintò, quia Domnus Abbas præfatus,tamquam Abbas, & Curatus,ſeu proprius Parochus Parochialis S. Ioannis de Mendauia in illa Parochialem Miſſam dixiſſe,& alios actus Parochiales exercuiſſe conſtat, ex depoſitione ſex teſtium per Monaſterium productorum in cauſa de qua ſupra *num.* 7. ex vnoque & altero teſtimonio publico ſimiliter per Monaſterium producto. Primum continet quod die 29. Iunij 1647. dixerit Miſſam maiorem ſeu popularem. Secundum vero,quod anno 1648. Capitulum cum Vicario, & Beneficiariis celebrauerit.

Ex quibus omnibus fit manifeſtum, vnionem Eccleſiæ Sancti Ioannis Abbati, & Conuentui Hyrachenſi factam, ſortitam fuiſſe ſuum effectum extitiſſeque, & nunc quoque exiſtere in debita obſeruantia: quæ etiam præſumere facit iuſtificationem eiuſdem Vnionis, concurrente longiſſimi temporis lapſu. Pro quibus facit Rota, *in Mindonien.* coram Zarate, 3. *Martij* 1653. quam inuenies *infra la* 29. 15.

SECTIO II.

Proponitur ſententia contraria quæſitum negans.

His igitur, quæ in tribus præcedentibus ſectionibus, præmiſſis, ad quæſtionis propoſitæ reſolutionem, propius accedamus. Prima in hacque ſententia eſt, Domnum Reuerendiſſimum Abbatem Monaſterij Regalis de Hyrache non eſſe verum Rectorem, & Parochum Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis Villæ de Mendauia, nec licere illi vlla Sacramenta Parochianis dictæ Eccleſiæ miniſtrare, aut aliquem in illa actum exercere parochialem,niſi obtenta licentia 1.

licentia Vicarij eiuſdem Eccleſiæ, vel Ordinarij loci:

2. Hanc quidem tenuit Illuſtriſſimus Reuerendiſſimuſque Dominus Doctor, D. Ioannes Queypo de llano, Epiſcopus Pampilonenſis, qui in actu viſitationis præfatæ Eccleſiæ, ſic illam, tertia Decembris, anni 1640. die, firmauit, ſtabiliuitque in hunc, qui ſequitur modum.

3. *Primeramente, por hauer entendido en la viſita, que ſu Illuſtriſſima haze en eſta villa, que algunos Religioſos del Monaſterio de Hyrache veniendo a eſta villa han pretendido viſitar el Sanctiſſimo Sacramento, y la Pila, y hazer en la Ygleſia otros actos Parochiales, con pretexto, y fundamento que la Abadia deſta Ygleſia eſta vnida al dicho Monaſterio de Hyrache: la qual pretenſion es iniuſta, y contra todo lo que eſta diſpueſto por los ſagrados Canones, y Concilios, por lo ſiguiente.*

4. *Lo vno, por que la vnion de la dicha Abadia no pudo dar al Monaſterio de Hyrache ni a ſus Religioſos mas derecho del, que tenia el Abad que era Clerigo ſeglar, antes de la vnion. Por que es cierto, que el Abad de eſta Villa era el Parocho de eſta Ygleſia, y el que gozaua la metad de los frutos de ella, que por los ſagrados Canones que ſe refieren el Decreto, y en las Decretales, ſe diuidieron los frutos de las Ygleſias, en quatro partes, y la vna ſe aplico al Obiſpo, que es el Quarto, que oy goza, y la otra ſe aplico a la fabrica, que es la Primicia, y las otras dos partes ſe diuidieron igualmente entre los Clerigos, y los pobres; y en eſta Ygleſia, ambas partes ſe aplicaron al Parocho, con carga de que diſtribuyeſe a los pobres ſu parte. Y por hauer llegado eſta Villa a mucho numero de vezinos, y allarſe el Parocho impoſibilitado de adminiſtrar los Sacramentos a todos, y cumplir con los officios Parochiales, con authoridad del Obiſpo fundo los Beneficios, que oy tiene eſta Ygleſia, y de los fructos, que le tocauan, ſe dio la metad a los Beneficiados, y el ſe quedo con la vna de quatro partes. Y ſiendo eſte Parocho, ò Abad de eſta Ygleſia Clerigo ſeglar, eſte beneficio Parochial, ſe annexo al Monaſterio de Hyrache. Y a ſi como el Parocho ſeglar no tenia Iuridicion para viſitar eſta Ygleſia, ni el Sanctiſſimo Sacramento, ni la Pila, por que el derecho de viſitar, es Iuridicional, y de Iuridicion Eccleſiaſtica, y eſpiritual, la qual no tiene Parocho alguno, ſiendo a ſi, que por la vnion, no ſe pudo transferir en el Monaſterio mas Iuridicion de la que tenia el Parocho ſeglar, ſin fundamento pretenden los Religioſos la viſita arriba dicha: y el pretender vſurpar la Iuridicion del Obiſpo, con graue pecado, y eſcandalo, pues conocidamente intentan tomar, lo que ſaben, que no es ſuyo, ni pertenezen, ni puede pertenezer. Y la vſur-*

pacion de eſtas Iuridiciones eſta prohiuida a ſi a ſeglares, como a los Eccleſiaſticos por los ſagrados Canones, y el Santo Concilio de Trento, y por la Bulla in Cœna Domini. Y a qualquier Religioſo, que para a delante lo intentare con efecto, le declara ſu Illuſtriſſima por deſcomulgado, y por incurſo en la Bulla in Cœna Domini: y mando al Vicario y Beneficiados de eſta Villa pena de excommunion mayor, que lo declaren portal, en las Miſſas populares, y lo tengan portal, y lo euiten de los officios diuinos haſta que trayga abſolucion de Roma.

Sed vt ſcias velim, non poſſe Epiſcopum declarare excommunicatum Regularem tranſgreſſorem alicuius legis, propter quam impoſita eſt excommunicatio, ſiue à iure ſiue ab homine, niſi hoc ſit illi ſpecialiter conceſſum: docet Lezana, *tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 15. ex Nauar. *lib.* 5. *conſil. de ſent. excommun. conſ.* 2. *num.* 2 & Rodriq. *tom.* 2. *quæſt. Reg. quæſt.* 77. *art.* 7. ex *Clem.* 2. *de pœnis.*

Qui tamen Doctores intelligendi ſunt reſpectu Regularis, exempti ab Epiſcopi iuriſdictione. Monachos autem Benedictinos eſſe exemptos non ſolum ab Epiſcopis, ſed & à Nunciis Apoſtolicis & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos, notorium eſt. Vnde Rota in vna *Venetiarium, ſeu nullius decimarum, Ven.* 15. *Nouembris* 1602. coram Coccino, inter eius impreſſas *la* 83. oppoſita nullitate contra ſententiam à Nuncio contra Monachos pronuntiatam, decidit. *Nullitas erat clara, quia Nuncius non habebat iuriſdictionem in Monachos Sancti Benedicti. Quorum Monaſteria per priuilegium Eugeny 4. & aliorum Romanorum Pontificum ſunt exempta ab omni iuriſdictione Legatorum Apoſtolicorum, & Nunciorum, & immediatè ſunt Apoſtolica ſedi ſubiecta. Quæ priuilegia pluries fuerunt canonizata, vt in cauſa Burgen. Iuriſdictionis, 20. Decemb. 1596. coram bo. me. Orano, & in cauſa Piſcien. ſeu nullius, 7. Martij 1582. coram bo. me. Gyptio.* Hæc ibi, *n.* 1.

5 *Demas, que como eſta vnion ſe hizo acceſoria al Monaſterio de Hyrache, el titulo, y derecho de eſta Abadia, ſe extinguio, y ſuprimio, y lo que puedo en el Monaſterio, no fue mas que la vtilidad, y derecho de lleuar los diezmos, que lleuara antes el Parocho. De manera, que lo que antes de la vnion era beneficio Eccleſiaſtico, comenzo deſpues de la vnion a ſer vn predio, como bina, ô heredad, ô cenſo, ô tributo del Monaſterio ſobre los frutos decimales de eſta Ygleſia. Y en efecto deſpues de la vnion es como ſi vna bina de eſta Yglesia, ſe la hubieſſen agregado al Monaſterio. Y an ſi todo el derecho Parochial abſolutamente conſiſte en el Vicario, y el lo reciue del Obiſpo, ſin dependencia alguna del Monaſterio. Y a ſi el derecho de predicar, y confeſar,*

confeſar, y adminiſtrar los Sacramentos al pueblo, reſide priuatiuamente en el Vicario ſin dependencia de perſona alguna mas que de el Obiſpo.

6. *De lo qual ſe ſigue, que el Matrimonio hecho en eſta Parochia en preſencia del Abad, ò Religioſo del Monaſterio de Hyrache, es nulo, por no eſtar el Parocho preſente. Y ſe ſi que tambien, que ſi algun Abad, ò Religioſo, ſe intrometiere a adminiſtrar los Sacramentos en eſta Parochia, que les eſtan prohiuidos por la Clementina primera de Priuilegios incidira en la excommunion Papal, que en ella ſe pone. Ni puede Religioſo alguno del dicho Monaſterio predicar, ni confeſar, ni exercer officio Parochial en la dicha Ygleſia ſin licencia del Vicario, ò del Obiſpo.*

Quod quidem decretum minimè obſtare poteſt Monaſterio, quia decreta; & ſententiæ non afficiunt non citatos. Rota in *Veronen. Iurium Parochialium* 3. *Martij*, 1629. coram Virile, quam habes *infra la* 26. Vide ibi *n.* 1.

7. Hæc omnia præfatus Illuſtriſſimus Dominus Epiſcopus Queypo decreuit, & ſubſcripſit. Sed vt illis fiat ſatis, maiori qua poſſim diſtinctione, operę prætium duxi, eius Doctrinam, ad ſequentes reducere propoſitiones. Omitto illas: *La qual pretenſion es iniuſta. Y el pretender vſurpar la Iuridicion del Obiſpo, con graue pecado, y eſcandalo, pues conocidamente intentan tomar lo que no es ſuyo, ni perteneze ni puede pertenezer.* Quia illarum diſcuſſionem, ad Dominum, & Iudicem omnium, qui iudicaturus eſt viuos, & mortuos, ea qua poſſum animi demiſſione, libenter mitto. Reliquas vero, claritatis gratia, libuit hoc proponere ordine.

Prima igitur ſit. *Eccleſia S. Ioannis de Mendauia habuit olim Clericum ſæcularem, Rectorem, & Parochum.* 8 Illā admittimus ſect. 4. num. 1.

Secunda. *Præfatus Parochus percipiebat fructus decimales ſibi ex Sacrorum Canonum diſpoſitione debitos, propter Officium, ſcilicet, Parochiale.* 9. Illā admittimus ſ. 4. num. 1.

Tertia. *Parochus iſte ſæcularis, non habebat iuriſdictionem ad viſitandum dictam Eccleſiam, nec Sanctiſſimum Sacramentum, nec Fontem baptiſmalem.* 10. Sub diſtinctione illam admittimus ſ. 4. num. 2.

Quarta. *Nullus Parochus iuriſdictionem ad viſitandum Eccleſiam, S. Sacramentum, nec fontem habet.* 11. Sub eadem diſtinct. vbi ſupra.

Quinta. *Vſurpatio huiuſmodi iuriſdictionis, ſæcularibus, & Eccleſiaſticis, prohibita eſt tam per ſacros Canones, quam per Tridentinum Concilium, & Bullam in Cœna Domini, ſub excommunicationis latæ, ſententiæ pœna.* 12. Illi fit ſatis ſ. 4. n. 3. 4. & 5.

Sexta. *Poſtea tamen, hoc beneficium Parochiale, & Abbatia huius Eccleſiæ fuit acceſſoriè vnita, & annexa Monaſterio de Hyrache, & Titulus, iuſque dicta Abbatia de Mendauia* 13. Admittimus illam ſ. 4. n. 1. modo ibi explicato.

dauia ſuppreſſus, & extinctus fuit per huiuſmodi acceſſoriam vnionem.

14.
Sect. 4. n.6. negatur, & quare.
Septima. *Ex vnione prædicta nihil aliud Monaſterium acquiſiuit quam ius percipiendi decimas, quas ante vnionem percipiebat Parochus ſæcularis.*

15.
Quo in ſenſu illam admittamus, ſ.4. num. 7.
Octaua. *Quod ante vnionem, beneficium erat Eccleſiaſticum, poſt illam eſſe prædium incæpit, ac ſi vinea eſſet, cenſus, aut tributum Monaſterij ſuper fructus decimales dictæ Eccleſiæ, non aliter, ac ſi vinea aliqua illius, aggregata fuiſſet Monaſterio.*

16.
Illam negamus ſ.4. n. 8. & quare.
Nona. *Vnio Abbatiæ de Mendauia, Monaſterio de Hyrache, & ſuis Religioſis, amplius dare non potuit iuris, quam habebat Abbas Clericus ſæcularis, ante ipſam vnionem: nec per illam in Monaſterium potuit alia ampliorve Iuriſdictio, quam ſæcularis Parochus habebat, transferri.*

17.
Omnino illam negamus ſ.4. n 9. ob fundamenta ibi tacta.
Decima. *Totum ius parochiale Eccleſiæ de Mendauia abſolutè, & priuatiuè reſidet penes Vicarium ſine dependentia vlla ab aliquo alio, quam ab Epiſcopo: & ſic ius concionandi, audiendi confeſſiones, & Sacramenta populo miniſtrandi, priuatiuè apud illum reſidet. Ex qua alias, dictus Dominus Epiſcopus, propoſitiones deducit, ſuntque quæ hic ſequuntur.*

18.
Sect. 4. n. 10. illam negamus. & quare.
Vndecima. *Matrimonium, in dicta Parochia celebratum coram Abbate, aut Religioſo Hirachenſi, nullum eſt, ob defectum præſentiæ Parochi, aſſerit.*

Duodecima. *Abbas, aut Religioſus aliquis ſi ſe in adminiſtrationem Sacramentorum Vnctionis extremæ, & Euchariſtiæ in dicta Parochia intromiſerit, in Excommunicationem Papalem incidet, in Clementina 1. de Priuilegiis promulgatam.* 19.
Illam etiam negamus ſ.4. n. 11.

Tertia-decima. *Nullus Religioſus dicti Monaſterij poteſt in dicta Eccleſia, ſine Vicarij, aut Epiſcopi licentia, conſcionari, confeſſiones audire, aut Parochialem actum, ſeu officium exercere.* 20.
Illã improbamus ſ.4. num. 11.

Hæc omnia Illuſtriſſimus Dominus Queypo, cuius ſententiam tenuiſſe videntur Rebuff. in Praxi beneficiorum, *tit. de Vicariis perpetuis, num.* 1. Azor, part. 2. Inſtit. Moral. *lib.* 6. *c.* 29. *quæſt.* 1. Trullench, tract. de Parocho *cap.* 15. *dub.* 2. *num.* 3. *& dub.* 3. *num.* 2. quatenus docent, quod quando vnio fit acceſſoriè, in beneficio vnito relinqui ſolet Vicarius perpetuus, qui illi deſeruiat: & is qui habet beneficium vnitum, non poterit illi deſeruire per ſe inuito Vicario perpetuo. Hæc Rebuff. & Azor loco cit. Sed ipſemet, & Trullench. addunt, ille *lib.* 3. *eiuſdem* 2. *part. c.* 6. *quæſt.* 2. verſ. *Quærat*, Trullench. vero locis citatis, toties debere auctoritate Epiſcopi Vicarium perpetuum inſtitui, quoties Eccleſia Parochialis, ſeu beneficium Parochiale curam habens animarum, 21.

alicui

alicui alteri Eccleſiæ, vel Collegio Canonicorum, Seminario Clericorum, vel Cœnobio Monachorum, vel Academiæ, Hoſpitali, aut alteri denique loco pio fuerit annexum, & vnitum, Præbendæ, vel Dignitati. Et expreſsè docent Azor, & Trullench, quod quando inſtituitur Vicarius perpetuus, aufertur à Rectore principali cura animarum actualis, ita vt nec debeat, nec poſſit per ſe ipſum Sacramenta miniſtrare: & transfertur in Vicarium perpetuum, inquiunt.

22. Iſta ſententia videtur probari primò, ex *Cap. de Monachis*, 12. *de Præbend. & dignit.* vbi ſtatuitur, vt *nullus Vicarius à Monachis præſentatus, ab Epiſcopo recipiatur, niſi tantum ei de prouentibus Eccleſiæ coram Epiſcopo fuerit aſſignatum, vnde iura Epiſcopalia poſſit perſoluere, & congruam ſuſtentationem habere*: ſed ſic eſt, quod Vicarius Epiſcopo præſentatur, vt ab illo canonicè inſtituatur in Vicaria ergo cum inſtitutio ſit perpetua, omnis Vicarius Monachorum perpetuus, erit. Ac per conſequens penes Vicarium erit Cura animarum, & non penes Monachos.

Fit illi ſatis ſ. 4, num. 14.

23. Secundò probatur ex *Cap. extirpandæ*, § *Qui vero* el 30. *eod. tit.* Vbi ſtatuitur, quod ſi Eccleſia Parochialis Præbendæ, aut dignitati ſit annexa, qui talem habet Præbendam, aut dignitatem, cum oporteat eum in maiori Eccleſia deſeruire, in ipſa Parochiali Eccleſia idoneum, & perpetuum habeat Vicarium, canonicè inſtitutum, qui congruam habeat portionem de ipſius Eccleſiæ prouentibus. Ergo in omni beneficio acceſſoriè vnito perpetuus Vicarius conſtitui debet, in quem Cura Parochialis beneficij transferatur: ac per conſequens nulla in illa parochialia exercere valebit, qui vnitam acceſſoriè illam habet ſuæ dignitati, niſi de licentia Vicarij: alias illa duos ſimul Parochos immediatos haberet, quod ita abſurdum eſſet, ſicut ſi vxor duos viros haberet.

Explicatur ſ. 4. n. 15.

Tertiò probatur ex *Cap. In Lateranenſi*, *eod. tit.* & 31. & *cap. Cum & plantare*, §. *In Eccleſiis vero*, 3. *de Priuilegiis*. In vtroque enim definitur, quod Regulares in Eccleſiis, quæ ad ipſos iure pleno non pertinent, iuxta Concilij Lateranenſis ſtatuta, Epiſcopis inſtituendos repræſentent Presbyteros, vt illis de plebis cura reſpondeant; ipſis, vero Regularibus, pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem: & quod inſtitutos, remouere non audeant, Epiſcopis inconſultis. Ex quibus apparet manifeſtè, Vicarios Eccleſiarum Monachorum, perpetuos eſſe, & penes illos, & Epiſcopos ſolum reſidere animarum curam; penes Monachos autem temporalia tantum: ſeu ius, vt de illis ratio per Vicarios exhibeatur. 24.

Sect. 4. n. 16. vera eius intelligentia oſtenditur.

Quartò probatur ex *Cap. ſuſcepti Regiminis* 1. *de Præbend. &* 25.

Senſus genuinus illius demõſtratur *ſect.* 4. *n.* 17.

dignitat. lib. 6. etiam ſtatuitur vt diœceſani non recipiant vllum ad præſentationem Religioſorum ad aliquam Eccleſiam, niſi tantum de prouentibus ipſius Eccleſiæ coram eis fuerit aſſignatum, vnde Iura Epiſcopalia poſſint ſoluere, & ipſi Rectores congruè ſuſtentari valeant.

Explicatur *ſect.* 4 *n.* 18.

26. Quintò probatur ex *Cap. Presbyteri,* vnico *de Capell. Monachor. lib. 6.* in quo decernitur Vicarios Eccleſiarum Monachorum, perpetuos eſſe debere, & ab ipſis Monachis remoueri non poſſe, ſed ab Epiſcopo.

Sect. 4. *n.* 19. interpretatur, & 20.

27. Sextò ex *Clementina, Quia Regulares* vnica *de ſupplenda neglig. Prælat.* Ibi enim definitur, quod ſi Prælati Regulares negligẽtes fuerint in diſponendo de Eccleſiis vacantibus, & ad eorum diſpoſitionem ſpectantibus, intra terminum à Lateranenſi Concilio præfixum, deuoluatur ad Ordinarium earum prouiſio, quod vtique ad perpetuitatem ſpectat.

Vera illius intelligentia oſtẽditur *ſ.* 4. *n.* 21.

28. Septimò, ex *Clement. Quæ de Eccleſiis,* vnica *de officio Vicarij,* vbi Vicaria beneficio curato æquiparatur: & cum alio beneficio curato incompatibilis decernitur. Quod denotat eſſe quid perpetuum, & quod curam habeat ex officio.

Quomodo debeat intelligi, dicitur *ſect.* 4. *n.* 22. & 23.

29. Octauò, ex *Clement. Ne in agrro Dominico, §. Cæterum, de ſtatu Monachor.* vbi ſtatuitur quod in Eccleſiis curam animarum habentibus, vnitis, Prioratibus, & Monaſteriis, debet poni Vicarius, qui ſit viginti quatuor annorum, & intra annum ordinetur, ſicuti quilibet alius Parochus: & collationem debet ab Epiſcopo accipere. Quod omne denotat, Vicarias illarum Eccleſiarum, Prioratibus, Monaſteriiſque vnitarum, eſſe beneficia, ac per conſequens perpetuas.

Quomodo debeant intelligi, oſtenditur *ſect.* 4. *n.* 24. & 25.

Nonò probatur ex *Cap. Sanè el 6. 16. quæſt. 2.* in quo Vrbanus Papa Secundus ſtatuit, nec in Parochialibus Eccleſiis, quas tenent Monachi, abſque Epiſcoporum conſilio Presbyteros (hoc eſt Vicarios) collocent: Sed Epiſcopi Parochiæ curam cum Abbatum conſenſu Sacerdoti committant, vt eiuſmodi Sacerdotes de populi quidem Cura Epiſcopis rationem reddant; Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monaſterium pertinentibus, debitam ſubiectionem exhibeant. Et *Cap. Statuendum,* immediatè ſequenti idem Sanctiſſimus Pontifex ſtatuit, vt Eccleſiæ quorumcumque Monachorum, Epiſcoporum, vt decet diuinitus ſubdantur regimini, eiſque debita obſequia exhibeant. Ex quibus videtur ſequi, penes Epiſcopum, & Vicarium ab ipſo inſtituendum, reſidere curam animarum; penes Abbatem vero temporalia emolumenta. 30.

Illi ſit ſatis *ſ.* 4. *n.* 26. cũ quatuor

Decimò ex Tridentino Concilio, *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. decernente beneficia Eccleſiaſtica curata Cathedralibus, Collegiatis, aut aliis Eccleſiis 31.

cleſiis

ſequentibus. clesiiis vel Monaſteriis vnita, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur, qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios, etiam perpetuos ab eiſdem, tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipſorum Ordinariorum portione, etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur. Quod vtique decretum comprehendit quæcumque Monaſteria, & quaſcumque Eccleſias Parochiales ipſis, & eorum menſis vnitas, vti docet Barboſa de Poteſt. Epiſcopi, *part. 3. allegat. 72. num.* 190.

32. Reſpõdetur illi *ſect.* 4. *num.* 31. Vndecimò probatur ſententia negatiua Quando Patronus concedit Eccleſiam Domui Religioſæ, non plus iuris habet acceptor, quam dator, gloſſa in titulum 16. *q.* 2. verſ. *de Capellis.* Sed Monaſterium Hyrachenſe Eccleſiam de Mendauia à Patrono laico, Rege ſcilicet Carolo Tertio accepit. Ergo non habet in illa plus iuris, quã habuit ipſe Rex. Sed Rex nullum ius ſpirituale habebat in dicta Eccleſia, ſed merum laicum Patronatum, quem per Parochianorum obtinuerat donationem. Ergo nec Abbas, aut Monaſterium, aliud ius in illa habent. Ergo non eſt illius Parochus, nec poteſt in illa vlla Sacramenta miniſtrare, aut Parochiales actus exercere, niſi obtenta à Vicario eiuſdem Eccleſiæ, aut ab Epiſcopo ad id licentia.

Confirmatur ex *Regula* 79. *Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur.* de Regul. Iur. *lib.* 6. 33. Satis illi fit loco cit.

Duodecimò probatur. Monachi incapaces ſunt beneficiorum ſæcularium, etiam parochialium, ſeu curam animarum perſonarum ſæcularium habentium. *Capit. In Eccleſiis, el.* 1. *de Capell. Monachor. Cap. Placuit, el* 1. *Cap. Placuit,* 8. *Cap. Interdicimus,* 10. *Cap. Iuxta el* 11. 16. *q.* 1. Paulus Quartus, anno 1588. Conſtitutione. *Poſt quam diuina bonitas*, la 14. apud Cherubinũ *tom.* 1. vbi §. 2. *Quamobrẽ*, priuat Regulares omnes omni beneficio Eccleſiaſtico, etiã curato, *ac de illa, & alia quæcũque, & qualiacumq; in poſterum obtinenda perpetuo*(inquit)*in habilitamus*, &c. Et Sacra Congregatio Cardinalium, de mẽte Greg. XIII. ſic declarauit. *SS. D. N. Greg. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minus beneficium Curatum ad tempus.* Clemens Item VIII. in Conſtit. 40. *Nullus omnino* §. 19. ſic decreuit. *Ineatur ratio, qua ſublatis licentiis, ac facultatibus hactenus quibuſcumque conceſſis, degentes extra Conuentus clauſtra, ad ea quamprimum reuocentur, nec de cætero, niſi ex grauiſſima cauſa à Sede Apoſtolica probanda, huiuſmodi facultates concedi poſſint.* Quam quidem 34. Soluitur, *ſect.* 4. à *n.* 34. Sed ſufficiat *n.* 4. videre.

quidem Conſtitutionem Vrbanus quoque VIII. confirmauit conſtitutione ſua 10. apud Bullar. Cherubini.

SECTIO III.

In qua vera ſententia affirmatiua firmatur.

1 OMnibus tamen dictis non obſtantibus reſolutoriè aſſero, Reuerendiſſimum Domnum Abbatem Regalis Monaſterij Sanctæ Mariæ de Hyrache, & eius Præſidentem fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores, & Parochos Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis Baptiſtæ Villæ de Mendauia: illiſque licuiſſe, & licere Sacramenta Parochianis præfatæ Eccleſiæ miniſtrare, illorumque Matrimonia ſua præſentia authorizare, & benedicere: omniaque alia, & ſingula iura veris, & legitimis Parochis debita, nomine proprio, ex officio & iure ordinario exercere: ac proinde nulla obtenta, nec petita quidem à Vicario dictæ Eccleſiæ, aut à Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Pampilonenſi territorij Epiſcopo licentia, & habere Curam dictæ Eccleſiæ non ſolum habitu, ſed ſimul in actu, & in exercitio. Vicarium autem præfatum, ſolum habere exercitium Curæ, amouibileque ad ipſius Domni Abbatis, ſeu Præſidentis nutum.

Plura quidem hæc noſtra continet reſolutio, quorum quodlibet, ſuas exigit ſpeciales probationes. Quare vt cuilibet, ſuæ expeditius, maiorique cum claritate tribuantur, hanc reſolutionem in ſequentes duxi, concluſiones diſtribuere.

PRIMA CONCLVSIO.

2. Vicarius Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, non eſt illius Parochus, nec habet curam animarum, ſed ſolum exercitium eius, ad nutum Domni Abbatis, vel Præſidentis Monaſterij de Hyrache reuocabile.

3. Primam partem huius concluſionis admittit Ioan. Ægid. Trullench, tract. de Parocho, *cap.* 15. *dubio* 3. *num.* 2. vbi dicit Vicarium etiam ſi perpetuus ſit, nec eſſe, nec dici poſſe Rectorem. & conſequenter nec Parochum verum dicere debet, cum eadem prorſus res, per quodlibet iſtorum nominum, quæ ſynonyma ſunt, exprimatur. Expreſsè illam docet Pax Iordanus volum. 2. de beneficiaria, *lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 63. 64.

4. Quod vicarius non ſit Parochus, Probatur primò. Vicarius Eccleſiæ de Mendauia non habet beneficium Parochiale illius. Ergo non eſt illius Parochus, nec habet curam animarum in illa. Conſequentia patet, quia nemo eſt, nec dici poteſt verus Parochus, nec habere curam animarum, niſi ratione beneficij.

beneficij Parochialis. Antecedens vero probatur. Vicarius non percipit fructus beneficij Parochialis de Mendauia. Ergo non habet huiuſmodi beneficium. Antecedens admittitur ab Illuſtriſſ. Domino Epiſcopo Queypo. ſupra *ſect.* 2 *n.* 4. vbi addit hoc beneficium fuiſſe Monaſterio de Hyrache annexum, *& num.* 5. etiam aſſerit ius percipiendi decimas ad Parochum pertinentes in Monaſterium tranſiuiſſe. Et patet illas percepiſſe, & hodie percipere, ex dictis *ſect.* 1. *num.* 7.

5. Conſequentia autem vltima probatur, quia beneficium ſine fructibus, non eſt beneficium, vt bene Viuianus in Praxi Iuriſpatron. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 210. docet ex Abbate in *Cap. de multa, de conceſſ. Præbend.* Nam ſicut corpus ſine anima, non eſt, nec dicitur homo, ſed cadauer, ita beneficium ſine redditibus non poteſt dici beneficium. *Cap. ſi quis obiecerit*, 1. *q.* 3. Ex quo fit, quod Vicarius temporalis, non ſit beneficiarius. Barboſa, de Poſt.Epiſc. *p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 146. *&* 147. ex Garcia de beneficiis, *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 93. Valer. Reginald. in Praxi, *lib.* 10. *tract.* 1. *cap.* 8. *ſect.* 4. *n.* 53. Trullench, loco cit. *dub.* 7. Azor, Inſtit. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 5. *&* 6. Pax Iordanus, volum. 1. de Re Sacra *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 94. *fol.* 196. qui ait ex Gonzal. *Reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 35. *& ſeqq.* ex Rebuff. in Praxi. *tit. de diſpenſ. ratione ætat.* verſ. *earum*, *num.* 14. & ex Garc. loco cit. Vicariam mouibilem non eſſe beneficium Eccleſiaſticum, ſed ſimplex ſalarium, ſiue ſtipendium. Ludou. Bellus, in Conſil. poſthum. *conſ.* 87. *num.* 2. & addit. *Ideoque ad ordines ſacros qui ſub eorum titulo* (ſcilicet beneficiorum manualium, & Vicariæ temporalis,) *promoueri non poteſt.* Ita ille ex Garc. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 39. & ex Blayn. *fol.* 311.

Secundò. In Eccleſia vnita nemo intitulatur, ſupra part. 2. quæſt. 6. num. 6. Sed Eccleſia Sancti Ioan. de Mendauia vnita eſt Monaſterio de Hyrache *ſect.* 1. *num.* 4. *&* 6. & hic *num.* 4. Ergo in illa nemo intitulatur, ac per conſequens nec Vicarius. 6.

Tertiò, Vicarius temporalis, Eccleſiæ Parochiali præfectus, non habet curam, ſed tantum eius exercitium, vti dictum eſt, & docet Rebuff. in Praxi beneficior. *p.* 2. *tit. de non promotis intra annum*, *n.* 63. ibi: *Si duo, vel plures præficiantur ad Eccleſiam Parochialem, & neutri eorum ſit commiſſa* (hoc eſt translata) *cura; tunc licet vterque Confeſſiones audiat, baptizet, & alia, quæ ad curam ſpectant faciat, tamen in eis non habebit locum dictum Cap. licet Canon.* & idem dicit Maſcard. de Probation. volum. 1. *concl.* 469. *num.* 5. & addit: *neque text. in Cap. De multa, de Præbend. quia quemadmodum humana* 7.

Z *Sponſa*

Sponſa duos coniuges habere nequit eodẽ tempore, Cap. 1. *de Sponſa duorum, ſic & ſponſa diuina, quæ eſt Eccleſia, plures Clericos ſponſos, qui eiuſdem curam, eodem tempore habeant, non poteſt habere. Cap. Cum non ignores, de Præbend. & cap. Sicut in vnaquaque* 21. *q.* 2. & rationem reddit Remenſe Concilium, in hoc *Cap. Sicut* &c. *quia Eccleſia Chriſti vxor, & ſponſa debet eſſe non ſcortum.* Et rurſus Rebuffus, *num.* 66. ſic fatur, *Si vero Collegium Committat vnum ad tempus, etiam ille non erit Curatus, ſed Vicarius temporalis, apud quem non erit Cura, per not. in Cap. Cum ex eo, de elect. in* 6. *gloſſa in Extrau. Execrabilis Ioan.* 22. Viuianus etiam in Praxi Iuriſpatr. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 41. ſic ait. *Non dicitur beneficium curatum, quod non habet curam perpetuam ſed temporalem.* & citat Ioan. Andre. *Cap. de liberatione, num.* 1. *de Offic. leg. lib.* 6. Abbat. *Cap. de multa, num.* 33. *de Præbend.* Hojed. de beneficio compatibilit. & incompatibilit. *cap.* 4. *num.* 52. Benedictus item de Capra, apud *tom.* 1. *com. Opin. fol. mihi* 487. ſic ait. *Beneficium curatum vt ſit, atque cadat ſub conſtitutione Capituli De multa de Præbend. & Extrauag. Execrabilis, eod. tit. non ſat eſt quod curam habeat temporalem, ſed requiritur quod habeat perpetuam.* Deciſumque expreſsè habemus per Rotam, *In Parochiali S. Ioannis de Stella* in fauorem Monaſterij de Hyrache & Abbatis, & Præſidentis eius, Coram Seraphino, *anno* 1598. *en la* 1304. & in vna, & altera *Vlisbonen.* 2. *Decembr.* 1605. coram Litta & docent alij, quos in parte tertia De Iuribus Parochi quæſt. 12. refero. Tum ſic. Sed Vicarius Parochialis Eccleſiæ de Mendauia eſt temporalis. Ergo non habet curam illius, ſed tantum eius exercitium. Hæc minor patet ex Scriptura Concordiæ de anno 1577. de qua *ſect.* 1. *num.* 13. & ex duplici inſtrumento, inuento in libro antiquo viſitationum Eccleſiarum Monaſterij per Notarium Regium teſtificato, vnum quod de anno 1539. fol. 20 & alterum de anno eodem 1539. *fol.* 25.

Quartò probatur cõcluſio. Omnis collatio, aut inſtitutio habentis curam animarum, debet neceſſariò fieri per concurſum, ex definitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. & Pij Papæ Quinti in Cõſtitutione, quæ incipit *In conferendis*, ſub die 15. Kal. Aprilis 1566. & ex declarat. S. Cong. in *Placent.* quam affert Pax Iordan. *volum.* 2. *de re beneficiar. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 32. Docentque Viuianus vbi ſupra *n.* 47. Barboſa, de Poteſt. Epiſcopi, *part.* 3. *allegat.* 58. *num.* 14. Iordan. loc. cit. & n. 430. Caſtrus Palaus, *part.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 3. *punct.* 5. *num.* 1. & communiter Doctores Theologi, & Canoniſtæ. Sed Vicarius de Mendauia ſine concurſu ab Abbate Hyrachenſi nominatur, 8

nominatur, & deputatur, & cum approbatione Ordinarij, examine Examinatorum Synodalium minimè præuio, & cum eiuſdem Ordinarij Commiſſione, & abſque vllo alio requiſito curam exercet. Ergo huiuſmodi Vicarius nec eſt verus Parochus, nec habet curam.

9. Quod ſi dicas, Ideo Vicaria de Mendauia per concurſum non confertur, etiam ſi beneficium ſit Parochiale, & curam habeat, quia Eccleſia illa fuit Monaſterio vnita. Parochialis enim Eccleſia quando ſubiecta eſt Monaſterio, aut annexa, vel de eius menſa, non confertur concurſu, vt docet Barboſa *n.* 31. Pax Iordanus, volum. 2. de re Beneficiaria, *lib* 10. *tit.* 8. *num.* 64. decidit Rota in vna *Barchinonen. Vicariæ*, 10. *Februar.* 1645. coram Corrado, & in altera Vicariæ vnitæ Cathedrali *Reatinæ* 28. *Iunij* 1647. coram Certo.

10. Hocequidem noſtræ ſententiæ ſolidiſſimum fundamentum eſſe, libentiſſimè fateor. Quare ergo in Eccleſiis vnitis Monaſterio non eſt concurſui locus, niſi quia ipſummet habet Eccleſiarum ſibi vnitarum curam? Nulla enim alia cauſa aſſignari valet, aut excogitari. Nullam vtique aliam expreſſam, vel inſinuatam quidem, apud Doctorum aliquem, me inueniſſe ingenuè confiteor, & hanc tradit Iordanus loco cit.

11. Quia vt ſæpe vidimus, maximè *part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 1. 2. *& ſeqq.* ille eſt effectus vnionis acceſſoriæ, vt Eccleſia, & beneficium vnitum maneat ſuppreſſum, & efficiatur prædium illius, cui fuit vnita: ita vt Rector illius cui facta eſt vnio, Rector ſit & vnitæ, & cura penes eum reſideat, quamuis actu exerceatur per Vicarium, ſiue temporalem ſiue perpetuum. Quia quoties in Vicarium tota cura non transfertur, non ſolum actualis, ſed habitualis, ſemper remanet cura penes principalem. Tota autem cura transferri non poteſt in Vicarium niſi per diſmembrationem: diſmẽbratio vero non compatitur cum vnione & ſic de primo ad vltimum dicendum, nullum Vicarium ad nutum, vel in perpetuum curam exercens in Eccleſia vnita, eſſe verum Parochum, nec curam animarum habere. Ac per conſequens nec Vicarium de Mendauia, qui eſt temporalis, & non in titulum Eccleſiæ, hucuſque ad menſam Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis vnitæ, cuius fructus parochiales integrè percipit Monaſterium.

Quæ doctrina ſatis manet probata ſupra *part.* 1. *q.* 2. *de diu. benefic. diu. ſ* 2. *num.* 15. *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 11. 12. 14. 15. 28. Sed ad maiorem abundantiam, ponderare libuit rationem, quam Sacra adhibuit Rota, ad decidendum Vicarias Eccleſiarum vnitarum, non debere per concurſum inſtitui. Ait enim, ad hoc vt ſit concurſui locus, 12.

non debere inſpici, an Vicarius ſit perpetuus, vel temporalis; ſed an ſit Eccleſia vnita quoad ſpiritualia, & temporalia, vel non: & conſequenter an totalis cura ſit in Vicarium tranſlata, an non. Si enim eſt, vt præfertur, vnita quoad ſpiritualia, & temporalia, quod ſemper fit quando vnio eſt ad menſam, (vt vidimus *part.2. quæſt.2. ad num.7. vſque ad num.28.*) non transferri in Vicarium totam curam decidit, 2. Decemb. 1605. de qua, & aliis diximus *part.1. q.2. de diuiſ. benef. diuiſ.2. nu.15. & ſeqq.* quas infrà inuenies

13. Et in præcitata deciſ. de anno 1605. ait Rota, quod ex eo quod Ordinarius, in inſtrumento erectionis, cuiuſdam Vicariæ in perpetuam, *erigere Eccleſiam in Vicariam perpetuam, & beneficium curatum, inferri non debet ad curæ tranſlationem in Vicarium, cum iſta verba optimè verificari poſſint ratione exercitij, & iuris adminiſtrationis Sacramentorum Vicario perpetuo incumbenti; Nec ex deputatione Vicarij perpetui Eccleſia deſinit eſſe de menſa.* Hæc ibi.

14. Quintò probatur concluſio. Quoties decimæ quæ dantur ratione curæ competunt alicui principali, aſſignata certa portione Vicario, cura non reſidet penes Vicarium, ſed penes principalem. Sed decimæ, quæ in Eccleſia competunt ratione curæ competunt Monaſterio de Hyrache, quod Vicario certam aſſignat portionem, vt dictum eſt. Ergo Vicarius de Mendauia penes ſe curam illius non habet. Maior propoſitio deciſa eſt à S. Rota in cauſa *Parochialis de Stella*, in fauorem dicti Monaſterij, 14. Decembr. 1598. coram Seraphino, *in Vliſbonen.* 2. Decembr. 1605. coram Litta. In alia *Vliſbon.* 13. Iunij 1607. & in alia *Vliſbon.* 1. Iunij 1615. illa coram Lancellotto, & iſta coram Remboldo, quæ adſunt infra, hoc ordine, *la.* 13. 7. 8. *&* 9.

Sextò probatur. Præſentatio Vicarij coram illo, cui Eccleſia eſt acceſſoriè vnita, eſt ſignum manifeſtum ſuperioritatis in principali, & inferioritatis, quoad curam, in Vicario, ita vt illa non ſit apud iſtum, ſed apud principalem vti deciſum à Rota coram Seraphin. Litta, & Lancellotto vbi numero præcedente: Sed poſt concordiam anni 1577. Parochiani de Mendauia Vicarium præſentant coram Domno Abbate de Hyrache, & Præſidente illius. Ergo Domnus Abbas, & Præſidens ſuperiores ſunt in cura, reſpectu dicti Vicarij de Mendauia, ita vt illa non apud ipſum Vicarium, ſed apud Domnum Abbatem, & Præſidentem ſit. 15.

Septimò. Nemo habet curam in Eccleſia illa, pro cuius ſeruitio, cogit alium, vt ſibi congruam augeat. Ita Rota in citata deciſ. coram Cardinali Seraphino. Sed pro 16.

Vicario de Mendauia, fuit coactus Domnus Abbas Hyrachenſis, ad augendam illi congruam, & de facto illam in concordia citata auxit. Ergo dictus Vicarius Eccleſiæ de Mendauia non habet in ea curam.

17. Octauò. Cura animarum, & beneficium curatum per mortem naturalem illam poſſidentis vacat. Principium eſt in re beneficiaria: definiturque non obſcurè, *in cap. Nulla, 2. de conceſſ. Præbendæ*, ibi. *Nulla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia Eccleſiæ tribuantur alicui, ſeu promittantur ante quam vacent: Ne deſiderare quis mortem proximi videatur in cuius locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum.* Et *cap. Suſceptum, de reſcript. in 6.* Garcia, *part.11. capite 2. nu.1.* Sed mortuo Vicario de Mendauia non vacat cura animarum illius Eccleſiæ, nec beneficium Parochiale illius. Ergo Vicarius prædictus non poſſidet curam animarum, nec beneficium Parochiale Eccleſiæ de Mendauia. Minor certiſſima eſt, quia cura, ſeu beneficium Parochiale Eccleſiæ acceſſoriè alteri, & ad menſam vnitum, nunquam vacat, vti probatum eſt *part.1. quaſt.6. de effectibus vnionis, numero 10.* Sed Eccleſia Sancti Ioann. de Mendauia & eius Parochiale beneficium vnitum eſt acceſſoriè ad menſam Abbatis, & Conuentus Monaſterij de Hyrache, vt ſæpè viſum eſt: Ergo per mortem non vacat Vicarij.

Nonò probatur concluſio. Eccleſia alteri vnita, non cenſetur habere curam animarum, vti dictum eſt, *parte 2. quaſtione 6. numero 7.* Ergo nec illam habebit Vicarius. 18.

Confirmatur primò. Quoties cura animarum, ſeu beneficium illam habens impetratur, debet exprimi hæc curæ qualitas, vt illius prouiſio teneat. Text. *in cap. Cùm in illis, 16. de Præbend. & dignitat. lib.6. Clem. Si dignitatem, 1. eod. tit. Regul.63. Cancell.* Rota *deciſ.292.* in nouiſſ. Gabr. Vaſq. Opuſc. de benefic. *cap.3. dub.4. num.78.* & communiter Doctores. Sed in impetratione beneficij, aut Eccleſiæ, cui altera Parochialis eſt vnita, fieri non debet mentio huiuſmodi vnitæ, vti vidimus *part 2. q.6. n.14.* Ergo Eccleſia vnita curam non habet. 19.

Confirmatur ſecundò. Cura animarum vnius Eccleſiæ, incompatibilis eſt cum cura animarum alterius, *cap. Quia in tantum, 5. de Præbend. & dignit. cap. Gratia, 7. de Reſcript. lib.6.* & ibi gloſſ. verſ. *De iure teneri. Clementina Gratia, 4. eod. tit.* Rebuff. *in praxi beneficiorum, part.2. tit. de diſpenſatione ratione ætatis*, verb. *Incompatibilia num.2.* Sed vnus, & idem abſque diſpenſatione, poteſt ſimul duas, aut plures Parochiales ſibi acceſſoriè vnitas poſſidere, vt dictum 20.

eſt *part.2. quæſt.6. num.*11. *&* 12, & docet Gloſſ. *in cap. Gratia*, verbo, *De iure*, citata. Ergo Eccleſia acceſſoriè vnita, quamuis ante vnionem Parochialis fuerit, ſeu curam propriam habuerit animarum, illa facta vnione, carebit.

21. Tertiò confirmatur. Epiſcopus diſpenſare nequit cum illegitimo ad beneficium curam animarum habente. Eſt text. expreſſus *cap. Is qui*, *§. Ad Ordines*, 1. *de filiis Presbyterorum*, *lib.6.* Rebuff *in praxi cit. par.1. tit. Forma literarum tonſura*, *num.2. fol. mihi* 14. *& tit. Super diſpenſatione defectu natalium*, *num.*10. *fol.*408. qui habetur *in ſecunda parte*, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi*, *part.3. alleg.*45. *num.*19. Sed poteſt Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare ad beneficium ſimplex, cui curatum, & Parochiale ſit annexum, vt viſum eſt *parte* 2. *quæſt.6. num.*19. Ergo Eccleſia acceſſoriè alteri vnita poſt vnionem, curam non habet, etiam ſi Parochialis fuerit, aut ſit, ſed illam habet Eccleſia principalis, cui eſt vnita.

22. Decimò probatur concluſio. Deuolutio locum habet in omni beneficio, maximè Parochiali, & curato, *cap. Nulla Eccleſia*, *§. Si autem*, 3. *de conceſſione Prabendæ.* Sed non habet locum in Vicaria Eccleſiæ menſæ Prælati vnitæ, vti dictum eſt *part.2. quæſt.6. num.*13. Ergo huiuſmodi Vicaria non eſt beneficium, maximè curam habens animarum. Tum ſic, ſed Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia eſt vnita menſæ Domni Abbatis, & Conuentus Monaſterij de Hyrache, vt videre licet *ſect.1. num.*4. iuncta *part.2. quæſtione 2. num.*37. Ergo eius Vicarius non eſt beneficiarius habens curam animarum illius.

Vndecimò probatur. Vnum ex præcipuis requiſitis ad hoc vt quis habeat curam animarum habeat, & beneficium Parochiale, eſt vt illam nomine proprio exerceat, & non alieno, vt latè *part.3. de Iuribus Parochialibus*, *quæſt.*10. Sed Vicarius S. Ioannis de Mendauia exercet curam nomine Monaſterij de Hyrache, & non proprio. Ergo non habet ille curam, nec beneficium Parochiale. Minor etiam patet *quæſt. citata.* Et probatur. In illius nomine exercetur cura animarum, qui habet titulum, beneficiúmque Parochiale Eccleſiæ ad quam illæ pertinent: ſed vtrumque habet Monaſterium, & neutrum Vicarius: Ergo. 23.

Vltimò probatur concluſio. Clericus ſæcularis incapax eſt beneficij Regularis. *Ex cap. Cùm ſingula*, *de Prabend. lib. 6.* docent Rebuffus, *in praxi beneficior. part.1. tit. de Clericis*, *& à quibus*, *& quomodo creentur*, *num.2.* & Petr. Gregor. *tract. de beneficior. cap.*10. *num.*12. & eſt text. expreſſus *in c. Cùm de beneficio*, *§. Quando* 24.

do vero, el 5. de Prabend. & dignit. in 6. in Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. & Sacra Congreg. Concil. declarauit, 12. Decembr. 1585. vti ex Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 8, *num.* 77. refert Barboſa in Collectaneis Apoſtolicar. Deciſion. *Collect.* 65. *num.* 1. *&* in alia ab eodem *num.* 3. relata ex Nicol. Garcia de beneficiis in addit. ad part. 7. *cap.* 1. *num.* 15. Sed Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia, & beneficium Parochiale eius, factum eſt per vnionem Regulare, vt diximus *part.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 8. Ergo Clericus ſæcularis, qualis eſt Vicarius dictæ Eccleſiæ incapax eſt beneficij curati illius.

25. Quoad vltimam vero partem, probatur concluſio, ex ſæpe dictis, præcipuè *part.* 1. *q.* 2. *de diuiſione beneficij, diuiſ.* 2. *à num.* 23. vbi latè probauimus ad Abbates, & Abbatiſſas Monaſteriorum, quorum menſis vnitæ ſunt Parochiales Eccleſiæ pertinere priuatiuè, deputationem Vicariorũ, & ad nutum eorum remouibilium & merito, quia illius eſt deſtitutio, cuius eſt inſtitutio. Inſtitutio autem illius eſt, cuius eſt res poſſeſſa. Vt bene vtrumque deffinitur in *Cap. Viſis*, iuncta gloſſa verb. *Poſſeſſio*, & verbo *Inſtitutio*, 1. 16. *quaſt.* 2. ibi. *Conſilio itaque multorum fratrum diligenter exquiſito decreuimus, vt à modo Eccleſiæ Monachis tradita per ſuos Sacerdotes inſtituantur. Diuina enim leges habent, & ſaculares, vt cuius eſt poſſeſſio* (id eſt res poſſeſſa ait gloſſa) *eius fiat inſtitutio* & paucis interiectis. *Quomodo poſſeſſoris iura cognoſcentur, & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur, vbi quod ſuum eſt, per alterum datur? & cum voluerit aufertur?*

Quod autem Abbas, & Præſidens Vicarios pro Eccleſia deputauerint de Mendauia, conſtat ex duplici deputatione contenta in libro viſitationum antiquo, in Archiuo Monaſterij aſſeruato: prima facta in fauorem D. Michaelis Guillen. 27. Aprilis 1539. Secunda in fauorem D. Petri de Lana 10. Nouemb. eiuſdem anni & ex ſequentibus, quæ continentur in libro Vicariarum & beneficiorum, pariter in Monaſterio aſſeruato. Fuit enim deputatus D. Martinus de Muro, 11. die Martij 1583. D. Didacus Perez de Oco, 6. Decembris, 1584. D. Sebaſtianus Paſchalis, 1. Decembris 1589. Licent. Echarri, 10. Ianuarij, 1592. D. Ferdinandus Diaz de Vaquedano, 31. Decemb. 1592. Licent. Perez, 9. Iulij 1598. Licent. Iaſa 3. Iunij, 1605. D. Martinus Arteta, 28. Maij 1608. D. Didacus Vicuña 17. Octobris, 1609. Licent. Villaua 24. Februarij 1612. D. Chriſtophorus de Añorbe, 24. Auguſti 1614. D. Michael Marin. 1. Iunij 1627. D. Michal Royo 27. Auguſti, 1637. D Latro Lopez de Peralta. 22. Februarij 1638. Licent. de Michael Ximenez de Leorin, 25. Martij, 1639.

1639. quibus omnibus, duo priores deputantur cum expreſſione, vt ſint Vicarij, primus, à die deputationis, vſque ad diem S. Martini illius anni; ſecundus vero à dicto S. Martini die, vſque ad S. Martinum de anno 1540. In reliquis vero, non determinatur tempus: ſed determinatum intelligitur, quia *taciti & expreſſi par eſt virtus, & idem eſt iudicium*, vti Marc. Vid. *in Indice vtriuſque Iuris textuum*, verb. *Expreſſum*, *ex c. 2. de reſcriptis, & L. Cum quod, H. Si certum petatur L. Quicquid, ff. de verbor. obligat.* Quod in noſtro caſu præcipuum habet locum, cum natura Vicariæ Eccleſiæ ad menſam vnitæ, qualis eſt iſta, poſtulet vt ſit annualis, ſeu amouibilis, vti dicemus *q. 3. ſect. 2. concluſ. 2. n.* 9. & alias ſæpè Et quia in tribus vltimis deputationibus hic recenſitis, apponitur hæc clauſula *Y le damos aquella* (ſcilicet Vicariam) *para que la aya, y goze conforme las calidades y condiciones contenidas en las Concordias, que ay hechas entre el dicho Monaſterio, y Villa de Mandauia.* Conditio autem Concordiæ de anno 1577. eſt huiuſmodi, in capitulo vltimo. Y *aquel lo pueden remouer en cada vn anno, de manera, que mejor les eſtubiere.* Hæc ibi. Denique in deputatione facta in Vicarium 31. Decembris anni 1652. de perſona D. Hieron. de Heraſo, ait Præſidens. *Admitimos la dicha preſentacion, ſin perjuicio del derecho, que tenemos por Conſtituciones Apoſtolicas, de prouer la dicha Vicaria en quien fuere nueſtra voluntad, ſin que preceda preſentation de la dicha Villa ni de los Parochianos de la dicha Ygleſia: y con proteſtade que ſucediere vacar la dicha Vicaria nos valdremos del dicho derecho. Y para que pueda vſar de la dicha Vicaria, le do y eſte titulo en forma, conforme la dicha coſtumbre, y el derecho que tenemos en dar la dicha Vicaria conforme a los anteceſſores Vicarios.* Hæc ibi. In quibus vltimis verbis habetur clauſula illa in tribus immediatis deputationibus expreſſa: videlicet. *Para que la aya, y goze conforme las calidades, y condiciones*, &c. vti ſupra.

SECVNDA CONCLVSIO.

Domnus Abbas Monaſterij de Hyrache eſt verus, & proprius Rector, & Parochus Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis de Mendauia. 1.

Probatur primò hæc Concluſio. 2. Quoties Eccleſia Parochialis vnita eſt acceſſoriè menſæ Prælati, Capituli, aut Conuentus, Prælatus, Capitulum aut Conuentus huiuſmodi eſt verus, & proprius illius Rector, & Parochus. Sed Eccleſia Sancti Ioannis de Mendauia vnita eſt acceſſoriè menſæ Abbatis, & Conuentus Monaſterij de Hyrache. Ergo dicti Abbas, & conuentus erunt veri, & proprij Rectores,

Rectores, & Parochi illius.

3. Maior propoſitio probata manet *part. 2. quaſt. 2. de diuiſ. vnionis*, ex Flores de Mena, *num* 11. 12. *&* 13. ex Riccio, *num.* 15. ex deciſione Rotæ, *num.* 1?. ex aliis *num.* 19. & euidentius, ex ſententiis Rotæ executoriatis in cauſa Parochialis de Stella, in fauorem eiuſdem Abbatis, & Conuentus: de quibus ſupra parte 1. quæſt. 2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 2. *numero.* 17. *& infra quaſt.* 9. *numero* 9.

4. Minor etiam quoad vnionem, præter quam conſtat ex vnionis inſtrumento, *ſect.* 1. *num.* 4. aſſeritur ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Queypo *ſect.* 2. *num.* 4. ſententiæ contrariæ Patrono & quod vnio ſit ad menſam, probatum manet ex præfato ipſius vnionis inſtrumento, ibi: *liceat per procuratorem veſtrum corporalem poſſeſſionem præfata parochialis Eccleſia, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum authoritate propria aprehendere, ac fructi, redditus, & prouentus ipſius Parochialis Eccleſia in vſus Abbatis, & Conuentus conuertere.* In quibus vltimis verbis exprimitur, quod propriiſſimum vnionis ad menſam: eſt iuxta id quod docent Gloſſa in *Clement. Frequens*, verb. *Ad menſam, vnica de Exceſſib. Prælat.* Flores de Mena, & Riccius locis citatis, & Rota coram Seraphino 14. Decembris 1598. coram Litta, 2. Decembr. 1605. & coram Lanceſlott. 13. Iunij de anno 1607. quæ Deciſiones adſunt *infra las* 13. 7. *&* 8.

Secundò probatur concluſio. 5. Quoties aliqua Eccleſia, aut beneficium Parochiale acceſſoriè vnitur cum omnibus iuribus ſuis alicui Prælato, Eccleſiæ, aut Monaſterio, vnitur ei iure pleno ſaltim parochialitatis: (de quo iure *part.* 1. *q.* 2. *diuiſ.* 1. *n.* 47. Sed Eccleſia Parochialis de Mendauia, & eius parochiale beneficium fuit acceſſoriè vnita cum omnibus iuribus ſuis Abbati & Conuentui de Hyrache: Ergo fuit illis vnita iure pleno ſaltim parochialitatis. Tum ſic. Sed non poteſt fieri vnio iure pleno parochiali niſi ex vi vnionis remaneat verus Rector, & Parochus ille cui facta ipſa fuit. Ergo ex vi vnionis Eccleſiæ de Mendauia remanſit Monaſterium Hyrachenſe, & eius Abbas & ipſius Præſidens, verus Rector & Parochus illius.

Maiorem, præter quam quod ex 6. terminis ipſa patet. Probo. Ius Parochiale plenum ille acquirit, qui temporalia ſimul, & ſpiritualia Eccleſiæ Parochialis acquirit, vti colligitur ex *Clement. Quia Regulares* & ibi gloſſa *vnica*, *de Supplend. neglig. Prælat.* & ex gloſſa in *Clement. Frequens*, verb. *Ad menſam, de Exceſſibus Prælator.* & docent Flores de Mena, & Riccius. De quibus vide ſupra *parte* 1. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 1. *num.* 47. & fuit deciſum à Rota, vt viſum eſt, *part.* 1. *quaſt.* 2. *de diuiſ. beneficiorum, diuiſ.* 1. *num.* 14.

14. 15. 16 & fuit ab eadem definitiue ſententiatum, & executioni mandatum in fauorem ipſius Monaſterij, ibidem *num.* 17.

7. Minor, autem principalis argumenti quoad vnionem acceſſoriam factam Eccleſiæ de Mendauia Monaſterio, firmatur à Domno Epiſcopo Queypo, ſententiæ contrariæ Principe,& primo authore, *ſect. 2. num. 4. & 5.* tamquam principium ſuæ Doctrinæ, cum potius noſtræ ſit & quo ad omne quod propoſitio continet illa, euidenter demonſtrat inſtrumentum ipſius vnionis, *ſect. 1. num.* 4. ibi. *Præfatam parochialem cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis prædicto Monaſterio auctoritate ordinaria, in perpetuum incorporamus, vnimus, & annectimus.* Quæ vltima verba, vnionem acceſſoriam probant, vt bene adnotauit Caſtr. Palaus, *part. 2. tract. 1. diſp. 6. punct. 12. num.* 10.

8. Tertiò probatur concluſio. Quoties Eccleſia Parochialis vnitur acceſſoriè quoad ſpiritualia, & temporalia, cura illius reſidet penes eum cui vnitur. Sed Eccleſia de Mendauia eſt acceſſoriè vnita Monaſterio de Hyrache quoad ſpiritualia, & temporalia. Ergo illius Cura penes ipſum reſidet Monaſterium. Maior patet ex dictis hic *num.* 6. ſeu in locis ibi citatis. Et minor probatur. Quoties Eccleſia Parochialis menſæ vnitur, vnitur quoad ſpiritualia,& temporalia, vt latè manet probatum *part. 2. q. 2. de diuiſione vnionis, à num. 6. vſque ad* 28. Sed Eccleſia de Mendauia eſt vnita menſę Abbatis,& Conuentus Monaſterij de Hyrache, vt patet ex dictis ibidem, & hic *num.* 4. Ergo eſt illi vnita quoad ſpiritualia, & temporalia.

Quartò probatur. Quoties aliquis ex vi vnionis acceſſoriæ, percipit fructus decimales debitos Parocho ratione Curæ,& illos in proprios vſus conuertit, ſoluitque Vicario certam portionem, ille eſt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ ad quam pertinent dicti fructus. Sed præfatum Monaſterium percipit fructus decimales Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia, debitos Parocho eius ratione Curæ, illos conuertit in proprios vſus, ſoluitque certam portionem Vicario. Ergo dictum Monaſterium eſt verus, & proprius Parochus dictæ Eccleſiæ. Maior deciſa eſt à Sacra Rota, in Parochiali de Stella coram Seraphino, de *qua part. 1. q. 2. de diuiſ. benefic. diuiſ. 2. num.* 14. in *Vlisbonen.* coram Litta, ibid. *num.* 15. item in *Vlisbonen.* coram Lancelloto, *num.* 16. Minor, quoad perceptionem fructuum decimalium aſſeritur ab Illuſtriſſimo. Queypo, *ſect. 2. num. 4. & 5.* & quoad omnes eius partes, patet *ſect. 1. num. 7. &* 13. 9.

V. Quoties aliquis cogitur augere congruam Vicariæ Eccleſiæ Parochialis, ille qui ad id cogitur, eſt verus,& proprius illius Eccleſiæ Parochus. Rota in Deciſ. coram Seraphino, 10.

Seraphino, numero præcedente citata. Sed Abbas Monaſterij de Hyrache fuit coactus augere congruam Vicario de Mendauia, vt conſtat ex Concordia de anno 1577. de qua *ſectione* 1. *num.* 13. Ergo præfatus Domnus Abbas eſt verus, & proprius Parochus dictæ Eccleſiæ.

11. VI. Quoties in Eccleſia Parochiali acceſſoriè vnita Vicarius temporalis conſtituitur, illius Cura reſidet penes eum, cui vnita reperitur. Rota in deciſion. coram Seraphino, & Lita de quibus *num.* 9. Flores de Mena, & Riccius, vbi ſupra, *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 11. 12. & 15. Sed Vicarius de Mendauia temporalis conſtituitur vti ex Concordia citata de anno 1577. & ex actibus deputationum conſtat. Ergo Cura dictæ Eccleſiæ de Mendauia reſidet penes eum, cui vnita iſta reperitur. Hic eſt Hyrachenſis Abbas, & eius Conuentus. Ergo penes eos reſidet dicta Cura.

12. VII. Probatur. Ad verum, & proprium Parochum pertinet ex proprio munere, officio, & iure deputare Vicarium amouibilem pro exercitio Curæ Eccleſiæ Parochialis ſibi ſubiectæ, vt deciſum eſt à S. Rota, in cauſis S. Ioannis de Stella, de quibus *quæſt.* 9. *num.* 13 & deciſ. à S. Congreg. apud Barb. Collect. Deciſ. Apoſtolic. *Collect.* 552. & latè probamus part. 3. quæſt. 17. de poteſtate delegandi, num. 7. & ſeq. Sed Dominus Abbas Hyrachenſis deputat Vicarium amouibilem pro Eccleſia S. Ioannis de Mendauia, vt conſtat ex citata Concordia, vbi in capite primo ſic habetur. *Y deſpedido que ſea de la dicha Vicaria.* & cap. 10. *Y aquell lo puedan remouer en cada vn anno, de manera, que mejor les eſtubiere.* Et ex literis deputationum ibi. *Y le damos aquella para que la goze conforme las calidades, y condiciones contenidas en la Concordia, que ay hecha entre el dicho Monaſterio Y la Villa de Mendauia.* Ergo dictus Domnus Abbas Hyrachenſis verus, & proprius Parochus eſt Eccleſiæ de Mendauia.

13. Octauò probatur. Conferre in titulum beneficia ſimplicia in menſibus non reſeruatis, quamuis de iure competat Domnis Epiſcopis *Cap. Concurrente*, *de Offic. Ordinarij. Cap. Omnes*, 10. *Cap. Nullus*, 16. *quæſt.* 7. Grāña *in Catena Iurium tom.* 2. *tit.* 5. *cap.* 1. *num.* 2. & *tit.* 7. *de Inſtitutionibus num.* 2. ex *Cap. Omnes baſilicæ*, 10. 16. *quæſt.* 7. & Gloſſa in verb. *Probatam*, in *Cap. Cum veniſſent*, *de inſtitution*; tamen ex conſuetudine præſcripta competit in Diœceſi Pampilonenſi, propriis, & veris Parochis ſingularum Parochialium Eccleſiarum. Vulgo Abbatibus, ſeu Rectoribus. Sed Domnus Abbas, & Preſidens Monaſterij de Hyrache tamquam Abbates Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia conferunt in titulum omnia illius beneficia, & in omni-

bus menſibus. Ergo præfati Abbas, & Præſidens ſunt veri, & proprij Parochi dictæ Eccleſiæ.

14. Nec obſtat dicere, Domnum Abbatem, & Præſidentem conferre beneficia de Mendauia filiis patrimonialibus illius Villæ, & ad illius præſentationem. Non inquam obſtat. Primò, quia quicquid de obiectis ſit, illa non tollunt, quod Domnus Abbas, & Præſidens, veri Parochi ſint dictæ Eccleſiæ, & quod vti tales, illa beneficia conferant, alij enim eiuſdem Diœceſis Parochi patrimonialibus, & ad præſentationem, conferunt vel inſtituunt beneficia ſuarum Eccleſiarum. Secundò, quia nego ſuppoſitum. Patrimoniale enim beneficium vti docet Viuianus in Praxi de Iure patronatus, *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 103. eſt, quod ex authoritate Apoſtolica, vel ſtatutis Synodalibus Apoſtolica authoritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine, neceſſariò conferuntur natis, incolis, vel originariis alicuius patriæ, ciuitatis, oppidi, vel Parochiæ, ita vt filij naturales, & patrimoniales prouideri debeant de beneficio, & non alij forenſes, ex Caſſad. *Deciſ.* 8. *de Praben. num.* 1. Couarru. *Practicar. quaſt. cap.* 36. *num.* 3. Hojeda, *de incompatibilit. benefic. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 86. Naturales autem de Mendauia nec habent conceſſionem Apoſtolicam aut ſtatuta Synodalia Apoſtolica authoritate confirmata; nec immemorabilem conſuetudinem, cum vti vidimus *ſect.* 1. *num.* 1. *&* 2. conſtet Patronatum, & præſentationes dictæ Eccleſiæ, donatas fuiſſe Domino Regi Carolo, ab ipſis vicinis de Mendauia, & à Rege ipſo Monaſterio de Hyrache anno 1407. Ergo non ſunt Patrimonialia, beneficia de Mendauia. Vnde liberè poterit Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij, præſentationes, quæ ad benefici[a], & Vicariam fuerint, per Villam de Mendauia factę, non admittere, & prouidere de beneficiis, & de Vicaria pro vt voluerit, quia præſentationes huiuſmodi, vim coactiuam habere non poſſunt, vti etiam diximus *ſect.* 2. *num.* 11.

Nonò probatur concluſio. Abbas 15. Hyrachenſis habet Parochiale beneficium Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia ex vi vnionis, de qua in *ſect.* 1. *num.* 4. Ergo eſt verus, & proprius illius Parochus.

Sed dices. Habet præfatus Ab- 16. bas beneficium parochiale, quoad ius temporale percipiendi fructus illius Eccleſiæ, concedo antecedens; quo ad ius ſpirituale miniſtrandi Sacramenta, concionandi, & alia Parochialia iura exercendi, nego antecedens. Et nego conſequentiam, quia hoc ius eſt à quo verus, & proprius Parochus conſtituitur; non autem illud.

Sed contra Primò, quia benefi- 17. cium provt eſt ius percipiendi fructus, ſecundum ſuam naturam ex Eccleſiæ inſtitutione, datur propter officium ſpirituale ipſi beneficio

annexum,

annexum, qualecumque illud ſit, ideſt propter ius ſpirituale illius, vti docent Viuianus in Praxi cit. *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 62. ex *Cap. fin. de Reſcript. el* 57. *lib.* 6. Marc. Vidal, tit. de Iudice, *inquiſit.* 5. *num.* 39. & tit. de Simonia, *inquiſit.* 2. *n.* 2. Gregor. Sayrus, *in Theſauro, lib.* 4. *de Cenſur. cap.* 5. *num.* 14. vbi ex *Cap. Latores*, in verbo *Ab officio*, *de Clerico excommunicato miniſtrante* ſic ait. *Suſpenſum ab Officio, etiam à beneficio ſuſpenſum eſſe. Ratio* (inquit) *eſt: quia beneficium eſt acceſſorium ad officium, & propter officium tribuitur, Cap. fin. de Reſcriptis, lib.* 6. *ſublato autem, ſeu prohibito principali, tollitur, & prohibetur acceſſorium, argu. acceſſorium, de Regul. iuris lib.* 6. *L. Oratio, ff. de ſponſ.* Hæc Sayrus ibi. & *lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 22. ita etiam fatur. *Beneficium datur propter officium clericale.* Graña *in Catena Iurium, tom.* 2. *tit.* 5 *de Præbend. & dignit. cap.* 1. *num.* 2. ex *Cap. final.* citato, ex *Cap. perlectis*, 25. *diſtinct. & num.* 17. idem in *Cap. Significatum*, 11. *eod. tit. num.* 2. ex *Cap. Cum ſecundum Apoſtolum*, eod. Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Leſſius *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 2. vbi ait *beneficium prout eſt ius percipiendi redditus Eccleſiaſticos, eſſe quid ſpirituale: quia oritur ex re ſpirituali, nempe ex ſpirituali officio, in quo fundatur, & cui inſeparabiliter eſt annexum.* Hæc ille, ex Hoſtienſi in *Cap. Relatum*, 9. *de Præbend.* & ex Silua, *quæſt.* 1. *de beneficiis*, & ex aliis quos ſuppreſſo nomine citat.

Secundò, quia beneficium Sancti Ioannis de Mendauia vnitum eſt Monaſterio, vnione ad menſam. Ergo non ſolum quo ad ius percipiendi fructus temporales, ſed quoad iura ſpiritualia ſimul. Antecedens conſtat ex vnionis inſtrumento, & ex dictis *part.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 6. *vſque ad num.* 28. conſequentia etiam patet ex dictis ibi, præcipuè *num.* 7. 9. 11. 12. 15. 18. 19. 23. 27. & 28. 18.

Sed vt dicta, luce meridiana clariora appareant, non grauabor hic inſerere declarationem S. Rotæ, in vna *Auguſtana decimarum*, 28. *Martij de anno* 1631. quam tradit Aſcan. Tamburinus, *tom.* 3. *de Iure Abbatum fol. mihi* 416. & eſt *la CII.* in ordine, quam vſque ad minimum apicem conſulto referam, quia videtur in terminis noſtræ quæſtionis fuiſſe datam. Sed pro nunc ſufficiat, numerum eius primum referre. 19.

Propoſito hodie per me dubio (ait Cardin. Vbaldo) *an, & quæ decimæ debeantur Monaſterio; integras deberi dixerunt Domini, abſque vlla diſtinctione. Et moti ſunt: quia cum per viam vnionis à Sede Apoſtolica confirmatæ, Eccleſia Parochialis Sancti Stephani fuerit ab Epiſcopo incorporata Monaſterio, & in illud, propterea tranſiuerit cura animarum eiuſdem Parochiæ cum omnibus iuribus ſuis, Anchar. conſil.* 114. *n.* 2. 20.

& ſeq. Seraph.deciſ.1009.n 4.ſanct. mem. Greg. deciſ. 304. num. 1. inde ſequitur quod Monaſterium tamquam Parochus ratione dicta cura debeat indiſtinctè percipere omnes decimas, Cap. Cum contingat, Cap. cum in tua, de Decim. & in cap. fin. de Paroch. Rebuff. de Decim. quaſt. 7. n.4.5. & q. 13.num. 83. Monet. eod. tract. cap. 2 num. 2. Rot.deciſ.31. n. 1.part. 2. diuerſ. & deciſ. 469. n. 1. & 541. num. 4. part. 1. in recent. Hucuſque Rota coram Eminentiſſim. Vbaldo, quam deciſionem *infra* inuenies *la* 27.

21. Nec tertiò obſtat ſolutio, in illa diſtinctione fundata, quia Domnus Abbas viſitat Eccleſiam de Mendauia, confert in titulum beneficia, deputat Vicarium pro exercitio curæ, celebrat Miſſam popularem, & Parochialem tamquam Abbas illius, vti dictum eſt *ſect.1.à num.*8.& *hic num.* 12. & 13. Sed omnes iſtæ functiones omnino ſpirituales ſunt, & ſolum ratione vnionis Domno Abbati competunt. Ergo hæc non fuit facta tantum quoad ius temporale percipiendi fructus, ſed etiam quoad ſpiritualia.

22. Sed dices cum Illuſtriſſimo Epiſcopo Queypo de Llano, Functio viſitandi Eccleſiam, nullo Parocho competit: & ſic ex eo quod Domnus Abbas Hyrachenſis viſitet Eccleſiam S. Ioannis de Mendàuia, non bene infertur quod ipſe ſit illius Rector, nec quod hoc, aut illud ius ex vi vnionis acquiſierit, coniici poteſt; ſed illud vſurpaſſe credendum eſt. Et ſic de aliis functionibus relatis, idem iudicium fieri debet.

Sed contra eſt, quod omnis, qui 23. habeat Eccleſiam pleno iure ſibi ſubiectam, poſſit, & debeat ex proprio munere, & officio illam viſitare in omni illo, quo eſt ſibi ſubiecta, ratio ipſa naturalis ſuadet & docet Layman in qq. Canonicis de Prælatis Eccleſiaſtic. *quaſt* 208. per hæc verba. *Multum refert, vtrum in Eccleſia Parochiali Monaſterio vnita Vicarius perpetuus, an vero temporalis ſacularis, aut Regularis, inſtitutus ſit. Nam iſte ſubiacet etiam iuriſdictioni, ac viſitationi Abbatis Monaſterij tanquam Rectori ſuo.* Pro quo citat Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular cap.* 11. iuncta declarat. Cardinalium, in fine. facit etiam pro nobis Rot. coram Penia in deciſ. quæ adeſt *infra la* 30. vide illam. *num.* 1. Domnus autem Abbas, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis ex vi vnionis habent Eccleſiam Sancti Ioannis de Mendauia ſibi ſubiectam pleno iure Parochiali, ſeu quo ad ſpiritualia, & temporalia, vt conſtat ex dictis, *part.* 2. *quaſt.*2.*de diuiſion. vnionis, num.* 6.7.9. 11.12. 15 iuncta ipſa vnione, *ſect.* 1. *num.* 4. Ergo ex proprio munere, & officio illam poterit & tenebitur viſitare quoad ſpiritualia, & temporalia, dummodo contentioſam Iuriſdictionem non exerceat. Quocirca notanda veniunt, quæ anno

1613.

1613. in quodam actu, vulgo *de requirimiento*, Vicarij dictæ Eccleſiæ vicem gerens, Sacriſta, & Gubernatores eiuſdem Villæ, vulgo *el Alcalde Regidores, y Iurados*, Domno Abbati Hyrachenſi dixerunt, videlicet, *que el Señor Abbad es Cura habitual de eſta Yglesia, y como a tal, es obligacion de ſu officio, viſitar el Sanctiſſimo Sacramento, y Pila baptiſmal de eſta Yglesia*, &c. qui quidem actus per Scribam publicum, & Regium ſubſcriptus, & authenticus, in archiuo dicti Monaſterij inuenitur. Notandus etiam eſt actus viſitationis Ordinarij, in Eccleſia de Luquin factæ, de quo infra, *q. 2. ſect. 1 num.* 20. vbi approbare videtur viſitationem Domni Abbatis, *como Rector de la dicha Yglesia, e como cada Rectores tenido è obligado de hazer.*

24 Confirmatur ex Conſtitutione 5. de Clericis non reſidentibus, Synodi Toletanæ, relata à P. Benedicto Remigio, *tract. 5. cap. 7. de Sacramento Ordinis, num.* 15. vbi ſic habetur. *Eſtatuimos, y mandamos que en las Yglesias de nueſtro Obiſpado donde hubiere lugares anexos, en los quales aya treynta vezinos, ô dende arriba, que hagan vecindad, y tengan ſus caſas pobladas donde reſidan vn anno, ô la mayor parte de el, y aya Yglesia decente, los Curas pongan en cada vno de los dhos anexos Capellanes, que los ſiruan, que ſean a ſi miſmo ſuficientes para Cura de animas: a los quales nueſtros Viſitadores hagan proueer de cõgrua ſuſtentacion: lo qual ſe entiende ſi el tal anexo no eſtubiere tan cerca de la Yglesia Parochial, que ſe pueda el dicho anexo comodamente ſeruir de la cabeza de laramos, que cerca ſe entienda, eſtando el tal anexo no mas de vn quarto de legua de diſtancia, y ſi diſtare mas ſe ponga el tal Capellan. Y en cargamos, y exortamos à los Curas proprietarios, que tienen anexos, los viſiten amenudo, y conozcan las o bejas, que tienen en ellos, y ſepan ſus neceſidades eſpirituales, para que accedan al remedio de ellas.* Ex qua Conſtitutione ſic idem Remigius. *De a quil facilmente ſe colige el cuydado, que ha de tener el Parocho, que tiene Yglesia anexa a la de ſu beneficio, que ſe pongan Capellanes, que ſiruan, y adminiſtren los Sacramentos, ſino es que eſte tan cercana, que facilmente pueda aſiſtir en perſona.* Hæc ille.

Gloſſa item in Extrauag. *Execrabilis*, §. *Quantum autem*, verbo *viſitare*, vnica *de Prabend. & dignitatib. lib.* 3. inquirit, *an Patroni Clerici viſitare poſſint, & procurationes accipere?* & reſpondet quod ſic, ratione prouentuum de quibus ei eſt per ſuos Vicarios reſpondendum, iuxta *cap. Bona, de Appellatio.* & *cap. In Lateranen. de Prabend.* & licet addat id non reperiri in Iure, *& ideo ſi talia exerceant, credo* (ait) *quod magis hac faciant ex conſuetudine, vel ex inſtitutione fundationis, quam de Iure, arg.* 18. *quaſt.* 2. *Eleutherius*; 25

therius; approbat tamen huiuſmodi conſuetudinem, verbo, *Vicarios perpetuos*, inquirit, *An Rector principalis*, in caſu quo Vicarius perpetuus inſtituatur, *dicatur curam habere?* & reſpondet: *Dicas quod ſic: quia cum ſpiritualem iuriſdictionem ſuper Vicarium, & alios habeat, vt d. cap. Super eo* (ſcilicet *de Præbend. in 6.*) *curam habere dicetur.* Quocirca, videantur, quæ *p.3. quæſt.10. num.2.* ex Doctiſſimo Paulo Layman dico. Ibi enim docet, Abbatem habentem Vicarium temporalem in Eccleſia ſuo Monaſterio vnita, illius eſſe Parochum, & eius iuriſdictioni, & viſitationi Vicarium huiuſmodi ſubeſſe.

26. Si ergo probabilis eſt conſuetudo viſitandi in meris Patronis, & qui nullum dominium, aut ius in ſpiritualibus Eccleſiæ Parochialis habent, quare in Domno Hyrachenſi Abbate, qui omninò Dominus Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, non ſolum in temporalibus, ſed & in ſpiritualibus ratione incorporationis, annexionis, & vnionis ad menſam eſt, improbabilis, imò iniuſta, & ex vſurpatione iudicanda erit viſitatio dictæ Eccleſiæ, facta per præfatum Domnum Abbatem, cum præſcriptam conſuetudinem, illam in ſpiritualibus, & temporalibus viſitandi, inueniat, vti vidimus, *ſect. 1. num. 8. & 9.*

27. Decimò probatur concluſio. Quoties datur vnio acceſſoria vnius Eccleſiæ alteri, dari neceſſe eſt effectus primarios illius. Sed Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendauia datur acceſſoriè vnita Monaſterio de Hyrache. Ergo dantur effectus primarij vnionis acceſſoriæ. Sed effectus primarij vnionis acceſſoriæ ſunt ſuppreſſio, & extinctio beneficij vniti in Eccleſia in qua erat ante vnionem, quoad nomen, titulum, & naturam ipſius beneficij, & translatio illius in principalem cui facta eſt vnio: ita vt beneficium, & eius titulus poſt vnionem ſit in principali, & non in vnita, & idem eſt de cura: vti omne latè probauimus *part. 1. quæſt. 6. de vnionis effectibus*, præcipuè *nu. 1. & ſeqq. vſque ad* 8. Ergo cum Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendauia vnita ſit acceſſoriè Monaſterio de Hyrache, & eius menſæ, dari debent huiuſmodi vnionis effectus. Et ſic in Monaſterio erit beneficium Parochiale, & cura dictæ Eccleſiæ, quoad nomen, titulum, & naturam beneficij Parochialis, & curæ; in Mendauia autem, nihil omninò niſi Monaſterij prædium, & exercitium curæ, nomine eiuſdem Monaſterij impenſum.

Materia, ſeu doctrina præmiſſarum iſtius probationis, pro principio habetur à Doctoribus in materia, vel titulo vnionis Eccleſiarum, & beneficiorum; vti in locis vidimus citatis, & ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Queypo de Llano, 28.

contraria

contrariæ ſententiæ primo auctore, admittitur ſup. *ſect.2.num.3. & 4.* licèt non ita benè vt debuit, ſed vt libuit, illam vnioni Eccleſiæ, & beneficio de Mendauia Monaſterio Hyrachenſi factæ, applicauerit.

29. Confirmatur. Eccleſia, & beneficium ſæculare per vnionem acceſſoriam illius, Eccleſiæ Regulari factam, fit Regulare, vt dictum eſt citata *part.2. quæſt.6.n.8.* Ergo beneficiarius illud poſſidens, eſt Regularis. Ergo cum Eccleſia de Mendauia, & eius Parochiale beneficium acceſſoriè ſit vnitum Monaſterio de Hyrache beneficiarius illius Regularis erit, & ſic Conuentus, aut eius nomine Domnus Abbas, vel Præſidens.

30. Quod ſi obiicias contra omnia argumenta ſupra facta, ex eis non conuinci intentum: quia ad hoc vt quis verus, & proprius Parochus ſit, & Rector Parochialis Eccleſiæ, curam illius in actu, & in exercitio debet habere, non autem ſufficit quod illam in habitu habeat. Argumenta verò ad ſummum, iſtam, & non illam penes præfatum Domnum Abbatem eſſe concludunt.

31. Sed reſpondeo obiectioni, argumenta, non ſolum concludere curam in habitu ſed etiam in actu penes Domnum Abbatem reſidere. Quia quoties Eccleſia Parochialis reperitur vnita quoad ſpiritualia, & temporalia, & conſtituitur in illa Vicarius temporalis, cura reſidet in habitu & in actu penes principalem in cuius ſubſidium huiuſmodi Vicarius deputatur, penes quem, ſolum eſt exercitium curæ, amobiliter ad nutum principalis, cum illius nomine, non autem in proprio illam exerceat; principalis verò, etiamſi per huiuſmodi Vicarium deſeruiat, per ſe ipſum deſeruire cenſetur. Et ratio eſt, quam reddidit Trullench, *in tract. de Parocho, cap.2. num.11. Quia apud illum adhuc manet titulus, inſtitutio, beneficium Parochiale, & illius plenum ius.* Quorum nihil in tali reperitur Vicario. Vide dicta *part. 1. quæſt.2. de diuiſ. benefic. diuiſ.2. num.20. 23.* vbi latè oſtenſum eſt quod hic aſſerimus. Videatur & deciſio Rotæ coram Pamphilio in cauſa Parochialis de Stella, *infrà la 13. num.2.3. & 4.* & coram Coccino, *la 14. num....* & ſententia, quæ adeſt *quæſtione 9. numero 9.*

Secundò reſpondeo, quod quoties mentio curæ fit Parochialis, intelligi debet de habituali, ſimul, & actuali, niſi aliud exprimatur: quia ex vtraque ſimul perfecta Parochialis cura coaleſcit. Et ſic de cura ſtrictè ſumpta in foro animæ, & pœnitentiali, non ſolum provt dicit actuale exercitium, ſed provt includit habitudinem, & ius ad illud. Colligitur 32.

ex dictis *concl.*1. *num.*7. & docet Viuianus, *in praxi iuriſpatronat.* *part.*1.*lib.*2.*cap.*7. quatenùs *n.*17. ait. *Non dicitur Parochialis Eccleſia, ſeu Curata, nec tanquam talis regulatur illa, quæ actu non eſt curata, ſed tantum habitu.* Et *n.*37. *Non dicitur curatum beneficium, nec tanquam tale regulatur, quod non eſt actu curatum, ſed habitu*: *Abbas in cap.De multa, num.*24. *de Præbend. Syluester in Summa,* verbo, *Beneficium*, 4. *quæſt.*4. *verſ.*2. Hæc Viuian. Vide *part.*1. *quæſt.*2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.*2. *num.*11. *& ſequentibus*, vbi latè probauimus, quod cum ſit mentio curæ, ſimpliciter, de actuali, & non de habituali tantum ſit intelligenda; & quod in Eccleſiis vnitis ad menſam, cura illarum in habitu, & in actu reſideat penes eos, quibus inueniuntur vnitæ. Pro quorum probatione ponderari debent, declaratio Rotæ, de qua ibi *num.*14. vbi de cura ſimpliciter loquens, ſic fatur. *Fuit concluſum curam Eccleſiæ Parochialis de Stella, reſidere penes Abbatem de Hyrache.* Et ſententiæ Rotales definitiuæ, in eadem cauſa ſubſequutæ, de quibus *numero* 17. vbi declaratur, prædictum Abbatem, & Præſidentem eſſe legitimos, & veros Rectores, & illis licere omnia iura Parochialia exercere. Quod nihil aliud eſt, quam eſſe penes eos cura in habitu, ſimul & in actu.

Vltimò probatur concluſio. Vltimus Parochus ſæcularis Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia liberè reſignauit illam, & eius beneficium Parochiale, in manibus Ordinarij, nihilque illius apud ſe retinuit: & ſic vacantem, Ordinarius ipſe, dictam Eccleſiam Monaſterio de Hyrache cum omnibus iuribus ſuis vniuit, vti apparet ex ipſamet vnione, *ſupr.ſect.*1. *num.*4. Ergo reſignata eſt, & vnita tota cura animarum dictæ Eccleſiæ præfato Monaſterio, & totaliter. Ergo totaliter illa remanet penes Monaſterium, & eius Domnum Abbatem, & Præſidentem. Hæc vltima conſequentia patet, quia nullibi dimiſſa reperitur illa, aut à Monaſterio ablata; imò penes Monaſterium conſeruari, teſtantur perceptio decimarum, prouiſio Vicariæ, & beneficiorum, &c. 33.

TERTIA CONCLVSIO.

Reuerendiſſimus Domnus Monaſterij Hyrachenſis Abbas, eſt vnicus verus Parochus Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia. Idem dico de Præſidente, & Conuentu.

Hæc concluſio, ſuppoſitis duabus præcedentibus, & vtriuſque probationibus, notoria omnibus debet eſſe, & omninò certa. Quia vnicæ Eccleſiæ Parochialis, vnicus debet eſſe verus eius Parochus

chus, vti latè probamus *part.* 3. *quæſtione* 9. *de Iuribus Parochi, per totam.* Ergo ſi Domnus Abbas Hyrachenſis eſt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, & non eius Vicarius, vnicus erit Domnus Abbas illius Parochus, nomine proprio, & ſui conuentus.

QVARTA CONCLVSIO.

1. Licet præfato Domno Abbati Hyrachenſi, & eiuſdem Monaſterij Præſidenti, quoties voluerint ipſi, per ſe ipſos Sacramenta omnia Parochianis Sancti Ioannis de Mendauia miniſtrare: eorum Matrimonia authorizare, & ſolemniter benedicere: & omnia alia iura Parochialia in præfatis Parochia, & Parochianis, auctoritate propria, nulla præhabita, aut petita licentia ab Ordinario Diœceſano, aut à Vicario dictæ Eccleſiæ, exercere.

Procedit hæc quæſtio, & locum ſolum habet, reſpectu Sacramentorum, quorum miniſtratio veris, & propriis competit Parochis. Et probatur.

2. Cuilibet vero, & proprio Parocho licet Sacramenta ſuis Parochianis illa poſcentibus miniſtrare, eorum Matrimonia ſua præſentia autorizare, illaque benedicere, & circa ipſos omnia Parochialia iura, nulla ab alio obtenta, aut petita licentia exercere. Sed Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij Hyrachenſis ſunt veri, & proprij Parochi Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia, vt latè probatum manet concluſ. 2. Ergo Domno Abbati, & Præſidenti præfatis licet Parochianis dictæ Eccleſiæ Sacramenta miniſtrare, eorum Matrimonia authorizare, & benedicere, & alia iura Parochialia exercere, nulla præhabita, aut petita ab alio licentia.

Maior, ex terminis ipſis nota eſt, quia omnis verus Parochus iuriſdictionem ordinariam, ex officio, & ex proprio munere habet ad miniſtranda Sacramenta ſuis Parochianis, & ad reliqua in dicta propoſitione contenta. Quæ doctrina adeo vera eſt, vt dicat Sà, verbo *Parochus, num.* 6. *Parochus habet iure communi à Papa iuriſdictionem, quam non poteſt Epiſcopus impedire abſque cauſa.* Quod etiam docent Hier. Garc. in Politica, *part.* 2. *tract.* 8. *difficult.* 8. *dubio* 2. *punct.* 1. *num.* 2. *&* 4. & Card. Lugo, de Pœnit. *diſp.* 20. *ſect.* 3. *num.* 37. ab illo cit. Ragius, *Centu.* 2. *tract.* 8. *dub.* 158. *n.* 3. *&* 4. Trullench, etiam in tract. de Parocho *cap.* 4. *num.* 5. *ex Cap. Interdicimus* 16. *quæſt.* 1. docet peccare mortaliter Sacerdotem, ſi contendit baptizare ſine licentia proprij Parochi volentis illum baptizare, ſiue in propria, ſiue in aliena parochia. Quia, inquit, & bene, ius alienum inuadit, & ſibi 3.

vſurpat, cum notabili Paſtoris iniuria. Et addit præfatus auctor, hoc procedere etiam in extrema neceſſitate pueri baptizandi, quia hæc, nec tollit Parocho proprium ius, nec dat licentiam, iuſtitiæ ordinem inuertendi. Idemque Trullench, Barboſa, de Poteſt. Parochi *cap.* 18. *num.* 1. *&* Layman *lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 7. *num.* 2. etiam docent grauiter peccare parentes ſi prolem ſuam Parocho alieno abſque licentia proprij baptizandam offerant.

4. Vtrumque prius docuerat Leſſius, *quæſt.* 67. *de Miniſtro Baptiſmi*, *art.* 2. vbi poſtquam aſſeruit Sacerdotibus pertinere ex proprio officio, & ordinaria poteſtate officium baptizandi, addit. Requiritur tamen præterea Iuriſdictio, quia ſoli Paſtores Eccleſiæ poſſunt admittere ad Eccleſiam, & populum Sacramentis, & verbo Dei paſcere; vel illi, quibus id ipſi commiſerint. Infans ergo offerri debet Paſtori parentum; hic enim ratione parentum habet ius in illum. Et in ſpecie de Abbate Regulari, cui vnita eſt Parochialis Eccleſia, quoad aſſiſtentiam Matrimonij, celebris eſt Abbatis Tamburini Reſolutio, *tom.* 2. *de iure Abbat. diſp.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 2. vbi inquiſito, *An Abbates, & Sacerdotes Regulares poſſint Matrimoniis contrahendis aſſiſtere?* per duas concluſiones quæſitui reſpondet ſic. *Dico primo, Abbatem poſſe validè Matrimoniis contrahendis aſſiſtere in Eccleſiis nulli Epiſcopo, ſed ſibi pleno iure ſubiectis, in quibus iuriſdictionem Epiſcopalem habet.* Qua concluſione, plena manu probata, ſic ſecundam ſtatuit, & licet breuiter, efficaciter tamen probat. *Dico ſecundo. In Eccleſiis, quibus eſt annexa cura animarum, etiam quod Abbati pleno iure quoad ſeculares non ſint ſubiecta, poteſt etiam idem Abbas Matrimoniis Parochianorum contrahendis interuenire, tunc enim ſe habet tanquam Parochus, ad quem ſpectat Parochianorum ſuorum Matrimoniis intereſſe, vel alium Sacerdotem ad id delegare. Concilium Tridentinum, loco citato.* Videlicet ſeſſ. 24. de Reformatione.

SECTIO IV.

In qua fit ſatis contrariæ ſententiæ.

AD vltimam quæſtionis partem deueniendo, per ordinem ſuum Doctrinæ Illuſtriſſimi Domini D. Ioannis Queypo de Llano, & fundamentis ſuæ ſententiæ reſpondere, & ſatisfacere oportet. Deinde aliis, quæ pro eadem magis firmanda iecimus. Quare hanc ſectionem in duos diuidam Paragrafos, maioris claritatis gratia.

§.

§. I.

Illuſtriſſimo Queypo reſpondetur.

1. SEd vt prius certa ab incertis ſeparemus, aduertere duxi, aliquas ex propoſitionibus à præfato Illuſtriſſimo Epiſcopo D. Ioanne Queypo de Llano, in actu ſuæ viſitationis aſſertas, veriſſimas omnino eſſe, & à nobis admiſſas. De quarum numero ſunt 1. 2. & 6. quæ *ſect.* 2. *ſub num.* 8. 9. *&* 13. Si tamen ſuppreſſio, & extinctio, quæ in ſexta referuntur, intelligantur ſecundum communem Doctorum ſenſum: nimirum quod per vnionem acceſſoriam ſupprimatur, & extinguatur titulus, & ius beneficij vniti, non abſolutè, cum transferatur in principalem cui fit vnio; ſed tantum reſpectu vniti. Ita vt poſt vnionem Eccleſiæ aut beneficij Parochialis de Mendauia, non liceat dicere in Mendauia eſt Parochiale beneficium; ſed bene dici debet, Parochiale beneficium de Mendauia, in Monaſterio eſt Hyrachenſi: quia omnia emolumenta, omneſque actiones, & iura Eccleſiæ vnitæ, & ſi pereant in illa; tranſeunt tamen ad matrem, cui vnitur, vt dictum eſt *part.* 2. *q.* 6. *num.* 5. Et ſi non intituletur vllus in Eccleſia vnita; intitulatur tamen in matre, ſeu in principali. Ibidem *num.* 6. Et ſi vnita non cenſetur curam habere animarum; cenſetur illam habere Prælatus illius, cui fuit annexa, vbi ſupra *num.* 7. Ibi plures cumulauimus authoritates, quod hic intendimus, probantes.

Ad tertiam propoſitionem reſpondeo diſtinguendo illam. Parochus ſæcularis Eccleſiæ Sancti Ioannis de Mendauia non habebat iuriſdictionem contentioſam ad illam viſitandam: Tranſeat; non habebat iuriſdictionem ad illam viſitandam, Sanctiſſimum Sacramentum, nec Fontem baptiſmalem, ſine iuriſdictione contentioſa, ſed cum iuriſdictione propria Parochi, iuxta ea, quæ *ſect.* 3. *concl.* 1. *n.* 23. & ſeqq. nego illam: & nego in eodẽ ſenſu quartam propoſitionem. Quia quilibet Parochus ex proprio munere, & officio, vt illud bene, & laudabiliter adimpleat, & impunè, poteſt, & tenetur frequenter inſpicere, & recenſere Eccleſiam ſuam, Sanctiſſima Sacramenta, vaſa, & ornamenta Sacra in illa exiſtentia: *nam frequens recognitio nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet*, vt benè dixit Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. apud Paſſeratium verb. *Recognitio.* Notentur verba actus Viſitationis de Luquin, relata *d. num.* 23. quia multum præiudicant Domino Epiſcopo, cum ibi declaretur tam poſſeſſio Monaſterij in viſitando, & quidem 2.

antiqua, quam obligatio. Neque obſtat dicere, viſitationem illam, & decretum factum à Domino Epiſcopo non fuiſſe, ſed à Vicario Generali, & ſic Epiſcopali Dignitati præiudicium generare non potuiſſe. Quia cum ipſi vnum, & idem conſtituant Tribunal, factum vnius, reputatur factum alterius. Rota in *Iannen. Parochialis, 19. Aprilis* 1627. coram Vbaldo, *num.* 14. Adest *infra la* 3. Vide Layman *p.* 3. *q.* 10. *num.* 2. citatum, vbi expreſſe docet Vicarium Abbati & eius iuriſdictioni, ac viſitationi eſſe ſubiectum.

3\. Quinta propoſitio Domini Queypo, aſſerit, vſurpationem Iuriſdictionis viſitandi, prohibitam, non ſolum ſecularibus, ſed etiam Eccleſiaſticis perſonis eſſe, per Sacros Canones, Tridentinum, & Bullam Cœnæ. Et quidem, ſi ſub nomine, ſeu voce hac *Vſurpatio*, intellexit ſua Illuſtriſſima Dominatio, actum viſitandi, immerito aſſeruit eſſe prohibitam aliis, quam Domnis Epiſcopis, & eorum Viſitatoribus, cum potius ſit etiam inferioribus Prælatis permiſſa, vel conceſſa, non ſolum viſitatio, quę non Iuriſdictionalis, ſed etiam quæ iuriſdictionalis, ſeu contentioſa ſit. Vide Gloſſam in *Extrau. Execrabilis*, verb. *Viſitare* & verb. *de conſuetudine la* 4. *de Prabend.*

4\. Et vt verum fatear, in Decreto, quamuis illud mediocri cum diligentia, legendo percurrerim, prohibitionem huiuſmodi nullam inueni; inueni tamen, in *Cap. Perlectis*, 1. iuncta Gloſſa verb. *Cum iuſſione* 25. *diſtinct.* munus Archidiaconi eſſe viſitare Parochias. In decretalibus id etiam expreſſum inuenio, in *Cap. Mandamus* & *ibi* Gloſſa 6. *de Officio Archidiaconi*, & in Tridentino Concil. *ſeſſ.* 24. *cap* 3. *Patriarcha*, expreſſiſſimis verbis definitur, quod *Archidiaconi, Decani, & alij inferiores, in iis Eccleſiis, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem, aſſumpto Notario, de conſenſu Epiſcopi, deinceps per ſe ipſos, tantum, ibidem viſitare.* Et tandem, licet Bulla in Cœna Domini, *excommunicatione* 17. in genere excommunicet vſurpantes iuriſdictiones ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentes, non comprehendit exercentes viſitationem Eccleſiarum, quas ex conſuetudine legitimè præſcripta poſſunt viſitare. Ius enim viſitandi Eccleſias, etiam iuriſdictionaliter, ſeu contentioſè, non ſolum cumulatiuè, ſed etiam priuatiuè quoad Epiſcopum Diœceſanum, præſcriptibile eſt, vti docet Gloſſa in *Cap. Cum ſatis*, verbo. *Conſuetudinis*, 4. *de offic. Archidiac.* Barb. de Poteſt. Epiſcop. *part.* 3. *allegat.* 129. *num.* 8. 9. *&* 11. 12. *&* 13. ex *Cap. Cum ex Officij*, §. *Nos igitur*, 16. *de præſcriptionibus*, ibi:

&

& ſi alius contra eum præſcribere poſſet vtramque viſitationem, ſcilicet, & procurationem: quæ verba apertè ſignificant, admitti præſcriptionem, per quam transfertur, aut accumulatur viſitatio, quę non eſt quidem contra viſitationem huiuſmodi præſcriptio, ſed contra Prælatum cui incumbebat ex iuris diſpoſitione, viſitatio, & cui ipſamet præſcriptio præiudicat, vt bene Barboſa dictum caput expendit. Imò ex Tridentino loco citato, ſatis approbata manet conſuetudo viſitandi per Prælatos inferiores introducta. Quod iura Epiſcopalia poſſint Abbates, & alij Prælati inferiores præſcribere, docet Tambur. *tom.* 1. *diſp.* 19. *quæſt.* 1. *& tom.* 3. ex ſcribit Rotæ deciſionem. *Vulteranen.* 13. *April.* 1584. coram Orano, id decidentem, eſt la 40. in ordine.

5. Idem Barboſa, dicto *num.* 12. ex Rotæ deciſione, quam habet Farinacius impreſſam *part.* 1. *recent. deciſ.* 394. *in nullius de Couarruuias,* 16. *Martij de anno* 1612. Coram Pirouano, quam inuenies *infra la* 6. in ordine, docet, quod conſuetudo viſitandi in præiudicium Epiſcopi, debet eſſe præſcripta, ſaltem ſpatio quadraginta annorum. Quod adnotare libuit, pro adæquata reſponſione, ad quintam Illuſtriſſimi Queypo de Llano propoſitionem. Pro qua etiam facit actus viſitationis factæ dictæ Eccleſiæ de Mendauia, vigeſima Aprilis, de anno milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo nono, per Domnum Hyrachenſem Abbatem, Rectorem, & adminiſtratorem illius Eccleſiæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, de quo, & de alio actu viſitationis eiuſdem Eccleſiæ, factæ per Domnum Abbatem, anno milleſimo, ſexcenteſimo, trigeſimo tertio, diximus *ſectione* 1. *num.* 8. *&* 9. Si igitur quadraginta annorum conſuetudo viſitandi, ſufficit ad præſcribendum contra Epiſcopum, ita vt ab eo auferatur ius viſitandi contentioſè Eccleſiam, & transferatur in præſcribentem, quate præſcriptio immemorabilis, (talis enim reputatur, quæ attingit centum annos Rota in vna *Lucanæ Iuriſpatron.* 10. *Ianu.* 1645. coram Ghiſilerio, & eſt apud Viuian. de iurepatr. la 143. & apud Dianam parte 8. la 1. ita n. 7. *Minus poteſt dubitari de ſecundo fundamento deciſionis, quod præſentationes continuatæ per ſpatium* 100 *annorum, probent immemorabilem, vbi de initio contrario non conſtat; quia tunc centenaria, ipſa concludit ad immemorabilem, cum contineat tempus, quod excedit hominum memoriam, vt per Rotam deciſ.* 583. *num.* 7. *& ſeqq. part.* 4 *diuerſ.* Sic ibi. Fauet Rebuff. in prax. Benefic. *p.* 1. *tit. de vnionibus, num.* 35. vt vidimus, *part.* 2, *q.* 7. *num.* 4. quam habet Domnus Hyrachenſis.

ſis. Abbas, viſitandi Eccleſiam Sancti Ioannis de Mendauia, non ſufficiet ad demerendam cenſuram Illuſtriſſimi Domini. Queypo, adeo rigidam, ne dicam parum legi diuinæ, & humanæ conſonam. Vtraque enim dictat, contra inauditam partem, iudicium non debere proferri. Si igitur ſua Illuſtriſſima Dominatio non audiuit Monachos Hyrachenſes, imo neque citauit, quo pacto, quo iure, quaue ratione, (proh dolor) potuit in hæc verba prorumpere? *Sin fundamento pretenden los Religioſos la viſita arriba dicha. Y el pretender vſurpar la Iuridicion del Obiſpo con graue pecado, y eſcandalo, pues conocidamente intentan tomar lo que ſa ben, que nos es ſuyo, ni pertenexe, ni puede pertenezer.* Sed de hoc ſatis, tum quia præfatus Illuſtriſſimus Dominus Patri familias vniuerſorum & integerrimo omnium iudice rationem ſuæ iam villicationis reddidit: tum etiam quia Illuſtriſſimus Dominus D. Franciſcus de Alarcon, immediatus in Epiſcopatu ſucceſſor, qui nunc ſedet, & ad multos annos in altiori ſede ſedeat, actum viſitationis præfatæ Domini Queypo, reuocauit, in Concordia quadam cum Monaſterio facta anno Domini 1651. à legato à latere Sedis Apoſtolicæ confirmata Idibus Ianuarij anni 1652.

6. Septimæ propoſitioni fit ſatis, ſi illi tantum opponamus Scripturam vnionis, de qua ſectione 1. n. 4. ibi enim, non ſolum ius percipiendi decimas fuit vnitum, & incorporatum, & annexum in perpetuum Monaſterio, ſed & ipſa Parochialis Eccleſia ſicut vacabat, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis. Ex quibus euidens omnino fit, voluntariè coarctari vnionem præfatam, ad ſolum, & vnicum effectum iuris percipiendi decimas.

Octaua propoſitio, tamquam veriſſima à nobis amplectitur, quatenus aſſerit, Beneficium de Mendauia, poſt vnionem Monaſterio factam, pro vt in Mendauia, remanere non Beneficium, ſed tamquam prædium Monaſterij, non aliter ac ſi vinea aggregata illi fuiſſet: ſed quatenus vult in Monaſterio non remanere poſt vnionem beneficium ipſum, quod fuerat in Mendauia, non ſolum quoad ius percipiendi fructus decimales illius, ſed quoad omnia iura, omnes prærogatiuas, qualitates, & priuilegia, imo & naturam ipſam, quæ ante vnionem habebat in Mendauia, omnino reiicitur, tamquam noua, & communi ſententiæ Doctorum contraria. Nihil enim, ita vniuerſali applauſu receptum, & ſine controuerſia eſt in re beneficiaria, ſicut hoc, quod Beneficium acceſſoriè vnitum alteri, maximè ad menſam illius, remaneat penes 7.

principalem.

principalem cui fuit vnitum, pleno iure quoad ſpiritualia, & temporalia: & ſic quoad omnia iura, omnes prærogatiuas, qualitates, priuilegia & naturam ipſam beneficij. Quocirca videantur dicta à nobis, ex communi Doctorum, *parte* 2.*q.* 2. *num.*6.9.11, 12. 14 15.17. 18.19. *&* 20.*& quæſt.*6. *num.* 3. 4. 5. 6. *&* 7. quod iterum hic recenſere, non tam prolixum, quam importunum quid eſſet.

8\. Nona item propoſitio, ſimiliter reiicitur: quia cum vnio Eccleſiæ de Mendauia non à Parocho ſæculari facta fuerit Monaſterio, ſed ab Ordinario, habente quidem ampliorem poteſtatem & iuriſdictionem, ipſomet Parocho & à Papa confirmata bene potuit præfata Eccleſia in Monaſterium transferri amplioribus iuribus, & priuilegiis prædita: & de facto fuit tranſlata in illud cura animarum dictæ Eccleſiæ, cum omnibus iuribus ſuis, vti decidit Rota in *Auguſtana decimarum*, 28. *Martij* 1631. coram Vbaldo, quam exſcripſit Tamburin. de Iure Abbat. *tom.* 3. *inter deciſ. la* 102.in ordine. Vide illam *num.* 1. quia in ſimili deciſa fuit.

9\. Decimæ propoſitioni, latiſſimè fuit in *ſectione* 3. per totam ſatisfactum. In prima namque concluſione, plena manu fuit oſtenſum, totum ius parochiale Eccleſiæ de Mendauia nullo modo penes Vicarium eſſe, ſed nudum tantum illius exercitium, cum dependentia omnimoda à voluntate Reuerendiſſimi Domni Abbatis, & Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis, non ſolum in fieri, vt ita loquar, ſed & in conſeruari. In Secunda, non minus plene, & efficaciter manet probatum, præfatos Domnos Abbatem, & Præſidentem eſſe veros, & proprios Parochos, & penes quos reſidet totum ius Parochiale, ſeu Cura dictæ Eccleſiæ tam in habitu, quam in actu, & ſic priuatiuè quoad Vicarium. Viſum etiam eſt dictum Vicarium ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo, ſolum obtinere approbationem, pro idoneitate, & commiſſionem, pro exercitio curæ, illi à Domno Abbate, ſeu Præſidente delegato.

In tertia item concluſione fuit 10. ſatis probatum. Præfatos Domnum Abbatem, & Præſidentes eſſe vnicos veros Parochos Eccleſiæ de Mendauia. & in quarta, illis licere, quoties voluerint, per ſe ipſos omnia Sacramenta Parochianis de Mendauia miniſtrare, & alia iura parochialia exercere, nulla præhabita, aut petita licentia à Vicario, neque ab Ordinario Ex quibus conuincitur ius concionandi, & Sacramenta miniſtrandi, non penes Vicarium reſidere priuatiuè, vt in contrarium aſſeritur ſed penes Domnum Abbatem, & Præſidentem, vt fuit deciſum in cauſa ipſorum S. Ioan-

nis de Stella,infra *quaſt. 9 num. 9. & 11.*

10. In Vndecima propoſitione dicit Illuſtriſſim. Dominus Queypo, Matrimonium in Parochia de Mendauia coram Abbate Hyrachenſi celebratum nullum eſſe ob defectum præſentiæ Parochi. Sed quia falſo nititur, vti vidimus, fundamento, quis mirari nequaquam debet: nec nos in vlteriori ſatisfactione præſtanda, nouum tempus impendere debemus, cum validiſſimis probationibus demonſtrauerimus, Dõnum Abbatem eſſe verum, proprium,& vnicum Parochum præfatæ Parochiæ, & conſequenter authorizare, & benedicere poſſe matrimonia illius.

11. Duodecima propoſitio, quæ idem fundamentum habet, quod negamus,tenet incurrere excommunicationem Papalem, Abbatem miniſtrantem Euchariſtiam, aut extremam vnctionem in dicta Parochia. Sed & ipſam propoſitionem omnino negamus. Quia Clement. illa *Religioſi*, adminiſtrationem prohibet, non Abbatibus, qui nomine Monachorum, aut Religioſorum in odioſis non veniunt, vti docet Tho Del-bene, de Immunit. *part. 2. cap. 14. dubio 5. ſect. 3. num. 7.* ex Gloſ. in *c. fin. de Simon.* & ibi Abbas, *num. 2.* & Cardin. ſed Religioſis. Secundò, quia præſumentes miniſtrare ſine Parochialis presbyteri, ideſt Parochi, licentia, excommunicat Clementina. Ergo non comprehendit Religioſum, qui tanto cum fundamento, vt vidimus, tenet ſe verum, proprium, & vnicum presbyterum Parochialem Eccleſiæ de Mendauia eſſe. Et dato, & non conceſſo, quod re ipſa Domnus Abbas, aut Præſidens Monaſterij Hyrachenſis, verus,& proprius Parochus dictæ Eccleſiæ non eſſet, ſicut re vera eſt, & ſicut ipſe credit eſſe, nullo modo in excommunicationem incurreret Clementinæ, adminiſtrando Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis Sacramenta, aut Matrimonia authorizando: quia ſolum illa ponitur excommunicatio contra præſumentes: excommunicatio autem contra præſumentes poſita non ligat eos, qui aliqua probabili ratione, ſe contra illam defendunt; imo, quod magis eſt, nec eos, qui ex ignorantia etiam culpabili contra prohibitionem cenſuræ facerent, ſicut docent Vidal, *in Arca Vitali tit. de Euchariſtia num. 39.* Lezana in Summa, *tom. 3. verbo Euchariſtia quoad Regulares, num. 3* ex Nauar. in Manual. *cap. 27. num. 102.* & Fagundez, *in 3. precept. Eccleſ. lib. 3. cap. 2. num. 14.* Pellizarius, in Manuali, *tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 9.* Diana, *part. 3. tract. 6. Reſol. 7.* verſ. *Notandum eſt,* ex Merola in diſputation. Moral. *diſp. 1. cap. 2. dub. 6. num. 132.* Anguiano, de legibus

gibus *tom.* 1. *lib.* 4. *contr.* 4. *num.* 18.& Bonacina *tom.* 3.*diſp.* 1.*q.* 2. *punct.* 4. *num.* 9. Et quod magis eſt, delinquens per ignorantiam vincibilem humanarum legum, ſeu præceptorum, dummodo affectata non ſit, excuſatur à peccato in ſententia Raggij *Cent.*1. *p.* 3.*dub.*55.*concluſ.* 3. Baſſæi, verb. *Ignorantia num.* 11. Dianæ *p.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 35. qui bene limitat, & reſtringit ad leges, & præcepta humana, & reſpectu peccati mort.

12. Tertiæ-decimæ propoſitioni Domini Ioannis Queypo de Llano, iam ſupra ſatis reſponſum manet, cum oſtenſum ſit, Domnum Abbatem, & Præſidentem Monaſterij eſſe veros, & vnicos Eccleſiæ de Mendauia Parochos, & in illa omnes, & ſingulos actus Parochiales exercere poſſe, nulla obtenta, aut petita quidem ab Illuſtriſſimo Epiſcopo, aut à Vicario licentia.

§. II.

Soluuntur argumenta pro contraria adducta ſententia.

13. SEd prius aduertere, & adnotare oportet iuxta ea, quæ ſupra tradidimus *parte* 1. *quaſt.* 2. *de diuiſ.beneficior. diuiſ.* 2. *à num.* 9. *vſque ad* 20 *incluſiuè*, aliud eſſe Vicarium Parochialis Eccleſiæ, perpetuum eſſe; & aliud, curam dictæ Eccleſiæ penes ipſum Vicarium remanere excluſo principali, cuius Vicarius exiſtit, aut cui vnita maneat Eccleſia. Non enim ex vno neceſſario infertur aliud. Quo vnico adnotato, fere omnia argumenta pro ſententia contraria facta, ſoluta manent, cum ſolum probare intendant Vicarios debere eſſe perpetuos. Quare ad ſingula in particulari ſoluenda, deueniamus.

Ad primum, ex *Cap. de Monachis*, reſpondeo cum Flores de Mena, Practicar. quæſtion. *libro* 1. *quaſt.* 10. *art.* 2. *&* §. 2. *num.* 29. Alois. Riccio, in Praxi variar. Reſol. *Reſol* 293. verſ. *Ad tex.* & Barboſa de Poteſt. Epiſc. *part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 189. textum illum non loqui de Vicariis Eccleſiarum pleno iure ad Monachos, & Monaſteria ſpectantium, & ſic quoad ſpiritualia ſimul, & temporalia, ſeu quoad menſam, iuxta ea, quæ diximus *part.* 1. *quaſt.* 2. *de diuiſ. benef. diuiſ.* 1. *num.* 47. Sed de Vicariis Eccleſiarum, quæ non pleno iure ad illos pertinent, ſed ſolum quoad Titulum, adminiſtrationem, & emolumenta temporalia. In his enim Eccleſiis ſolum, habet locum præſentatio Monachorum, & Epiſcopi inſtitutio, quæ ſicut & collatio, perpetuitatem in Vicarium influit. In Vicariis vero Eccleſiarum, pleno 14.

iure Parochiali, ad Monachos ſpectantium, non datur regulariter inſtitutio, quia principalis titulus eſt penes ipſum Monaſterium, cui vnitæ ſunt Eccleſiæ, pro quarum ſeruitio, deputare poteſt Vicarioſ ad nutum amouibiles. Quare quod in textu ſtatuitur, non comprehendit in vllo Vicarium Eccleſiæ de Mendauia, cum illa quoad menſam, & ſic pleno iure Parochiali vnita ſit Monaſterio de Hyrache, vti vidimus ſæpe, & rurſus modo videbimus.

15. Ad ſecundum ex *Cap. Extirpandæ*, reſpondeo cum Mena *n.* 30. Riccio, verſ. *Ad d.* §. & Azor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 1. non loqui ius illud de Eccleſiis ad Menſam vnitis, ac per conſequens loquitur de vnitis ſolum quoad, temporalia. Quocirca Trullench tract. de Parocho, *cap.* 2. *num.* 2. Caput illud, ſcilicet *Extirpandæ*, intelligit de illo Vicario, qui Curam Parochialem nomine ſuo, exercet, & non alieno. Vnde eſt non procedere in noſtro caſu, quia Vicarius de Mendauia exercet nomine Monaſterij, & non ſuo proprio.

16. Ad tertium, ex *Cap. In Lateranenſi, &* ex *Cap. Cum & plantare*, dico illa capita nobis non nocere, ſed pro omnibus contrariis argumentis ſoluendis, multum prodeſſe. Faciunt enim diſtinctionem inter Eccleſias, quæ pleno iure pertineant ad Regulares, & Eccleſias quæ pleno iure ad eos non pertineant: qua facta diſtinctione ſtatuunt, quod in Eccleſiis, quæ pleno iure ad eos non pertineant, repræſentent Epiſcopo Vicarios, quos illo inconſulto, remouere non audeant. Ex qua diſpoſitione colligitur, contrarium velle Pontificem fieri in Eccleſiis, quæ pleno iure ad Regulares pertinent: alias vniuerſaliter, vel indefinitè definiret pro omnibus eorum Eccleſiis, & non exprimeret eas, quæ ad eos pleno iure non pertinent. Vnum hic admoneo per ius plenum in his iuribus non venire ius plenum pro vtroque foro contentioſo, & pœnitentiali; ſed ius plenum, quatenus per has voces exprimuntur ius ſpirituale, & ius temporale. Ita gloſſa verb. *Pleno iure*, in dictum *Cap. Cum & plantare*, & in *Cap. Quoniam*, verb. *Vtroque iure*, 21. *eod. tit. de Priuil.* Sed audias illam priori loco; ſic enim ibi fatur, in probationem eorum, quæ à nobis dicta ſunt. *Pleno iure, id eſt vtroque iure, quoad ſpiritualia, & temporalia.* Et addit. *Sed à contrario videtur, quod ſi vtroque iure pertineat ad illos* (ſcilicet Religioſos) *quod Epiſcopus nihil poſſit attentare in illos: quod verum eſt, & ita inſtitutio, & deſtitutio quoad temporalia, & ſpiritualia ad ipſos pertinet.* Quid pro nobis clarius?

Ad quartum reſpondetur textum illum, ſolum loqui de Eccle- 17.
ſiis

ſiis quarum Patronatus, ſeu ius præſentandi earum Rectores, ad Religiôſos pertinet, non verò de illis, quarum ipſi Religioſi ſunt veri Rectores, quia ad ipſos illæ pertinent vtroque iure, quoad ſpiritualia ſcilicet, & temporalia: quod inſpicienti textum, euidens fiet. Quare nihil aduerſus noſtras reſolutiones concludit, imò neque conducit.

18. Ad quintum *ex cap. Presbyteri*, reſpondeo cum Flores de Mena, *loco citato, num.* 28. & cum Ricc. *Reſol.* 293. *cit.* verſ. *Et hanc*, non agi ibi, quod debeat in omnibus Eccleſiis Monachorum, pro earum cura perpetuus Vicarius deputari; ſed ſolum, quod quando Vicaria confertur ad præſentationem Monachorum, & inſtitutionem Epiſcopi, non poteſt remoueri Vicarius, quia inſtitutio, ſicut, & collatio, matrimonium ſpirituale denotat, quod ſicut & carnale perpetuum eſſe debet, vt ibi notat Gloſſa verb. *Perpetui.* Vnde benè docuit Barboſa, *de poteſt. Epiſcopi, part* 3. *allegat.* 72. *numero* 188. *cap. Presbyteri*, præfatum, debere intelligi, de Eccleſiis, quæ non ſunt pleno iure Monaſteriis ſubiectæ, id eſt quoad ſpiritualia, & temporalia, vti diximus, *quia in Eccleſiis, quæ pleno iure Religioſis ſubiiciuntur* (ait Barboſa) *Religioſis pertinet inſtitutio, vt probat text. in Clement.* 1. verſ. *Quidam præterea*, & verſ. *Quidam etiam, de exceſſib. Prælat. Roch. de iurepatr. verbo competens, quæſt. vlt. Viuian. in praxi de iurepatron. part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 3. *n.* 14. *Cochier de iuriſd. in exemptos, p.* 4. *quæſt.* 80. Hæc ille.

Ad ſextum *ex Clement. Quia Regulares*, reſpondeo ex illius Gloſſa, verb. *De menſa*, textum ſolum loqui de Eccleſiis vacantibus. Et ſic, cum Eccleſiæ menſæ vnitæ nunquam vacent, vt latè probatum eſt *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 10. & 13. & ſæpe alibi, non procedit Clementina præfata cõtra noſtram reſolutionem, quæ eſt de Eccleſia menſæ Abbatis, & Conuentus vnita. 19.

Et quod hæc mens Clementinæ ſit, ex ipſius contextu euidenter apparet, ibi. *Eadem quoque auctoritate diœceſani ſuffulti, nullo modo permittant, quod iidem Prælati, Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia huiuſmodi, applicent menſis ſuis.* Si ergo præcipit Clemens Papa Epiſcopis, ne permittant, quod Regulares Prælati applicent ſuis menſis, Eccleſias de quibus in illa agit Conſtitutione, ſupponit illas non eſſe vnitas. Et ex aliis verbis fit etiam notum, agere de Eccleſiis, quæ regi conſueuerunt per Rectores perpetuos cum collatione, & inſtitutione, & conſequenter de iis, in quibus præfati Prælati nullum ius ſpirituale habent, ſed ſolum Patronatum. Et quod non procedat 20.

dat hæc Clement. nec ſit intelligenda de Eccleſiis vnitis menſæ, docet Baſſæus, verb. *Paupertas Religioſa*, *n.*18.

21. Ad ſeptimum argumentum *ex Clement. de officio Vicarij*, reſpondetur illam Clementinam non agere de omni Vicaria, ſed de perpetuá, & de Vicario, qui nomine proprio, & non alieno curam exercet. ita Tiullench, *in tract. de Parocho*, *cap.* 2. *num.* 2. Flores de Mena, *num.* 13. & Ricc. verſ. *Ad textum*. Huiuſmodi enim Vicarius æquipararur vero, & proprio Curato: Vnde incompatibilis eſt cum alia Vicaria perpetua, dignitate, perſonatu, aut beneficio: & qui illam obtinuerit, debet 25 annos habere, & intra annum ordinari, ſeu ad Sacerdotium promoueri, à tempore adeptæ poſſeſſionis illius, computandum. Nihil tamen de Vicario decernit temporali, aut de eo, qui non proprio nomine, ſed ſui principalis curam exercet, cuius generis eſt Vicarius Eccleſiæ Parochialis de Mendauia, cum ex natura Vicariæ temporalis ſit, & nomine Monaſterij Hyrachenſis curam exerceat, & in ipſum hæc non ſit tranſlata, iuxta ea, quæ ſæpius in hac diximus quæſtione, & quoad tranſlationem nondum in Vicarium factam, vlterius fiet manifeſtũ, ex deciſionibus Rotæ infra exſcribendis, præcipuè ex 7. *num.* 8. *&* 9. *&* 10. *deciſ.* 9. *numero* 1. *&* 5. *& deciſ.* 14. *num.* 2. *&* 3.

Ad octauum. *ex Clem. Ne in agro*. Reſpondent Flores de Mena, *num.* 32. & Aloyſ. Riccius, verſ. *Ad text. in d.* illam mentionem non facere, nec exprimere an Vicarius ſit perpetuus, vel temporalis: neutrúmque de Prioribus declarare: neque ſi iſti habeant curam, vel non: ſed loqui de Prioribus habentibus nudam commiſſionem. Sed meo videri, expreſsè agit de Prioribus curam habentibus, animarum, quamuis per Vicarium ſæcularem exercendam, vti contigit in Priore S. Petri de Stella, S. Ioannis de la Peña, Benedictino Monacho. Non tamen declarat an Vicarius pro exercitio curæ deputandus, ſit ab Epiſcopo inſtituendus, aut non. An perpetuus, aut temporalis. Nec de Vicarij ætate, aut ordinatione, vllum prorſus diſponit verbum. Solum enim dicit, quod Prior habens curam, quamuis illa per ſe ipſum non ſit exercenda, ſiue talis Prior ad Prioratum aſſumatur per commiſſionem, vt fit in noſtra Hiſpana Benedictina Congregatione, ſiue per collationem, vt in præfato S. Ioannis Monaſterio, debeat habere 20. annos ætatis, & quod debeat ad Sacerdotium promoueri infra vigeſimum quintum. Quod autem definit de promotione ad Sacerdotium infra an- 22.

num

num à tempore commiſſionis factæ, & poſſeſſionis adeptæ, de Priore conuentuali intelligendum venit, non verò de alio curam animarum habente, ſiquidem pro illius aſſumptione requirit ætatem 25. annorum; pro iſtius verò ſolum viginti. Quare non eſt veroſimile voluiſſe iſtum Sacerdotium aſſumere in ætate 21. annorum. Quapropter cum diſtributione accommoda verba Clementinæ accipienda ſunt, & tribuenda ſunt ſingula ſingulis.

23. Nec ex hac Clem. colligi licet, quod Præfatus Prior habens curam, per ſemetipſum illam non poſſit exercere; imo oppoſitum ex ea infertur. Primò, quia ſi ad actũ non poſſet curam reducere, non diceret Clementina *curam animarum habentes*, quia fruſtra illam haberent: fruſtra enim eſt potentia, quæ non poteſt reduci ad actum. Secundò, quia poſſe Priores curam exercere, ſupponit textus ibi: *Etſi cura ipſa per ſeculares habeat Presbyteros exerceri.* Ly enim, *etſi*, vt ibi gloſſa, idem eſt quod *quamuis*, vox autem *quamuis*, neceſſitatem non denotat, ſed facultatem, aut denique indifferentiam.

24. Ad nonum argumentum, ex *Cap. Sane*, & *Cap. Statuendum*, 6. & 7. 16. *quæſt.* 2. ibi Vrbanum ſecundum, illa non ſtatuiſſe in vniuerſum de omnibus Eccleſiis, quas tenebant Monachi ſui, & noſtri: ſed de illis tantum, quæ ad eos pleno iure non pertinebant, ſed ſolum quoad temporalia. Vt bene Gloſſa quæ autem iſta ſint temporalia, ipſamet exprimit gloſſa, in *Cap. Sane*, verbo, *Temporalibus*, dicens quod ſit cenſus impoſitus ſuper fructibus, aut redditibus Eccleſiæ ad Monachos pertinentis, ipſi ſoluendus: ac per conſequens loquitur de Eccleſiis non vnitis menſæ & ſic pleno iure: ratione cuius vnionis, fructus, non partialiter per modum cenſus ſuper redditibus, ſed integrè ad ipſam pertinent, & ſtipendium Vicario pro ſeruitio ſoluit; ſed de Eccleſiis à Monachis in propriis prædiis ædificatis, ex quibus cenſum illum percipere debent tamquam Patroni: In quo Monachi alios Eccleſiarum Patronos excedunt iuxta eandem Gloſſam, verbo, *ædificant*, ibi. *Et ita pinguius ius habent Monachi in Eccleſiis fundatis in ſolo ſuo, quam laici fundatis in ſuo.*

Et ita conciliat noſter Gratianus, poſt finem capitis *Statuendum*, Vrbanum Secundum in eo, & præcedenti capite *Sane*, cum Papa Ioanne in *cap. Viſis*, 1. *ead. Ecce* (inquit Gratianus) *Vrbanus Papa prohibet inueſtituras Parochialium Eccleſiarum per Monachos fieri, quas Ioannes Papa eis conceſſit. Sed illud Ioannis Papæ intelligendum eſt de illis capellis, quæ cum omni iure ſuo* (in eo ſenſu 25.

ſu quo dixi *part. 2. quæſt. 2. num.* 12. & alias ſæpe) *ab Epiſcopis, Monachis conceduntur ; iſtud autem Vrbani, intelligitur de illis, quas Abbates in propriis prædiis ædificant in Villis, vel Caſtris* Hucuſque Gratianus.

26. Ad decimum argumentum ex *Conc. Trid.* reſpondeo, quicquid ſit de facultate per illud decretum Domnis Epiſcopis facta, nondum illum reſpectu Vicariæ de Mendauia Illuſtriſſimum Pāpilonenſem exercuiſſe quoad perpetuitatem intentam ; imo non ſolum poſt præfatum Tridentinum, ſed & poſt Conſtitutionem Pianam de hac re editam anno 1567. oppoſitum de Vicario remouibili ad nutum, ſua Illuſtriſſima dominatio approbauit anno 1577. confirmans Concordiam, de qua ſupra *ſect.* 1. *num.* 13. imo in Eccleſiis Monaſteriis vnitis, non poteſt conſtitui Vicarius perpetuus, nec illas in Vicarias erigi perpetuas. Rota in *Portugalien. Vicariæ, infra la* 31 *num.* 3 S. Congregat. Concil. Pax Iordan. volum. 2. de re benefic. *lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 483. qui *num.* 485. docet, reſpectu aliarum Eccleſiarum, non poſſe inſtitui Vicarios perpetuos, niſi antea Epiſcopus illas erexerit in Vicarias perpetuas, ex declarat. Sacræ. Congreg. quam ex Garc. refert ipſe, & Barboſ. in Collect. Deciſ. Apoſtol. *Collect.* 719. *&* *n.* 486. etiam docet, quod erectio Vicariæ, cum ſit quid facti, non præſumitur, ſed probari debet ; nec ſufficit ad probationem vltimus ſtatus; quia fuerit collata tanquam Vicaria perpetua ; niſi probetur ſpatio 40. annorum.

Secundò, dico, quod ſi Dominus Epiſcopus Vicariam de Mendauia perpetuam faceret, poſſet Monaſterium de huiuſmodi erectione appellare, iuxta id quod docet Barboſa de Poteſt. Epiſcopi, *part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 190. quia vt ſuppono, deficeret iuſta id faciendi cauſa. Vide etiam Iordanum *num.* 480. *& ſeqq.* 27.

Tertio, reſpondeo diſpoſitionem Concilij, & Pianam de Vicariis perpetuis, non habere locum in Vicaria de Mendauia. Tum quia in eadem Conſtitutione ſtatuit Pius V. quod in Parochialibus Monaſteriis Monachorum, aut Mendicantium vnitis, poſſint eorum Superiores nominare ex ipſis Monachis, & Fratribus Vicarios amouibiles ad proprium nutum, approbatos tamen ab Ordinario, vel eius Vicario Generali, & idoneos ad Curam animarum, præuio examine inuentos. 28.

Et Clemens Papa VIII. Conſtitutione. *Vt ea, quæ,* in fauorem eiuſdē Monaſterij, & totius Congregationis Benedictinæ Hiſpaniæ, die 2. Auguſti, de anno 1596. ſtatuit vt *in Parochialibus Eccleſiis alicui Monaſterio vnitis, quibus* 29.

bus per ſæculares Sacerdotes, & Miniſtros deſeruitur, cum examen per concurſum minimè inſtituendum ſit, in ipſis vnitis Eccleſiis conſtitui oportere Vicarios idoneos, perpetuos, vel ad nutum amouibiles ab Epiſcopo approbandos, à Præfectis Monaſteriorum nominandos. Et infra. *In illis vero Parochialibus Eccleſiis, quibus per Regulares Monachos deſeruitur, Monachum eiſdem Eccleſiis Vicarium pro tempore præficiendum, non aliter conſtitui debere, quam ad nutum ſuorum Superiorum, amouibilem, ab Ordinario tamen præuio examine approbatum.* Et infra. *In illis autem Parochialibus Eccleſiis non vnitis, quæ ſunt Iuris Patronatus Eccleſiaſtici, examen vti per concurſum eſſe peragendum, liberumque eſſe vnicuique, etiam à Patrono non nominato, examini ſe ſubiicere, & ſi inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, electio magis idonei ex approbatis, ad Patronum Eccleſiaſticum ſpectat; ſi vero inſtitutio pertineat ad alium, electio tunc ad Epiſcopum pertinet.*

30. Adnotanda venit diſtinctio Clementinæ, inter Eccleſias Monaſteriis vnitas, & non vnitas, ſed quæ iuriſpatronatus illorum ſint, facta. In vnitis enim Vicarij, ſiue, vti vnio, ſaltim ad menſam, ex natura ſua poſtulat, amouibiles deputentur ſiue perpetui, ob aliquam ſpecialem diſpoſitionem, aut Concordiam ab Apoſtolica Sede confirmatam deputentur, ſemper ſine concurſu deputari debent; ſecus vero in Eccleſiis, quæ non ſunt ita vnitæ, ſed de iure patronatus & ratio diſparitatis eſt, quã *part. 1. quæſt. 2. de diuiſione beneficio. diuiſ. 2. num. 15. & 16. & p. 2. quæſt. 2. de diuiſ. vnionis, num. 28.* tradidimus: quia per vnionem ad menſam, omnia iura tam ſpiritualia, quam temporalia, tranſlata ſunt ad Monaſterium, ita vt penes ipſum ſit cura animarum Eccleſiæ vnitæ; reſpectu vero Eccleſiæ, cuius patronatum habet Monaſterium, cura non penes ipſum, ſed penes Rectorem, aut Vicarium ab eo præſentatum reſidet, & hac de cauſa per concurſum eſt deputandus. In hoc enim caſu vacat cura mortuo Rectore.

Ad vndecimum argumentum reſpondeo, admittendo, quod quando Patronus merus laicus, concedit Monaſterio Eccleſiam, non plus iuris acquirat Monaſterium ex dicta conceſſione præciſè, circa dictam Eccleſiam, quam habebat dator. Ex quo nihil contra nos ſequitur, cum non aſſeramus, Monaſterium Hyrachenſe à Rege Carolo Tertio, iura ſpiritualia Eccleſiæ S. Ioannis de Mendauia accepiſſe, ſed ſolum eius Patronatum, laicum quidem in danre, & Eccleſiaſticum in accipiente iuxta dicta, *parte 1. quæſt. 3. num. 3. & 4. & 5.* Sed quod iura 31.

 ſpiritualia,

ſpiritualia, & ius plenum, dictum Monaſterium in præfata Eccleſia habeat, ratione vnionis iſtius ad illius menſam factæ per Ordinarium loci, & confirmatæ per Papam, quemlibet ipſorum ſpiritualia, & temporalia dictæ Eccleſiæ, cum poteſtate illa omnia in Monaſterium transferendi.

32. Notanter dixi *merus*, & *præciſè*. Quia ſæpè contingit, ſæcularem habere, vltra ius patronatus ſpiritualia Eccleſiarum conferre, ex priuilegio Apoſtolico. De quo videnda, quæ dicimus *quæſt.* 9. *num.* 3. *&* 4.

33. Ex dictis conſtat ad confirmationem, deſumptam ex *Regula*: *Nemo*.

34. Ad duodecimum, nego Monachos incapaces eſſe beneficiorum parochialium ſæcularium; imo capaces ad illa, ex iuris exiſtere diſpoſitione, incunctanter aſſero, ita vt nulla Epiſcopi, aut Papæ diſpenſatione ſed ſolum ſui Regularis Prælati licentia indigeant. Ita doctiſſimus Lezana *Conſulto* 40. *à num.* 6. Leſſius, *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *n.* 99. Gloſ. in *c. quod Dei timorem.* 5. *de ſtatu Monachor.* Tamburin. de iure Abbat. *tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 8. *à num.* 5. Vincentius Parentius in Conſil. loco citato à Tambur. exſcripto, verſ. *Alia quoque*, & verſ. *Hactenus*. Palaus, *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 3. §. 1. *num.* 12. 14. Vide etiam Benedictum Haeftenum. Diſquiſit. Monaſtic. *lib.* 3. *tract.* 7. *diſquiſit.* 1. *n.* 2. *&* 4.

Quod ſic probo. In primis non 35. ſunt incapaces ratione profeſſionis Monaſticæ, nulla enim ratione id probari poteſt, vti bene ait Pellizarius, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 104. Neque obſtant *cap. Monachus*, *el* 4. & *c. Si cupis*, *el* 5. 16. *quæſt.* 1. In primo enim dicit D Hieron. *Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium.* In ſecundo ait ad Paulinum Monachum, *Epiſt.* 13. *Si cupis eſſe quod diceris, Monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?* Non inquam obſtant, quia S. iſte Doctor in primo capite non dicit, docere eſſe contra profeſſionem, & inſtitutum Monaſticum, ac per conſequens neque habere curam animarum, contra illud eſſe; ſed quod aſſerit eſt, ſtatum Monachi planctum per ſe primò petere, non doctrinam. Non tamen ab illo excludit iſtam; alias ipſemet Sanctus vnum ex duobus officium dimitteret, ne aliis prædicans, ipſe reprobus efficeretur? neutrum tamen niſi ſimul cum vita dimiſit.

Et confirmatur exemplo alio- 36. rum Sanctiſſimorum Monachorum, qui ſimul cum ſumma obſeruantia Monaſtica amplexi ſunt docendi officium. De Baſilio, Magno,

Magno, Monachorum Orientis Patriarcha, ſic ait Eccleſia. *Ita Monachorum inſtitutum temperauit, vt ſolitariæ, atque actuoſæ vitæ vtilitates præclarè ſimul coniungeret. Multa erudite ſcripſit*, &c. De eodem teſtatur Gregorius Nazianzenus, *orat. 2. in eius laudibus*, apud Baronium, Anno 366. ab eremo fuiſſe reuocatum in patriam, & omnimodam Epiſcopatus Cæſareæ Cappadociæ adminiſtrationem, pro Euſebio eius Epiſcopo, habuiſſe. Et contra Arianos bellum diſputationibus, & concionibus ſuis, geſſiſſe Baſilium, poſt Monachatum ſuũ, teſtatur ibi Baronius. Quod etiam de ſe ipſo dicit præfatus Gregorius, *Epiſt. 14. ad Boſphor. & Apologia 1.*

37. De beatiſſimo Parente noſtro Monachorum Occidentis Patriarcha Benedicto, nonnulla audiamus teſtimonia, ex pluribus per Benedictum Haeftenum collectis, in vita eiuſdem S. Patriarchæ, *pag. 195. & lib. 2. tract. 3. diſquiſit. 1.* ſuper Regulam, *pag. 133.* & paſſim alibi. Rupertus Abbas Tuitienſis, lib. in Regul. *Olim conuenerat, nobis ſermo de iam dicta Regula Patris eiuſdem Sanctiſſimi Benedicti, quod eam verè per mentem eius diſpoſuiſſet, & per os eius locutus fuiſſet Spiritus-Sanctus, quo ille plenus fuit.* S. Petrus Venerabilis, *lib. 4. Epiſt. 17. Audi ipſius Regulæ dictatorem Spiritum Sanctum.* S. Petrus Damiani, *Opuſc. 21. cap. 1. Infœlix non illud ad memoriam reuocans, quod per os Beati Benedicti Spiritus Sanctus terribiliter clamat: Qui ſuſcipit animas regendas, præparet ſe ad rationem reddendam.* Gofridus Vindoc. *ſerm. de S. Benedictio. In Regula inuenitur omnis perfectio, quam dictante Spiritu-Sancto ſcripſit, nec ipſe quidem minus perfectè vixit, quam docuit.* S. Ildegard. *in vita Diſibodi, cap. 11. & 12. Is enim Sanctus P. Benedictus Regulam, quæ ſpiritualibus hominibus eſſet accommodata Sancto-Spiritu docente, & oſtendente condiderat.* Et lib. 2. viſ. 5. *Per dulcedinem inſpirationis Spiritus-Sancti diſcretam, & planam viam fecit.* Et in præfatione ſuper Regulam. *Nihil ei deeſt, quoniam in Spiritu-Sancto facta, & completa eſt.* Verba ſecundi teſtimonij iſtius Sanctæ, à Patre æterno ad ipſam facta ſunt. Et à Deipara ad S. Birgittam *lib. 3. Reuelat. cap. 20.* quæ ſequuntur. *Compoſuit Regulam de Spiritu Dei, per quam multi perfecti facti ſunt, ſicut Benedictus.* Conc. Duziacenſe, cap. 8. *Beatus gratia, & nomine Benedictus S. Spiritu inſpiratus conſona Sacris Scripturis, & aliorum orthodoxorum Patrum prædicationibus in Regula ſua dicit.* Et *Sanctus-Spiritus per Beatum Benedictum, eodem Spiritu, quo & Sacri Canones conditi ſũt, Regulã Monachorũ edidit.*

Et ne aliquis dicat S. P. Benedictum feciſſe Regulam in Monaſterio, non tamen extra clauſtra Doctorum, & Prædicatorem egiſſe, audiat D. Gregorium Magnum, contrarium expreſſe teſtantem 2. *Dialog. lib. cap.* 8. *Illuc itaque vir Dei perueniens* (Montem ſcilicet Caſſinum) *contriuit Idolum, ſubuertit aram, ſuccendit lucos, atque in templo Apollinis oraculum B. Martini, vbi vero ara Apollinis fuit, S. Ioannis oraculum conſtruxit, & commorantem circumquaque multitudinem, prædicatione continua ad fidem vocabat.* Et cap. 19. ita fatur. *Non longe autem à Monaſterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab Idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuerſa.* Et vt oſtendat non per ſe ſolum, ſed & per Monachos ſuos, Prædicationis munus exercuiſſe, ſic proſequitur. *Ibi quoque quædam Sãctimoniales feminæ inerant, & crebro illuc pro exhortandis animabus fratres ſuos mittere Benedictus Dei famulus curabat.* Quod prædicationis officium, cum ingenti audientium fructu, adhuc adoleſcẽs immo puer S. Patriarcha noſter exercuit, ſic etiam D. Gregorio c. 1. citati libri teſtante. *Nomen itaque eius* (ait) *per vicina loca innotuit cunctis, factumque eſt, vt ex illo iam tempore* (quo ſcilicet in arctiſſimo ſpecu Sublacenſi degebat) *à multis frequentari cœpiſſet, qui cum ei cibum afferrent corporis, ab eius ore in ſuo pectore alimenta ferebant vitæ.* Si igitur Benedictus ita, vt vidimus, prædicauit & docuit, in Monaſterio, & extra, cum tamen plangentis officium, non dimiſerit, vt videre licet capite primo, octauo, & decimo ſeptimo ipſius vitæ apud Gregorium, de eodem dicentem. *cap.* 36. *poteſt in eadem inſtitutione Regulæ omnes Magiſterij illius actus inuenire: quia Sanctus vir nullo modo potuit aliter docere, quam vixit.* Quis ſanæ mentis dicere audeat, alienum à Monachi eſſe profeſſione, Prædicatoris, Doctoris, aut Parochi munus agere?

Idem Gregorius Eccleſiæ Doctor, Angliæ, à venerabili Beda 38.
lib. 2. *cap.* 13. *de geſtis Anglorum*, vocatus Apoſtolus, quia per Auguſtinum, Mellitum & alios diſcipulos prouinciam illam ad fidem Catholicam, ab infidelitate reduxit, Monachus fuit. Monachi etiam vitam egerunt ipſi Beda, Auguſtinus, Mellitus, & eorum Socij, Lanfrancus, & Anſelmus Cantuarienſes, Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, Alcuinus, Rabanus Maurus, Vualafridus Strabo, S. Petrus Damianus, Petrus Venerabilis, Rupertus Tuitienſis, Iſidorus Hiſpalenſis Hiſpaniarum Doctor egregius, Ildephonſus Toletanus, Bernardus, & alij quam plurimi, Benedictini

dictini inſtituti, ſimul ac Doctrinæ, & Prædicationis ſectatores veri extiterunt. Sed Angelicum Doctorem audiamus, hac de re ſic differentem, *Opuſcu.* 18. *de perfectione vita ſpiritualis, cap.* 26. *Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audaciſſimo quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati, aſſerentes Monachos, quia mundo mortui ſunt, & Deo viuunt, Sacerdotalis Officij potentia indignos, neque pænitentiam, neque Chriſtianitatem largiri, nec abſoluere poſſe per Sacerdotalis officij diuinitus ſibi iniunctam poteſtatem: ſed omnino labuntur. Neque enim Beatus Benedictus Monachorum præceptor almificus, huiuſcemodi rei aliquo modo extitit interdictor. In quo etiam notandum eſt, id ſolum Religioſis eſſe illicitum, quod eis eſt ſecundum ſtatuta ſuæ Regulæ interdictum.* Hæc omnia D. Thomas.

Audiamus & noſtrum Cardinalem, D. Petrum Damiani, tom. 3. Opuſc. 28. cap. 1. dicentem. *Sed ne longius toxica illius veneni ſerpant, manifeſte oſtendimus, anteceſſoribus noſtris præ omnibus Clericis hac Sacramenta licita fuiſſe contingere, & diſpenſare: ſicuti in vita B. Martini legitur, quod de vino à quodam Anachoreta conſecrato, à maximis, & venerabilibus viris pro benedictione expectabatur: ante cuius fores ſæpè & Epiſcopi, & Comites benedictionis gratia pernoctarunt. Theleſphorus denique Apoſtolicus ex Anachoretis fuiſſe comprobatur: Dionyſius etiam, & Adeodatus, ac Stephanus nuper defunctus, ex Monachis fuiſſe leguntur, qui tamen Apoſtolicam Sedem glorioſiſſime gubernarunt. Gregorius ex Monaſterio raptus ac violenter infulatus, non ſolum ſuas protulit, ſed etiam diſpoſitiones aliorum meliorare ſtuduit. Num etiam Martinum Turonenſem omittendum putatis, cui aſtanti Sacramento diuino globus igneus apparuit? Forſan ex iſtorum manibus qua Monachi fuerunt, percipere Sacramenta diuina quiſquam inſanus prohibuit? Abſit.* Hæc ibi.

Et *cap.* 2. ſic eadem Purpura, ſub lemmate iſto: *Quod Sacramentorum adminiſtratio, Monachis, præ omnibus Clericis, licita fuerit fatur. Sed quia nimis periculoſum eſt obmuteſcere velle, introducimus, & alios teſtes, Baſilium ſcilicet, Athanaſium, & B. Auguſtinum, nec non & Hieronymum Sacræ legis interpretem, Marinianum quoque Rauennatem Epiſcopum, & Auguſtinum Anglorum Præſulem, quos nulli dubium eſt, Monachos fuiſſe. Numquid nam Romani Præſules, quos prædiximus, vel iſti quos nunc retulimus, quia Monachi fuerunt minus laudabiles habiti ſunt? Non vtique. Forſitan Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos non ordinarunt, quis inſanus au-*

deat dicere? An forſitan pœnitentiam criminoſis non impoſuerunt, & abſolutionem, vt competebat benigniſſimè non addidere? Vtique facere potuerunt. Nunc igitur requirite Sancta octo Concilia, & maxime ſextum, & ſeptimum Concilium: ibique inuenietis, Monachis licitum fuiſſe deputare, abſque vllo ſcrupulo in conſpectu Concilij ſuper omnes, qui aderant. Hucuſque Cardinalis, & Hoſtienſis Præſul B. Petrus Damiani: qui quidem non minus ſe efficacem pro nobis, noſtraque doctrina exhibet propugnatorem, quam contrariæ indefeſſum impugnatorem. Sed inter alia, à magno iſto Doctore hic dicta, ponderare libuit lemma capitis ſecundi, ibi: *præ omnibus Clericis.* & vltima eius verba à nobis relata: *ſuper omnes, qui aderant.* Pondus vtique magnum præ ſe ferunt præpoſitiones illæ *præ*, & *ſuper*. Quia prior, cum ablatiuo illo: *omnibus Clericis*: idem ſignificat, ac ſi diceret: *Plus licet Monachis Sacramentorum adminiſtratio, quam omnibus Clericis licet.* Videatur Paſſeratius verbo *Præ*, in principio, vbi ſic ait. *Præ cum ablatiuo: vt præ oculis ideſt ante oculos. Præ cunctis, id eſt ante cunctos, vel pluſquam cuncti.* Eandem vim dictio *ſuper* habet: exponitur enim interdum, vti docet Barboſa *in dictionibus vſu frequentioribus, dictione, 393. num. 11. vt in L. diuortio, §. Quod in anno, verſ. Item ſi, ff. locati, & in l. 1. ff. de peric. & commodo rei vindi. ſecundum Ruin. conſ. 94. num. 1. lib. 4. quem refert Octauian. Vulpell.* pro dictione *Vltra*: Dictio autem *Vltra*, licet incluſiua regulariter ſit, vt bene idem Barboſa dictione 418 probat, num. 1. aliquando tamen metas eorum, quæ includit excedit. Quocirca Paſſeratius ait. *Vltra famam, id eſt, ſupra opinionem, vel pluſquam homines opinentur.* Eodem igitur ſenſu accipienda eſt dictio *ſuper* à Cardinali noſtro ſupra allata: quaſi dixiſſet: *tam licitum fuit Monachis in conſpectu diſputare Concilij, quam aliis omnibus, qui aderant; imo magis licitum.*

Neque etiam obſtat *Caput, ſi cupis*, citatum; ibi enim *Hieronymus*, vti ait gloſſa in *ſumma* illius, *de quatuor reprehendit Paulinum. Primo, quia libenter morabatur in vrbibus. Secundo, quia propter ſimplicitatem ſuam aliorum ſupplantabatur inſidiis. Tertio, quia loquentem de pecunia libenter audiebat. Quartò, quia truphatoribus malis Monaſterij bona donabat.* Hæc ibi, quæ omnia quatuor, valde reprehenſione digna, merito iudicauit Hieronymus: & non quia moraretur in vrbibus Paulinus; ſed quia *libenter*, quia ſine proprio, & proximi profectu, imo cum vtriuſque detrimento, & rerum Monaſterij diſſipatione, reprehendit. 39.

reprehendit. Laudaret, tamen citra dubium, ſi non ob adimplendam propriam voluntatem, ſed ob animarum ſalutem curandam, relicta ſolitudine, in vrbibus habitaret. Ipſe enim ait ad Ruſticum Monachum *Epiſt.* 4. & refertur *Cap. ſic viue, & el* 16. *quæſt.* 1. *Sic viue in Monaſterio, vt Clericus eſſe merearis.* Et infra. *Multo tempore diſce, quæ poſtmodum doceas. Quod ſi populus, vel Epiſcopus te in Clericum elegerit; age, quæ Clerici ſunt.*

40. Quod autem Monachi, ex iuris diſpoſitione, ad Parochiale munus incapaces non ſint, ſed capaces, Sacri Canones teſtantur, eadem *Cauſa* 16. *& quæſt.* 1. & ibi Gloſſa quæ in primis videatur in titulo quæſtionis, verbo, *Quod Monachi. Cap. de Monachis*, & ibi gloſſ. *el* 3. *cap. De præſentium, in fin. el* 20. & ibi Gratian. verbo, *Quod vero.* & Gloſſa verbo, *Gelaſius, in fin.* & verbo, *Quod vero. cap. Doctos, el* 21. *cap. Si Monachus, el* 22. *Cap. Moderamine, el* 23. *Cap. ex auctoritate, el* 24. *cap. Sunt nonnulli, el* 25. & poſt ipſum Gratian. ibi. *His omnibus*, & Gloſſ verbo *eod. cap ſic viue, el* 26 *cap. Si Clericatus, el* 27. iuncta gloſ. citata, *His omnibus. cap. Si quis Monachus*, & Gloſſ. in *Summa el* 28. *Cap. Monachos, &* gloſſ. in *ſum. el* 29. *c. Vos autem*, & gloſſ. in *ſum. &* 30. *c. In Parochia*, cum gloſſ. in *ſum.* & verbo, *cum Diaconum*, & in *marginal. el* 31. *cap. ſi quem*, & gloſſa in *ſum. el* 32. *cap. Monachi*, cum gloſſ. per totam, & in *marginali, el* 33. *c. Cum pro vtilitate*, & gloſſ. verb *Cum Abb. el* 34. *c. Monachi*, & gloſ. in *ſū.* & verbo, *Eccleſiaſt. el* 5.

In Decretalibus idem ſtatutum inuenio. *c. Monachi*, & ibi gloſ. verb. *Parochiales, el* 2. *c. Quod Dei timorem*, & gloſſ. verb. *Regimen, el* 5. *de ſtatu Monachorum.* Gl. in *c. ſi Religioſus*, verb. *Elect.*, & *in c. Nullus*, verb. *eligatur. los* 27. *&* 28. 41.

Ad textus igitur in contrarium adductos, reſpondeo. Ad *caput in Eccleſiis*, 1. *de Capellis Monach.* dico cum gloſſa verbo, *Monachorum*, illud *de Monacho Clauſtrali, qui non eſt à populo electus, nec ab Epiſcopo inſtitutus*, intelligi, & pro Eccleſiis pleno iure. Epiſcopis ſubiectis: in his enim nemo, & multo minus Monachus debet præfici, ſine Epiſcopi inſtitutione. 42.

Ad capita *Placuit*, 1 *&* 8. *& c. Interdicimus, el* 10. 16. *q.* 1. dico cum gloſſ. verb. *Placuit*, in 1. & 8. & in 10. verb. *Ab Epiſcopis*, ſolum illa loqui de Monachis aut Monaſteriis, populum, quoad curam ſubiectum non habentibus. Et eodem prorſus modo, intellexit S. Rota duo *c. Placuit*, in vna *Vlisb. Iuris cōferendi*, 13. *Iunij* 1607. corā Cardin. Lancelloto, *n.* 8. quam infra inuenies, *la* 8. in ordine. 43.

Ad *c. Iuxta, el* 11. 16. *q.* 1. dico cum gloſſ. in *ſumma*, illud loqui de vſurpantibus prædicationis officium. 44.

officium. Et ſic non comprehendit habentes legitimam facultatem ad illud exequendum.

45. Ad Pauli Quarti Conſtitutionem reſpondeo, cum Laertio Cherubino in nota marginali illius, cum Tamburino de Iure Abbatum, *to.3.diſp.9 quaſtiunc.8. num.5. fol.*183. Lezana, *conſulto* 40. *num.*20. Pellizario, *tom.2. part.*1 *tract.*8 *cap.*4.*ſect.*4.*n.*104. *fol.*356. illam redactam fuiſſe ad terminos iuris communis, per Pium Quartum, anno 1560. Cõſtitutione, *Sedis Apoſtolicæ ſolertia*, illius tertia apud eundem Cherubinum, 2. *tom. Bullarij*. In illa enim ſic Pius, §. V. ſtatuit. *Singuláſque litteras prædictas*, (ſcilicet *Pauli Quarti* ſuprà citatas) *ac in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque, ad formam iuris, & Sacrarum Conſtitutionum reducimus*, &c.

46. Ad declarationem S. Congregationis de mente Gregor. XIII. dico primò cum Lezana, dicto *conſulto* 40. *num.*22. illam ſolum loqui de Canonicis Regularibus. Ac per conſequens, cum ſit in materia odioſa, & à communi iure exorbitante, non debet ad Monachos, neque ad reliquos extendi Regulares, iuxta iuris regulam, *Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari*, *la* 15. *lib.6.*

47. Secundò dico, dictam declarationem nequidem contra ipſoſmet Canonicos Regulares fuiſſe vnquam practicatam. Ita Tamburinus, *loc. cit. num.*11. Lezana, *conſulto* 40. *num.*22. Pellizario, *num.*104. Viuian. *in praxi iuriſpatron. part.2. lib.6. in addit. ad c.2. fol.*339. & Gabriel Pennottus, *libro* 2. *Hiſtor. tripartitæ Canonic. Regular. cap.*72. à prænominatis relatus. Quod ſic ſuadetur. Declaratio illa anno 1581. emanauit, & anno 1584. Sanctus Carolus Borromæus, præuio concurſu, 4. Idus Ianuarij contulit Parochialem Eccleſiam S. Remigij Vicemedroni Diœceſis Mediolanenſis, D. Theophilo Variſio de Triuiglio, Canonico Regulari, Congregationis Lateranenſis, vt ex prouiſione dictæ Eccleſiæ, quam verbatim refert Gabr. Pennotus, *num.* 6. conſtat. Clemens item Octauus, contulit Præpoſituram D. Paulo Tapparello Pedemontano, Canonico Regulari eiuſdem Lateranenſis Coongregationis, & ante collationem, viſum fuit, an Decretis Concilij Tridentini obſtaret. Et S. Congregatio reſpondit non obſtare, niſi eſſet tranſlatus. (Ab vna ſcilicet Religione, in aliam.) Et Paulus Quintus anno 1616. Canonicatum Eccleſiæ Cathedr. Caprienſis, D. Æmilio, ſeu Antonio Caracciolo Nepolitano, Canonico Regulari contulit, cum prius iuſſiſſet examinari, an Canonici Regulares ſint capaces talis beneficij. Et fuiſſe, & eſſe capaces, decidit Ro-

ta, *in vna Papien. iuriſpatr. 6. May, anno* 1598. coram Cardinali Seraphino, quæ in impreſſis eſt *deciſ.* 1269. Idem decidit Rota, *deciſ. 5. de iurepatronat. in nouiſſ.* Hæc omnia præfati Doctores. Et addunt Pennotus, *num.* 8. & ſequentibus, & Viuianus, Canonicos Regulares poſſe fieri ſimplices beneficiarij, & pro ſe adducit Viuian. Gloſſa, *in cap. Praterea, de Prabend.* Ibi tamen non inuenio, niſi quod *Canonicus Regularis poteſt fieri Archidiaconus.* Archidiaconatus autem duplex eſt beneficium, non ſimplex, vti idem Viuianus docet, *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 90.

48. Neque obſtat praxis obſeruantiæ præfatæ declarationis Congregationis Concilij, de mente Gregorij, aſſerta quidem à Quaranta, *in Summ. Bullar.* verb. *Canonici Regulares, pag. mihi* 150. Quia illam aſſerit ex atteſtatione Gonzalez, *comment. ad Regulam 8. Cancell. gloſſa* 7. *num.* 53. qui licet id dixerit in prima editione, in poſteriori, de veritate melius edoctus, *ead. gloſſa* 7. *num.* 55. *verſ. Cæterum*, ſe retractauit, & praxim, declarationi dictæ, contrariam Canonicos Regulares habere, aſſeruit. Ita Pax Iord. *tom.* 2. *de re beneficiar. lib.* 10. *Titulo* 27. *num.* 45. Lezana, *conſult.* 40. *n.* 22. Tamburin. *tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 8. *num.* 12. Pennotto citato in num. præcedenti 47.

Cum dictis tamen ſtat, vt benè notant Tamburinus, *num.* 6. Leſſius, *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *in fine*, & Lezana, *n.* 24. requiri vt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ curatæ ſæcularis, cui Regularis præficiendus ſit, intercedat. Tum, quia Summus Pontifex Pelagius, *in cap. In Parochia*, 16. *quæſt.* 1. citato, pro huiuſmodi neceſſitate in animarum fauorem iuſſit, Monachum ab Abbate ad Parochiam præſentatum ab Epiſcopo admitti. Neceſſitas igitur doctrinæ, & curæ, ratio eſt, ob quam, promotio Religioſi ad ſæcularem Eccleſiam, eſt conceſſa, vti ex Panormitano, *in cap. Quod Dei timorem, num.* 5. *el* 5. *de ſtatu Monachor.* obſeruauit Leſſius, *loc. citato, num.* 99. Ex quo etiam Abbate ibidem, *& in cap. Super eo, 9. de Regul.* reddit rationem, quare Religioſi incapaces beneficiorum ſimplicium, & curam animarum non habentium, ſint: quia in his ceſſat neceſſitas curæ, & doctrinæ. 49.

Tum etiam, quia ſicut beneficia Regularia, Regularibus perſonis conferri debent; ita ſæcularia, ſæcularibus debentur. Inordinatum itaque eſſet, inuerſo ordine, beneficia perſonis diuerſæ profeſſionis, neceſſitate ceſſante, conferre; illa verò mediante, ordinatiſſimum: quia conuenientius eſt, & rationi valde conſentaneum, vt beneficium, per 50.

Ee per

perſonam alienæ gubernetur profeſſionis, quam quod omni gubernatione deſtituatur, aut iniquè gubernetur. Ita Tamburinus *tom* 3. *diſp*.9. *quæſt*.2. *num*.5. *folio* 174. Lezana, *in Summ. qq. Regul. part*.2. *cap*.18. *num*.1. *ex cap. Inter quatuor, de Religioſis domibus, & conſulto* 40. *num*.24. Caſtr. Palaus, *part*.2. *tract*.1. *diſput*.1. *punct*.3. §.1. *num*.11. *ex eod. cap. Inter quatuor*, §. *Seu ſi Regulares, & ex cap. Abbate, in fine, de verborum ſignificat.* Quocirca, noſter Gregorius Magnus, *lib*.1. *Epiſt*.18. ſtatuit. *Si quæ ciuitates, in Prouincia Siciliæ, pro peccatis noſtris, per Sacerdotum lapſus, à Paſtorali regimine vacare noſcuntur, de Clero Eccleſiarum ipſarum, vel ex Monaſteriis, ſi qui digni ad Sacerdotalem locum poſſunt inueniri, perſpicias*, &c. In primo enim loco, decernit Summus Paſtor, deſtinari Paſtores Eccleſiarum vacantium, earundem Clericos, ſi in eis qui, pro hoc munere, digni inuenti fuerint; in ſecundo verò, pro Clericorum idoneorum defectu, Monachos dignos inuentos. Et merito alienos ad Eccleſias admittit, quia neceſſitas caret lege.

51. Notanter dixi, *nu*.34. in principio ſolutionis argumenti, Religioſos Prælati Regularis indigere licentia, vt ad Parochiale munus Eccleſiæ ſæcularis aſſumi poſſint. Quia *in cap. Si Religioſus, in principio*.27. *de elect. lib*.6. ſic ſtatuitur. *Si Religioſus electioni de ſe ad prælationem aliquam extra ſuum Monaſterium, vel ſuam Eccleſiam celebratæ, ſui Superioris, qui dare ipſam valeat, non petita, & obtenta licentia, præſumpſerit conſentire, conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam, præſumptionis illius electio eadem ipſo facto viribus euacuetur omninò.* Vide Tamburin *tom*.3. *diſp*.9. *quæſt*.8. *num*.10. Palaum, *loc. cit num*.15. Pellizar. *tom*.2. *part*.1. *tract*.8. *c*.4. *ſect*.4. *num*.108.

Quod ſi petas quis ſit Prælatus, qui valeat hanc licentiam concedere. Dico cum Palao *numero* 19. quod immediatus Monaſterij; niſi aliter ſtatuto, conſuetudine, aut priuilegio Religionis, cautum ſit. Ratio, quia iſte eſt verus Religioſi ſuperior. Et ſequitur ex cit. *cap*. ibi. *Decernimus, vt iidem Superiores (ſuis irrequiſitis conuentibus) electis huiuſmodi conſentiendi, & tranſeundi, liberam valeant dare facultatem: vt celerius, & facilius Eccleſiæ prouideantur.* 52.

Ea tamen quæ diximus, ex abundantia ſcias dicta. Primò, quia argumentum, ſi vllam vim habet, non eſt contra nos, agentes de beneficio Regulari, ratione vnionis ad menſam Monaſterij, iuxta dicta, *part*.1. *quæſt*.2. *diuiſ*.1. *num*.3. & *part*.2. *quæſt*.6. *num*.8. & *ſect*.1. *num*.4. & 6. *huius quæſt*. argumentum 53.

gumentum verò agit de ſæculari beneficio. Secundò, quia textus, Conſtitutiones, & declaratio item, in argumento cumulati, procedunt de Religioſo particulari, non autem de communitate, Religioſorum habente curam animarum Eccleſiæ parochialis ſibi, & ſuæ menſæ vnitæ. Vnde nihil contra nos probant, cum doctrina à nobis tradita, procedat de Conuentu Hyrachenſi habente ad ſuam menſam vnitam Eccleſiam de Mendauia, & non de particulari perſona illius, nomine proprio illam poſſidente. Videatur gloſſa in vtroque cap. *Placuit.* Rota in deciſ. quam *infra*, numero *la* 8. exſcribam, & Lezana dicto conſulto 40. *num.* 31 vbi hoc eodem fundamento reſpondet conſtitutionibus Clem. & Vrbani. Cui addo, neutram in Hiſpania, maximè in noſtra Congregat. vſu eſſe receptam.

QVÆSTIO II.

Vtrum Domnus Abbas Monaſterij Regalis Sanctæ Mariæ Hyrachenſis ſit verus & proprius Rector, & Parochus Eccleſiarum de Luquin, & Vrbiola?

QVæſtio intendit, an ita Reuerendiſſimus præfatus Domnus Abbas ſit Rector dictarum Eccleſiarum, vt in illis valeat Sacramenta miniſtrare per ſe ipſum, & omnia alia iura Parochialia exercere. Et quod de Domno Abbate inquiritur etiam de Præſidente Monaſterij, cum eadem in vno, ac in altero militet ratio, vti diximus in introductione ad quæſtionem I. Et ſic quod in præſenti dixerimus, de vtroque intelligenda ſunt. Sed pro exacta illius reſolutione, præter ea, quæ in dicta quæſt. 1. fundamenta iecimus communia quidem omnibus, quæ in hoc tractatu diſcutiuntur, nonnulla ſpecialia pro præſenti difficultate, operæ pretium, ante omnia, iacere duxi.

SECTIO PRIMA.

Monumenta Monaſterij referuntur?

PRimum itaque fundamentum eſt, præfatas Eccleſias de Luquin & de Vrbiola olim pertinuiſſe ad Priorem, & Conuentum Eccleſiæ Cathedralis Pampilonenſis, & ad Infirmariam ipſorum, qui cum aſſenſu, & voluntate Domini Guillelmi Epiſcopi illas dederunt, & conceſſerunt integrè cum omnibus directis ſuis pleno iure, & perpetuo poſſidendas, Domno Sanctio Abbati Hyrachenſi, & Conuentui 1.

 eiuſdem

eiuſdem Monaſterij, ita tamen vt quinque Clericos portionarios tenerent in eis: & vice verſa præfati Domnus Sanctius, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis dederunt, & conceſſerunt Priori, & Conuentui Pampilonenſi, & ipſorum Infirmariæ Monaſterium Sanctæ Mariæ de Oybar, de Valle Dorua, cum omnibus directis ſuis, & poſſeſſionibus, iure perpetuo poſſidentem. Cuius permutationis, & viciſſitudinariæ conceſſionis, publicum inſtrumentum confecerunt, in præſentia præfati Domini Epiſcopi, quarto Kalendas Ianuarij, ſub Era Milleſima, ducenteſima, quinquageſima quarta, hoc eſt *die vigeſima nona Decembris, anni milleſimi, ducenteſimi, decimi ſexti*, quod in Archiuo dicti Monaſterij Hyrachenſis vſque hodie aſſeruatur, cum ſigillis Domini Guillelmi Epiſcopi, & Domni Abbatis, ex illo pendentibus.

2 Quam quidem permutationem, includere vnionem dictarum Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola Monaſterio de Hyrache factam, & eius menſæ, non eſt ſub dubio, quia vti decidit Rota *in cauſa Vicariæ S. Ioannis de Stella* 16. *Iunij* 1642. coram R. P. D. Cerro, ſufficit in donatione contineri vnionem, licet expreſſa mentio de ea facta non fuerit, Pariſ. *conſ.* 44. *num.* 5. *lib.* 1. Crauet. *conſil.* 49. *num.* 10. Garc. de Benefic *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 156. Rota coram Cardin. Seraphino, *deciſ.* 1272. *num.* 1. & in cauſa eiuſdem *Parochialis de Stella*, *deciſ.* 1304. coram eodem & coram Martino Andrea, *deciſ.* 11. *n.* 1. & *deciſ.* 50. coram Veroſpio. In qua etiam deciſione Cerri habetur, in donatione præfatæ Eccleſiæ de Stella contineri vnionem, *quia donatio concepta fuit verbis ampliſſimis, & continet decimas, primitias, & oblationes, & ſic perneceſſe importat vnionem, cum hæc omnia alio titulo obtineri non poſſint.* Donatio autem Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola concepta etiam fuit verbis ampliſſimis, vt vidimus ibi: *cum omnibus directis ſuis pleno iure*: & licet non contineat expreſsè decimas, primitias, & oblationes; continet tamen virtualiter, quia qui totum dicit, nihil excludit: quod & vſu vt videbimus comprobatum eſt. Sed circa clauſulam illam: *Pleno iure*: nonnulla adnotare libuit. Primum eſt, quod operetur translationem proprietatis ſimul cum vſufructu. Ita Barboſa in tract. de clauſulis vſufrequentioribus, clauſ. 101. num. 2. *ex L. Mater ibi Angel. & Fulgeſ. C. ad Tertull. Alex. conſ.* 56. *num.* 1. *lib.* 3. *Alber. in dictionar. verbo*, *Pleno iure*, *& Stephan. Gratian. Marchia deciſ.* 239. *num.* 6 *Card. Tuſch. tom.* 2. *lit. B. concluſ.* 331. *num.* 1. *& tom.* 8. *lit. V. concluſ.* 315. *num.* 94. *Mart. de Clauſul. part.*

part. 1. clauſ. 93. in vltima impreſſ. num. 1. vbi num. 3. poſt Alex. conſ. 208. num. 6. verſ. Nec prædictis obſtat, lib. 2. id intelligit, quando ponitur abſolutè, non vero reſpectiuè ratione ſubiectæ materiæ.

Secundum eſt, quod totalitatem importat. Idem Barboſa, *n. 5.* ex Menochio, *conſ. 1. num. 13. & conſ. 87. num. 427. & conſ. 191. n. 14.* Quod verum eſt, tam in proprietate, quam in poſſeſſione, vel vſufructu. Barb. *ibid.* ex Stephan. Gratian. *deciſ. 239. citata, num. 6.* & Card. Tuſcho, *Practicar. concl. tomo 2. litt. D. concl. 331. à principio.*

Tertium, quod totalitatem, ſeu integritatem ita rigorosè importat. vt omnem excludat diminutionem. Præfatus Barboſa, *vbi ſupra, num. 6.* ex Dec. *conſ. 493. n. 8. & 9.* Mart. *clauſ. 92. citata, n. 5.* Cardin. Tuſcho *dicta litt. D. concl. 331. num. 3.* & ex Rota *in Sorana Iuriſpatronatus, 28. Aprilis* 1603. coram Pamphilio, & Menoch. *conſ. 1046. num. 5.*

Denique, Pleno iure dicuntur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando vtroque, id eſt in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiectæ ſunt. Barboſæ verba ſunt *loco citat.* num. 16. quæ probat, ex *cap. Quoniam*, el 21. *de Priuilegiis*, ex Anton. Butr. *conſ. 53. num. 26.* Cardin. *num. 1. &* Dec. *num. 17. & 13. in cap. Cum & plantare, §. In Eccleſiis, eod. tit.* Rebuffo *in concordat. tit. Forma mandati,* verb. *Plenum.* Card Tuſcho *concl. 364. num. 3.* Mart. *cit. clauſ. 93. num. 6.* Ex noſtro Gregor. Sayro *in Theſauro, lib. 1. de c enſur. c p. 6. num. 12.* Et ex Eraſmo Cochier *de Iuriſdict. Ordinar. in exemptos, parte 4. quæſt. 67. num. 5.*

In vna etiam *Vliſbonenſi* .. *Decembris de anno* 1605. coram Litta, ita deciditur. *Eccleſiam autem eſſe ſubiectam Monaſterio, aut annexam vel de menſa, non eſt neceſſe probare per inſtrumentum vnionis, vel annexionis, ſed poteſt etiam probari per alia ſigna, & argumenta, vt fuit deciſum in cauſa Pampilonenſi de Stella 14. Decembris* 1598. *coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino.* Et in alia *Vliſbonen. 13. Iunij* 1607. coram Lancelloto, idem *num. 2.* deciditur. Vtramque inuenies apud Farinacium. Efficacius probatur ex deciſ. Rotæ 15. Maij 1626. coram Buratto, in Foroliuienſi Parochialis, *infra la 23.* 3.

Præfatam donationem, & vnionem ſortitam fuiſſe effectum in dubium nemini reuocare licet ob ea quæ ſequuntur. Primo, quia in archiuo dicti Monaſterij inuenitur inſtrumentum publicum in quo Domnus Ferdinandus Abbas, & Conuentus illius, ſic aiunt *Sepan quantos eſta preſent carta veran, e oyran que Nos Don Fernando por la merce de Dios Abbat. de Sancta Maria de Yrach, y el* 4.

Conuento de eſte meſmo logar agrãt afincamiento, a e muchas rogarias de los Clerigos, e del Conceillo de Luquieyn de Infanzones, e de labradores, con bona voluntad dellos, e con lur conſentimiento eſtablezemos, que por todos tiempos in perpetuum, ſean quatro rationeros fijos de la Villa por numero en nueſtra Yglesia de San Martin de Luquieyn, que ayan de ſeruir a la Yglesia como es dereito. Empero por poner concordia, e buena voluntas, e paz entre nos, e ellos, faciendoles gracia eſpecial conſentimos, e otorgamos, que quando alguno deſtos quatro Racioneros moriere, que el dito Conceillo eſleyan, vn Infanzon, e vn labrador, e ellos dos con el nueſtro Capeillano, que por tiempo ſera Iure ante nos, o ante el Abat, que por tiempo fuere, e Iure otro ſi ante el Conceillo de Luquieyn, ſobre Sanctos Euangelios, e ſobre la Cruz, que ellos a ſu entendimiento eſleyan por Racionero de los fijos de la Villa el meior, y el mas conuenient legitimo, e idoneo para el dho logar, e alomenos, que ſea ordenado de Epiſtola el que fuere eſleydo &c. Facta fuit carta prima die Februarij, Eræ milleſimæ, treceteſimæ, vigeſimæ primæ.

5\. In eodem Monaſterij Archiuo etiam inuenitur aliud publicum inſtrumentum Concordiæ, factæ inter Domnum Abbatem, & Cõuentum illius, cum Portionariis dictarum Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola, vndecima die menſis Octobris, Eræ milleſimæ, treceteſimæ, ſeptuageſimæ ſeptimæ, id eſt anni Domini 1339. in qua Domnus Abbas, & Conuentus concedunt portionariis dimidiam partem prædiorum, & decimarum dictarum Eccleſiarum, & duas partes oblationum earumdem, reliquis ſibi retentis cum procuratione, à Portionariis ſoluenda Domno Abbati tempore annuæ viſitationis ab ipſo, & ſucceſſoribus eius facienda in ipſis Eccleſiis. In eadem etiam Concordia, ſic quoad Vicarios ſtatuitur, videlicet.

Y ten ordenamos, & ſtableecemos, 6. *que el vno de los quatro Rationeros de Luquiayn, que ſe à Vicario en la dicha nueſtra Yglesia de luquiayn, e que lo slea, e confirme el Abat de Trache que aya, e reciua por la Vicaria por Soldada cada ayno treynta robos de trigo, & eſtos treynta robos de trigo que ſalgan del monton del comun, antes que ſe parta la diezma.*

Yten ordenamos, & ſtablezemos, 7. *que ſi por auentura algunos de los racioneros non quiſiere ſer Vicario por los treynta robos de trigo, que el Abad de Hyrach porega Vicario donde quiere que ſea, e que paguen eſta meſiõ los dichos Abat, Oficiales, e Conuento e los dichos Racioneros.*

Y ten ordenamos, & ſtablezemos, 8. *que el Abat de Hyrach aſigne, e ponga Vicario en la Yglesia de Vrbiola:*

biola: el a meſion, que paguen los dichos Abad, Officiales, è Conuento, e los dichos Racioneros.

9. Nonnulla etiam inſtrumenta authentica in eodem exiſtunt Hyrachenſi Archiuo, per quorum tenorem Domnus Abbas, & Conuentus tanquam Domini Eccleſiarum præfatarum, & bonorum, fructuum, & reddituum earundem, eas in locationem dederunt: ex quibus vnum pro nunc referre ſufficiat, celebratū octauo die Februarij, de anno ab Incarnatione milleſimo trecenteſimo, vigeſimo ſexto, in quo Domnus Michael Martinez Abbas, & Conuentus, ita fantur. *Las nueſtras Yglesias de San Martin de Luquin, & de S. Saluador de Vrbiola, con caſas, con decimas, obladas, oblatones, & pie de los Altares de las dichas Yglesias, e con las pieças, e con las biñas, e con todos los derechos pertenecientes a las dichas Yglesias.* Et infrà. *Et que prouëades cada año de los dichos ayños a ſin quo Racioneros, de ſus raciones, que ay en la dichas Ygleſias, & a la dichas Ygleſias, e acada vna de cyllas, de Vicarios, ſegund vſado es ata hoy, & que dedes cada año a nos el ſobre dicho Abad, o a qualquier Abad por tiempo fuere, vna Procuraton. Segun la hauemos vſada de recebir.* Quę locatio probat poſſeſſionem. Rota in deciſ. quæ infrà, la 23. *numero 6.*

Et quoad Eccleſiam de Luquin attinet, fere omnia ſupradicta confeſſus eſt D. Ioannes de Medrano Vicarius, & Beneficiarius illius in quadam petitione, ſeu libello, coram Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Pampilonenſi, aduerſum dictum Monaſterium præſentatum, decima die menſis Ianuarij anni milleſimi, ſexcenteſimi, trigeſimi quinti, cuius copia authentica habetur in eodem Archiuo, & eſt talis. 10.

Illuſtriſſimo Señor Ioan Bruyz de Vicuña Procurador de D. Ioan Medrano Vicario de la Yglesia Parochial del lugar de Luquin, digo que la Abadia de la dicha Yglesia es anexa al Monaſterio Real de Nueſtra Señora de Hyrache, y valen cada año los frutos de la dicha Abadia quatrocientos, y cinquenta ducados largamente, y lleua el dicho Monaſterio los dichos frutos, y al Vicario nos el edan mas de quarenta y ochos robos de trigo: y con ellos no tiene congruo ſuſtento: y el dicho lugar es de mas de docientas perſonas de communion: y tiene obligacion de tres Miſas cada ſemana: y lo que ſe ofrenda, ſe reparte entre el Abbad, y Beneficiados, ſin que tenga parte alguna el Vicario. Y conforme a derecho ſe le deuia ſeñalar congruo de los frutos decimales, ſin embargo que hubiera, acetado mi parte la dicha Vicaria con el dicho ſalario, por que ni tacita, ni expreſa 11.

ſamente no puede renunciar aeſte derecho, por ſer publico. Y pues los dichos frutos valen tanto, y demas de eſto lleua el dicho Monaſterio la tercera parte del pie de altar, y de todos los emolumentos, y obuenciones, ſe le deuen ſeñalar a mi parte, ciento, y cinquenta ducados, o lo que pareciere ſer competente. Atento loqual pido, y ſuplico a V. Illuſtriſſima mande proueer de citacion contra el Abad, Monges, y Conuento del dicho Monaſterio, para que parezean ante V. Illuſtriſſima a reſponder a la demanda, que mi parte les pondra en raçon de la dicha congrua. Y pi de Iuſticia y coſtas. El licenciado Azcona.

12. Et quoad viſitationem quidem dictarum Eccleſiarum per Domnos Abbates Monaſterij factam, multa ſunt monumenta, tam antiqua, quam moderna, ex quibus nonnulla referam, quæ authenticæ in Archiuo Monaſterij præfati aſſeruantur.

13. Eccleſiam Sancti Martini de Luquin viſitauit Domnus Frater Franciſcus Orenſe Abbas Hyrachenſis *Rector y Patron de la Ygleſia de San Martin de Luquin*, verba ſunt actuum viſitationum de annis 1533. 1538. 1539. quoad illa quidem omnia, reperiuntur in priori, in ſecundo item, & tertio ſi excipias, *y Patron.* Eadem, quæ in his duobus continent actus viſitationum, quas de præfati Domni Franciſci ab Orenſe Abbatis commiſſione, fecerunt annis 1541. & 1542. Frater Ludouicus Roſa, & Frater Didacus de Entrena Monachi dicti Monaſterij. Et tam Domnus Abbas, quam eius Commiſſarij dictam Eccleſiam viſitauerunt tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus: videlicèt Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Sacrario exiſtens: Fontem Baptiſmalem: Sacros oleos, & Chriſma: Vaſa Sacra, Crucem, ornamenta, & paramenta: Fabricam & Primitiam: Computa ſumptuum, dati, & accepti fecerunt. Domnúſque Abbas, in ſolidum, Oeconomos pro fabricæ adminiſtratione nominauit, & Sacriſtam. Et nonnulla mandauit pro cultu diuino immediato: & aliqua quæ fieri deberent, ſumptibus fructuum Primitiæ. Quas omnes viſitationes, & earum actus intimare fecerunt Vicario, & Beneficiariis dictæ Eccleſiæ, & Oeconomis eius, & aliis eiuſdem loci vicinis.

14. Eandem Eccleſiam viſitauit Domnus Abbas Frater Laurentius à Frias anno 1612. & anno 1614. Domnus Abbas Frater Anton. Aluarado, & Domnus Abbas Frater Ranimirus de Goñi viſitauit anno 1630. & ann. 1647. viſitauit Domnus Abbas Frater Barnabas à Martel, qui ſimul Miſſam maiorem, & popularem cele

celebrauit, & alios Parochiales actus exercuit, quam etiam celebrauit præfatus Dom. Frater Ranimirus de Goñi, & Dom. Frater Antonius de Aluarado concionem tempore Miſſæ popularis fecit. Et præfati omnes Abbates proceſſionaliter ad Fontem baptiſmalem viſitandum acceſſerunt, & ad reſponſorium in Eccleſiæ corpore pro fidelibus defunctis pſallendum.

15. Eccleſiam ſimiliter Sancti Saluatoris de Vrbiola, viſitauit præfatus Domnus Abbas Frater Frãciſcus Orenſe, *como Rector y Patron della*, annis citatis, videlicet, 1533. & 1539. ſub titulo Sancti Ioannis Baptiſtæ, in omnibus ſupra recenſitis, ſpiritualibus, & temporalibus: Oeconomos nominauit: rationémque, & computum ſumptuum, & expenſarum bonorum Eccleſiæ exegit: mandata aliqua iniunxit. Quod omne fuit laudatum, & approbatum à Vicario, Beneficiario, & Parochianis eiuſdem loci.

16. Eodem prorſus modo Eccleſiam præfatam Sancti Ioannis Baptiſtæ viſitauerunt, de eiuſdem Domni Abbatis commiſſione Frater Ludouicus à Roſa, & Frater Didacus ab Entrena, anno 1541. & anno 1542. Frater Gregorius del Caſtro, & Frater Sanctius de Ozalla.

17. Et in præſenti ſæculo, eandem Parochialem viſitauit Domnus Abbas Frater Laurentius à Frias, anno 1612. & anno 1630. Domnus Abbas Frater Ranimirus de Goñi. Et tandem, anno 1647. Domnus Abbas, Frater Barnabas Martel.

Illud tandem adnoto, quod 18. anno 1326. Monaſterium in ſcriptura de qua *num.9.* clauſulam appoſuit, vt Domno Abbati ſolueretur, *vna procuraçon ſegun la hauemos vſado de recebir.* Et anno 1339. in concordia de qua *num.5.* ſic habetur. *Ytem ordenamos, & eſtableZemos, que los dichos Racioneros, que agora ſon, e los qui por tiempo, den e paguen en cada vn año al Abad de Yrach que por tiempo fuere, veinte ſueldos por la procuracion quando fuere a viſitar las ſobredichas Ygleſias.* Quod ius eſt Epiſcopale, à Monaſterio Hyrachenſi priuatiuè poſſeſſum, ab anno 1216. in quo has acquiſiuit Eccleſias, vti *num.1.* vidimus, vſque ad Pontificatum Domini D.Petri à Pacheco, Pampilonenſis Epiſcopi, qui ſedit ab anno 1539. vſque ad ann.1545. cuius Officialis quidam, cœpit has Eccleſias viſitare, ſed procurationem ipſe, aut alius viſitator Pampilonenſis Sedis, non percepit, vſque ad Pontificatum Domini Epiſcopi Domini Antonij Fonſeca, in quo eius viſitator Bachalaureus Yturbide dictam exegit procurationem; ſed repulſam pertulit. Et licet ob id, inter-

Ff dicti

dicti cenſuram protulerit,ſuſpenſa fuit, imo ablata à Domino Epiſcopo, abſque eo quod procuratio,aut quid aliud ſolueretur: ea tamen conuentione,inter Dominum Epiſcopum, & Monaſterium facta, vt poſtea arbitros eligerent, qui de præfatis ſententiam proferrent.

19. Cauſa tamen hac indeciſa, Vicarius generalis eiuſdem Domini Epiſcopi Fonſeca, Bachalaureus ſcilicet Corral, die ſecunda menſis Ianuarij anni 1550. viſitauit, & vi, miniſque extorſit iura viſitationis: ſimulque in actu viſitationis illius,ita decreuit,videlicet.

20. *Otro ſi el dico Señor Vicario general, por quanto allo por la dicha viſita, por relacion de teſtigos dignos de fee, que el Abad de Yrache ſo color de ſer la dicha Yglesia Parochial(de Luquin) anexa a la dicha Abadia de Hyrache, ſe entremete en querer lleuar cada vn año, ciertos intereſes, o mas verdaderamente, hazer extorſiones a los Mayordomos, o Primicieros de la dha Yglesia por cierta pretenſa, que haze viſita de la dicha Yglesia; ſi eſta limpia, o ſi el Santo Sacramento eſta decentemente, e bien anſi los Oleos, y Pila loqual como Rector de la dicha Yglesia, e como cada Rector es tenido, y obligado de hazer: es a ſaber, de tener la dicha Yglesia, e Sancto Sacramento, y Oleos, y Altares decentemente, e con mucha limpieza: e de hazerla tener, como dicho es, e no a otro reſpecto de querer viſitar, que ſeria vſurpar le al Ordinario, o a quien tan ſolamente compete viſitar la dicha Yglesia, e Sancto Sacramento, y Oleos, y todo lo demas, que requiere viſita, y hauiendo algun defecto de corregir, punir, e caſtigar a los Vicario, e Sacriſtan de la dicha Yglesia: y aun al dicho Abbad, como Rector della, e por ello lleuar los derechos de la viſita. Portanto, el dicho Señor Vicario general mando a los Vicario, Mayordomos o Primicieros de la dicha Yglesia, que de eſte dia en adelante al dicho Abad de Hyrache, ni a otro alguno, ſinoy al dicho Señor Vicario General, o a otro Viſitador deputado por el Señor Obiſpo, o por el dicho Señor Vicario general, interes alguno, ni ſuma, ni cantidad alguna de dineros, ni otras coſas, ſo pena de excomunion, que lo contrario haziendo, incurran ipſo facto, e de cada dos ducados de oro aplicados para el Pror. Fiſcal de ſu Señoria Reuerendiſſima e por lo meſmo mando al dico Abad de Yrache, que al preſente es, o por tiempo fuere, no embaraze, ni entremeta, en pedir ni lleuar intereſes algunos, ni otra coſa alguna fuera de ſus rentas decimales, por titulo, cauſa, ni razon alguna; ſo pena de excomunion, e de los frutos de la Abadia, en que acaeſciere quererſe entremeter en hazer alguna de las extorſiones ſobredichas, &c.*

Poſt

21. Poſt hoc autem decretum, Domnus Abbas viſitauit dictam Eccleſiam de Luquin; & quia Oeconomi illius, procurationem, ob metum dictæ cenſuræ, Domno Abbati ſoluere noluerunt, abſtulit ipſe ab Eccleſia Calicem quẽ ad Monaſterium ſecum tulit.

22. De quibus omnibus, vicini loci de Luquin rationem Supremo Regi Senatui reddiderunt, ab eóque obtinuerunt Regale Decretum, quo cautum fuit, vt nec Dominus Epiſcopus, aut eius Miniſtri, nec Domnus Abbas procurationem exigeret, aut perciperet, donec per iuſtitiam pronuntiaretur, ad quem illorum ius huiuſmodi ſpectaret.

23. Deinde ad inſtantiam Monaſterij Magiſter Laſtras Iudex viſitator Officialium Curiæ Epiſcopalis Pampilonenſis, mandata præfati Vicarij, & viſitatoris Corral reuocauit, qui ſimul decreuit, vt ille quinque *groſes*, quos pro procuratione extorſerat, in manus Domni Martini de Heraſo in ſequeſtrum poneret, donec decerneretur ad quem illi pertinerent quod ita obediens fecit. Et Domnus ſimiliter Abbas calicem à ſe ablatum depoſuit.

24. Poſtea, nihilominus rebus ſic ſtantibus, Bachalaureus Dominicus de Larume viſitator Reuerendiſſimi Epiſcopi Domini Ioãnis Aluarez Moſcoſo, prædictam Eccleſiam de Luquin viſitauit, tertia Decembris die anni 1558. qui eiſdem vi, & minis, quibus Bachalaureus Corral vtens, alios quinque *groſes*, procurationis titulo, ab Eccleſiæ Oeconomis extorſit, laicis, cum reſiſtentia, & cõtradictione actuali dicti Domni Martini de Heraſo. Quod omne ex libro viſitationum eiuſdem Eccleſiæ apparet.

Poſt quam viſitationem, & procurationis extorſionem, Domnus pariter Abbas viſitauit, & loco procurationis, quam exegit, & non obtinuit, Miſſale Eccleſiæ ſecum detulit. 25.

Quibus ſuppoſitis, quæſtioni propoſitæ per ſequentes reſpondemus concluſiones: quarum probationes ex quæſtione prima deſumendæ veniunt, quia doctrina, qua in illius reſolutione vſi ſumus, communis vtrique eſt, imo & ſequentibus omnibus. Sed ne lectori eadem ad longum repetendo ſimus oneroſi, argumenta eadem afferemus, & probationes eorum vbi inueniri debeant, indicabimus. 26.

SECTIO II.

Quæſtio reſoluitur.

CONCLVSIO PRIMA.

Vicarij Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola, non ſunt Parochi illarum, nec habent 1.

 curam

curam animarum, ſed ſolum eius exercitium, ad nutum Domni Abbatis, ſeu Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis reuocabile.

2. Quod Parochi non ſint, probatur primò. Non habent beneficium Parochiale, *quæſt.*1.*concl.*1. *num.*4. *&* 5. Ergo non ſunt Parochi.

3. Secundò. In Eccleſiis alteri acceſſoriè vnitis nemo intitulatur, *part.*2. *quæſt.*6. *num.*6. Sed Eccleſiæ de Luquin,& de Vrbiola ſunt acceſſoriè vnitæ Hyrachenſi Monaſterio, vt patet ex dictis in hac *quæſt.ſect.*1 *num.*2.3. *&* 11. Ergo in illis nemo intitulatur: ac per conſequens nec Vicarij.

4. Tertiò. Omne ſimplex curatum beneficium, confertur, aut inſtituitur per concurſum, *quæſt.*1. *concluſ.*1. *num.*8. *& ſeqq. vſque ad* 13. Sed Vicariæ de Luquin, & de Vrbiola, non conferuntur, nec inſtituuntur per concurſum, vt ex praxi conſtat. Ergo iſtæ Vicariæ non ſunt curatæ.

5. Quartò. Quoties decimæ, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali aſſignata certa portione Vicario, cura penes Vicarium non reſidet, *quæſt.*1. *concluſ.*1. *num.*14. Sed decimæ, quæ in Eccleſiis de Luquin,& de Vrbiola dantur ratione curæ, cōpetunt Monaſterio Hyrachenſi tanquam Abbati illarum, certa portione Vicariis aſſignata, vti apparet hic. *ſect.*1. *num.*5.6.7.8.9. *&* 11. Ergo cura dictarum Eccleſiarum penes earum Vicarios non reſidet.

Quintò. Præſentatio Vicarij coram eo, cui eſt acceſſoriè vnita Eccleſia, eſt in præſentato quoad curam inferioritatis ſignum, itavt in illo cura non ſit, *quæſt.*1. *concluſ.*1. *num.*15. Sed Vicarij de Luquin, & de Vrbiola coram Domno Abbate, & Præſidente Monaſterij præſentantur, ab illis admittuntur, & nominantur, ſeu deputantur. Ergo inferiores ſunt Domno Abbati, & Præſidenti quoad curam. 6.

Sextò. Qui alium intendit cogere vt ſibi congruam augeat pro ſeruitio Eccleſiæ, curam in illa non habet, *quæſt.*1. *concluſ.*1. *numero* 16. Sed Vicarius de Luquin intendit cogere Monaſterium augere ſibi congruam, ſupra in monumentis, *num.*11. Ergo non habet ille curam. 7.

Septimò. Cura animarum vacat per mortem naturalem illam habentis, *quæſt* 1. *concluſ.*1. *n.*17. Sed non vacat cura animarum Eccleſiarum earum de Luquin,& de Vrbiola per mortem Vicariorum earum, vt ibidem oſtenditur. Ergo earum Vicarij non habent curam animarum. 8.

Octauò. Eccleſia alteri acceſſoriè vnita, non cenſetur habere curam animarum, *quæſt.*1. *concl.*1. *num.*18.19.20. *&* 21. Sed Eccleſiæ 9.

ſiæ præfatæ vnitæ ſunt Monaſterio: in monumentis, *num.* 2. 3. *&* 11. Ergo non cenſentur habere curam. Ac per conſequens nec earum Vicarij.

10. Nonò. In omni beneficio curam animarum habente locum habet deuolutio. Sed non habet locum in Vicariis vnitarum Eccleſiarum menſæ Prælati, vti diximus *quæſt.* 1. *concl.* 1. *num.* 22. Ergo dictæ Vicariæ non habent curam animarum. Tum ſic. Sed Eccleſiæ de Luquin, & de Vrbiola ſunt menſæ Monaſterij vnitæ. Ergo.

11. Decimò. Qui exercet nomine alieno curam animarum, non habet curam quæſt. 1 concluſ. 1. *n* 23. Sed Vicarij de Luquin, & de Vrbiola curam nomine Monaſterij exercent. Ergo non habent curam. Minor patet, quia nomine proprio non exercet, qui titulum, & Beneficium non habet. Vicarij autem non habent titulum, & beneficium, ſed vtrumque habet Monaſterium. Ergo.

12. Vndecimò. Vicarius temporalis Eccleſiæ Parochiali præfectus non habet curam, ſed tantum eius exercitium. *quæſt.* 1. *concl.* 1. *num.* 7. 11. 12. 13. Sed Vicarij Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola ſunt temporales, vt conſtat ex monumentis relatis numero nono, & ex actis prouiſionum factarum per Abbates, & Præſidentes, ſcriptis in libro Vicariarum, & Beneficiorum, aſſeruato in Monaſterio & per prouiſos ſubſcriptis: ex quibus conſtat, pro Eccleſia de Luquin, D. Ioannem de Heraſo fuiſſe deputatum 14. Aprilis 1583. per Præſidentem: & per Abbatem 4. Februarij, 1584. D. Stephanum. Martinez, per Abbatem. 23. Nouembris, 1598. D. Petrum Sancti Romani per Abbatem, 3. Nouembris, 1603. Licentiatum Murugarem per Abbatem, 13. Decembr. 1605. D. Ioann. de Sancto Stephano, per Abbatem 25. Iulij 1615. Pro Eccleſia de Vrbiola conſtat ex actis dictis, D. Martinum ab Arellano fuiſſe deputatum per Abbates, 5. Februarij 1583. 23. Februarij 1584 & 29. Decembris 1586. D. Bernard. de Medrano 22. Aprilis 1590. D. Martin. de Mendoza 21. Decembris eiuſdem anni. D. Petrum Paſqualem de la Peña 8. Martij 1593. D. Petrum Perez, 30. Decembris 1595. D. Ludouicum. Sanz 10. Februarij 1598. D. Nicolaum ab Aſiain 10. Ianuarij 1545. D. Thom. ab Arellano, 7. Maij 1647. Videantur vltima duo acta in quibus præſentatio fuit facta à parochianis per viam petitionis, & admiſſa ab Abbatibus: *ſin perjuicio del derecho que tienen de nombrar aquien fecere ſu voluntad, ſin preſentacion del dho lugar* &c. Ergo non habent curam animarum, ſed tantum eius exercitium. Nec obſtat

Ff 3 quod

quod in inſtrumentis deputationum, non exprimatur temporalitas, ob ea quæ diximus *quæſt.* 3. *concl.* 2.*num.* 8. *& ſeqq.*

13. Duodecimò probatur concluſio. Clericus ſæcularis incapax eſt Beneficij Regularis. *quæſt.*1.*concl.* 1.*num.* 24. Sed beneficia curata Eccleſiarum de Luquin,& de Vrbiola ſunt Regularia,*part.*2.*quæſt.* 6.*num.*8.Ergo Vicarij illarum,qui ſæculares ſunt, incapaces ſunt dictorum beneficiorum de Luquin,& de Vrbiola.

14. Quod autem præfati Vicarij, habeant exercitium curæ reuocabile, ad nutum Domni Abbatis, ſeu Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis, patet ex dictis *part.* 3. *de Iuribus Parochialibus,quæſt.*17. *à num.* 7.*part.* 1. *quæſt.* 2.*de diuiſ. beneficior. diuiſ.* 2. *à num.* 23.*& hac concl.* 1.*part.* 4. *quæſt.* 1.*num.* 25.vbi latiſſimè manet probatum Prælatos Monaſteriorum,quibus Eccleſiæ Parochiales vnitæ ad menſam exiſtunt, poſſe,& debere pro ſeruitio curæ huiuſmodi Eccleſiarum, deputare Vicarios, ſeu potius Capellanos, ad nutum eorumdem Prælatorum amouibilium; & perpetuos, nullatenus, prouidere pro eiſdem valere.

Secvnda Conclvsio.

1. Domnus Hyrachenſis Monaſterij Abbas,eſt verus, & proprius Parochus Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola. Conſtat ex actu viſitationis Vicarij Generalis de qua *ſect.* 1.*num.* 20.

Sed probatur primò. Quoties Eccleſia Parochialis acceſſoriè vnita eſt menſæ Prælati, & Conuentus, Prælatus, & Conuentus ipſi ſunt veri, & proprij Rectores illius *quæſt.* 1. *concl.* 2. *num.* 2. *&* 3. Sed Eccleſiæ Parochiales de Luquin, & de Vrbiola ſunt vnitæ menſæ Domni Abbatis, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis, vt patet ex monumentis citatis *num.* 1. 2. 3. 5. 9. *&* 11. maximè iunctis iis, quæ diximus *part.* 2. *quæſt.* 2.*de diuiſ.vnionis,num.* 36. *&* 37. Ergo Domnus Abbas, & Conuentus præfati ſunt veri, & proprij Parochi Eccleſiarum de Luquin,& de Vrbiola. 2.

Secundò. Quoties vna Eccleſia vnitur acceſſoriè & iure pleno alicui,vnitur illi quoad omnia iura ſpiritualia,ſimul & temporalia, & ſic quoad Parochialia iura *part.* 1.*quæſt.* 2.*de diuiſ. benefic. diuiſ.*1. *num.* 47.*& part.* 4. *quæſt.* 1.*concl.* 2.*num.* 5. *&* 6. Sed Eccleſiæ Parochiales de Luquin,& de Vrbiola vnitæ ſunt iure pleno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi acceſſoriè,vt patet ex monumento donationis *n.* 1. relato. Ergo quoad omnia Iura ſpiritualia, & temporalia, & Parochialia ſimul. 3.

Quod quidem argumentum procederet etiam ſi dictæ Eccleſiæ non fuiſſent Monaſterio donatæ 4.

natæ iure pleno ſimpliciter, id eſt cum omni iuriſdictione quaſi Epiſcopali, & pro vtroque foro pœnitentiali, ſcilicet ſeu Sacramentali, & contentioſo, ſicut re vera donatæ ſunt, vt vidimus ſuprà dum de inſtrumentis, *ſect.* 1. *n.* 1. *iuncto num.* 18.

5. Tertiò. Quoties acceſſoriè quoad ſpiritualia, & temporalia vnitur vna Eccleſia, cura illius reſidet penes eum cui vnitur, *q.* 1. *concluſ.* 2. *num.* 6: Sed Eccleſiæ de Luquin, & de Vrbiola vnitæ ſunt Domno Abbati, & Conuentui acceſſoriè quoad ſpiritualia & temporalia. Ergo cura animarum earumdem reſidet penes Domnum Abbatem & Conuentum. Minor patet, quia quoties vnio fit ad menſam, fit quoad ſpiritualia, & temporalia. Latè *p.* 2. *q.* 2. *de diuiſ. vnionis*, *à num.* 6. *vſque ad* 18.

6. Quartò. Quoties aliquis ex vi vnionis acceſſoriæ percipit fructus decimales debitos Parocho ratione curæ, & ſoluit Vicario portionem certam, ille eſt verus, & proprius Parochus, *part.* 1. *q.* 2. *de diuiſione beneficiorum*, *diuiſ.* 2. *num.* 14. 15. *&* 16. Sed ex vi vnionis Monaſterium Hyrachenſe percipit fructus decimales debitos Parocho Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola, & ſoluit certam portionem Vicariis, vt conſtat ex monumentis, ſuprà *num.* 5. 6. 7. 8. 9. *&* 11. vbi id à Vicario de Luquin in iudicio fatetur. Ergo Monaſterium eſt verus, & proprius Parochus dictarum Eccleſiarum.

Quintò. Ille qui cogitur augere congruam Vicario Eccleſiæ Parochialis, eſt verus, & proprius Parochus illius. Rota *in Parochiali de Stella*, in fauorem dicti Monaſterij, coram Cardin. Seraphin. *la* 1304. 14. Decembr. 1598. Sed Vicarius de Luquin intendit vbi ſup. *n.* 11. cogere Monaſterium vt augeret illi congruam. Ergo Monaſterium eſt verus, & proprius Parochus dictæ Eccleſiæ. 7.

Sextò. Quoties in Eccleſia acceſſoriè vnita deputatur Vicarius temporalis, illius cura animarum penes eum reſidet, cui vnita reperitur. Rota *in deciſ. de qua*, *num. præcedenti*, & in alia *Vlisbonen.* 2. *Decembr.* 1605. coram Litta, de quibus *part.* 1. *q.* 2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 2. *num.* 14. *&* 15. Sed Vicarij Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola ſunt temporales vt vidimus hic *concl.* 1. *num.* 14. Ergo cum præfatæ Eccleſiæ ſint vnitæ Monaſterio, penes ipſum erit cura animarum illarum. 8.

Septimò. In Diœceſi Pampilonenſi veri, & proprij Parochi, ex conſuetudine præſcripta, conferunt in titulum, beneficia ſimplicia Eccleſiarum ſuarum. Sed Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij Hyrachenſis conferunt 9.

rum beneficia ſimplicia Eccleſiarum de Luquin, & de Vrbiola in titulum tanquam Abbates ipſarum. Ergo ſunt veri, & proprij Parochi illarum.

10. Octauò. Monaſterium habet Parochiale beneficium præfatarum Eccleſiarum, vt patet ex dictis hîc, *ſect.* 1. *num.* 1. 5. 9. *&* 11. Ergo eſt verus, & proprius earum Parochus.

11. Sed ſi quis obiiciat, habere Parochiale beneficium quoad temporalia fructuum, non quoad ſpiritualia iura, accipiat pro obiectionis ſolutione, quæ diximus *quæſtione* 1. *concluſ.* 2. *numero* 17. 18. 19. 20. *&* 21. vbi, plena manu, ſimili ſatisfecimus obiectioni.

12. Nonò probatur concluſio. Quoties datur vnio acceſſoria, datur effectus præcipuus, ſeu primarius illius, qui eſt extinctio, & ſuppreſſio beneficij in Eccleſia vnita, & tranſlatio illius in Eccleſiam, ſeu Prælatum, cui fuit vnitum, vt dictum eſt, *part.* 2 *quæſt.* 6. *à num.* 1. *vſque ad* 8. Sed Eccleſiæ de Luquin, & de Vrbiola vnitæ ſunt acceſſoriè Monaſterio Hyrachenſi: Ergo datur in huiuſmodi vnione extinctio, & ſuppreſſio beneficij Parochialis in præfatis Eccleſiis, & tranſlatio illius in Monaſterium.

13. Decimò. Eccleſiæ præfatæ ſunt Regulares, non ſolum quia per vnionem earum, factam Monaſterio de Hyrache, iſtius naturam conſecutæ ſunt, quod ſufficiens erat ad hoc vt fierent Regulares iuxta dicta, *part.* 1. *quæſt.* 2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 1. *num.* 3. *& par.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 8. Sed quia ante dictam vnionem erant propriæ Eccleſiæ Pampilonenſis, quæ etiam Regularis erat tunc temporis, & nunc eſt. Ergo earum beneficium Parochiale eſt Regulare. Ergo poſſidetur à perſona Regulari, & ſic ab Abbate, ſeu Pręſidente Monaſterij, nomine proprio & totius conuentus.

Si obiicias Domnum Abbatem, 14.
& Præſidentem Monaſterij habere curam in habitu ſolum, & non in actu, quæ ſimul requiritur in vero, & proprio Parocho. Reſpondebimus cum doctrina tradita, *quæſt.* 1. *concluſ.* 2. *num.* 31. *&* 32.

Viſitatio eſt ſignum inferioritatis. 15.
Sed Abbas viſitat dictas Eccleſias. Ergo illi iſtæ ſubduntur ſaltim quoad curam.

Tertia Conclvsio.

Reuerendiſſimo Domno Abbati Monaſterij Hyrachenſi, 1.
& eius Præſidenti licet per ſe ipſos Sacramenta miniſtrare vicinis de Luquin, & de Vrbiola, eorum matrimonia authorizare, & ſolemniter benedicere, & omnia iura Parochialia exercere, auctoritate propria, nulla obtenta, aut

petita

petita ab Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo Diœceſano, aut ab vllo alio licentia.

Hæc concluſio ſequitur ex duabus præcedentibus, & probatur efficaciter, *q.1. circa concluſ.4. num.2. & 3.*

QVÆSTIO III.

Quis ſit verus Parochus loci de Ayegui? & quæ eius Parochialis Eccleſia?

SECTIO PRIMA.

De monumentis Monaſterij de Hyrache.

1. PRo reſolutione huius quæſtionis ſuppono Regale Monaſterium S.Mariæ de Hyrache poſſidere Fontem baptiſmalem, in qua tenentur baptizari Parochiani de Ayegui, & de facto baptizantur in executionem poſſeſſionis antiquiſſimæ, nec non ſententiarum Supremi Senatus Regij, Nauarræ, quæ in rem iudicatam tranſierunt, quarum priorem obtinuit Monaſterium decima nona die, menſis Maij, de anno milleſimo, quingenteſimo, quinquageſimo quarto, in cauſa poſſeſſoria, quæ verſa fuit inter Monaſterium ex vna parte, & Iurat os, vicinos, & Concilium de Ayegui ex altera: poſteriorem vero quarta, die menſis Iunij de anno milleſimo, ſexcenteſimo trigeſimo primo, obtinuit in noua cauſa poſſeſſoria, agitata contra Vicarium eiuſdem loci, qui in Eccleſia S.Martini, in executionem cuiuſdam Decreti Ordinarij, quendam paruulum baptizauerat, poſſeſſionem præfat m Monaſterij violando.

Secundò ſuppono Monaſterium præfatum in ſolidum percipere omnes fructus decimales loci, & terminorum de Ayegui, ita vt Ordinarius, aut alius, quicquam illorum non percipiat. Et etiam quartam partem primitiarum percipit Monaſterium, tribus aliis relictis, pro ſumptibus ordinariis, & extraordinariis Eccleſiæ S.Martini eiuſdem loci. Et quoad perceptionem decimarum & quartæ partis primitiæ, vltra conſuetudinem immemorabilẽ, fauet Monaſterio Regius Senatus, in citata ſententia de anno 1554. ibi. *Deuemos de reſtituyr, y reintegrar, y amparar, como por la preſente ſentencia reſtituimos, reintegramos, y amparamos a los dichos Abad, Monges y Conuento, en la poſſeſſion, en que han eſtado de lleuar las diezmas, y quarta de primitia de los frutos, que cogieren los vezinos, y Parochianos del dicho lugar, y de tener Pila baptiſmal en nueſtra Señora de Hyrache,* 2.

para que ſe baptizen en ella las criaturas, y perſonas, que ſe hubieren de baptizar del dicho lugar de Ayegui, como en Pila baptiſmal del dicho lugar. Y mandamos que la Pila, que puſieron los de Ayegui en la Yglesia de S. Martin de Ayegui, la quiten aquella y que no eſte en la dicha Yglesia. Hæc ibi.

3. Tertiò ſuppono corpora defunctorum loci de Ayegui, ſepulta fuiſſe vſque ad annum ſaltim milleſimum, quingenteſimum, & quinquageſimum tertium, in Eccleſia & Monaſterio de Hyrache, non autem in Eccleſia S. Martini præfati loci, aut alibi. Quod in præfata priori cauſa, in Supremo Senatu, agitata firmiter depoſuerunt nonnulli teſtes ſcilicet 3. 4. & 5. quorum vnus erat propinquus vicinorum de Ayegui, ſexaginta annorum ætatis, & depoſuit 30. anno poſtquam officium Vicarij de Ayegui per octo exercuerat: qui addit, quod quoties aliquis illo in loco vitam finire contingebat, eius cadauer portabat ipſemet teſtis ad Monaſterium, & quod Monachi illud ſepulturæ tradebant, & officium funerale celebrabant. Et rurſus addit, quod baptizabat in Monaſterio, & quod Monachus Sacriſta percipiebat dimidium oblationum baptiſmorum.

4. Quartò ſuppono Vicinos dicti loci ſolitos fuiſſe, diuina officia audire in Monaſterio, diebus Paſchalibus, & aliis ſolemnibus, veluti in ſua Parochiali Eccleſia, & ibi ob eandem cauſam oblationes facere conſueuiſſe. Quod omne ita fuiſſe factum vſque ad annum citatum 1553. deponunt eodem anno in dicta cauſa, teſtes 1. 2. 3. 4. 5. & 8. Primus quidem depoſuit de viſu 30. annorum, de auditu antenatorum ſuorum, & de publico, & notorio Conteſtes ſunt, qui ſequuntur, cum hac differentia, quod ſecundus depoſuit de viſu 15. annorum: tertius, qui 64. annorum erat, de toto ſuæ memoriæ tempore id aſſeruit: quartus ait tranſiiſſe 30. annos, poſtquam per octo ipſe Vicarius de Ayegui fuerat: quintus habebat 59. annos: & octauus de viſu 43. annorum depoſuit. Quartus tamen non audet dicere an ſit Parochia Monaſterium, an vero Eccleſia S. Martini.

Ex præfatis teſtibus deponunt 1. 2. 3. 4. & 5. quod Monaſterium percipiebat omnia Iura Parochialia vicinorum de Ayegui. 5.

Quod Monaſterium poſuiſſet, & pro tunc poneret Vicarium pro cura animarum loci de Ayegui, & quod officium talis Vicarij in Eccleſia Monaſterij exercuerit, tempore num. 4. deſignato, reſpectiuè, deponunt præfati teſtes 1. 2. 3. 4. 5. & 8. Similiter ſeptimus teſtis, qui duobus annis Vicarius fuerat dicti loci, quamuis dicat neſcire an Eccleſia Hyrachenſis ſit Parochialis, vel non, aſſerit tamen 6.

tamen in ea exercuiſſe duobus præfatis annis officium Curæ, & Vicarij *en el baptizar las criaturas del lugar de Ayegui, en dar la Extrema vncion, y adminiſtrar los otros Sacramentos que ſon tocantes a officio de Cura y Vicario.* Hæc ille.

7\. Quod autem dicta Eccleſia Monaſterij eſſet Parochialis pro loco de Ayegui, non autem Eccleſia S. Martini eiuſdem loci, quæ tantum erat Eccleſia Baſilica, deponunt expreſsè, & firmiter citati teſtes 1. 2. 3. 5. & 8. & in noua informatione eiuſdem cauſæ, idem deponunt 1. de toto ſuo tempore, qui ætatem 57. annorum habebat, 3. & 5. qui de viſu 44. & publica voce, & fama & 6. qui de viſu 30. annorum deponunt.

8\. In præfata cauſa duplex probatio facta fuit ad inſtantiam concilij de Ayegui, in prima ſeptem teſtes fuerunt producti, qui fere omnes vicini erant loci illius, & partes formales in eadem cauſa: omnes vnanimiter depoſuerunt Curatum, & Rectoriam, & vti ipſi dicunt *la Abadia del dicho lugar* ad Monaſterium pertinere, & ob id, decimas idem Monaſterium percipere. In ſecunda ſex teſtes, quorum primus, & ſecundus vicini erant dicti loci & ſenes, 67. & 60. annorum, conteſtes deponunt locum illum eligere, & præſentare Vicarium Domno Abbati de Hyrache, tamquam Abbati S. Martini de Ayegui, illumque Domnum Abbatem confirmare. Et addit ſecundus, Monaſterium tamquam Abbatem, percipere decimas.

9\. Quod Vicarius fuerit temporalis, & ad annum tantum præſentatus Abbati Hyrachenſi, conſtat non ſolum ex depoſitione vnius teſtis in præfata cauſa examinati, qui aſſeruit ipſum fuiſſe Vicarium quatuor annis, videlicet anno 1542. 1643. 1544. & 1545. Et in quolibet eorum ad Vicariam præſentatum fuiſſe Domno Abbati, & ab eodem in primo examinatum, non vero in reliquis, quia pro idoneo illum habebat: & ex depoſitione alterius, qui per octo annos fuerat etiam Vicarius, ab anno 1517. plus, minuſve & idem quod præcedens firmiter teſtatur, ſed ex informatione quadam ex officio facta anno 1535. de mandato Vicarij Generalis Pampilonenſis idem omnino cōſtat per depoſitiones quinque teſtium, quorum tertius vicinus de Ayegui, de viſu quadraginta annorum, & vltra id aſſerit. Et addit quod Abbas Monaſterij ſalarium Vicario ſoluebat. Sed aduertendum duxi, præſentationem coactiuam non eſſe admiſſionem Abbati liberam, iuxta deciſiones Rotæ, quæ infra, la 17. num. 6. & 7. la 18. num. 2. & 7. la 19. num. 5. la 20 num. 12.

10\. Ex eadem informatione anni

 1535.

1535. conſtat ſimiliter, Vicariis de Ayegui ſingulis annis fuiſſe ab Ordinario commiſſionē ad exercitium curæ conceſſam, quod etiam conuincitur ex commiſſionibus ipſis originalibus in præfata cauſa de anno 1553. per concilium de Ayegui productis, tribus quidem in fauorem D. Petri de Ayegui, quarum prima fuit data 27. die Nouembris de anno 1528. ſecunda vero 2. Decembris 1529. & tertia 27. Nouembris 1530. duabus autem, in fauorem D. Michaelis de Artauia, prima fuit data 13. die Aprilis anni 1532 & ſecunda 21. Nouembris eiuſdem anni. Et in omnibus enumeratis, ſeu in earum qualibet conceditur facultas ea vtendi à die data vſque ad diem Sancti Martini menſis Nouembris immediatè ſequentem.

11. Rurſus ſuppono Monaſterium eſſe in poſſeſſione, vel quaſi baptizandi in propria Eccleſia per Domnum Abbatem, & Præſidentem eius, & per quemlibet Monachum à Domno Abbate, ſeu Præſidente deſignatum.

12. Tandem ſuppono Monaſteriū ipſum Dominum eſſe dicti loci de Ayegui, per donationem illi factam per Dominum Sanctium Pampilonæ, Alauæ, & Ypuscoæ Regem, Era Milleſſ. Nonageſima octaua quam donationem Alexander Papa Tertius, 8. Kal Iulij, Anni 1172. confirmauit, ibi; *Tegui cum vniuerſis pertinentiis ſuis.* Cuius Bulla plumbea, ad hodiernum vſque diem, in Hyrachenſi aſſeruatur archiuo: & eius ſumptum, infra poſt Rotæ deciſiones pariter ac ſumptum dicti diplomatis Regis Sancij.

SECTIO II.

Quæſtionis reſolutio.

EX ſuppoſitis ſupra, ſatis apertè manet reſoluta quæſtio propoſita quoad vtramque eius partem, ſimulque probata. Sed vt ea, quæ iuris ſunt applicem, reſolutionem illius, ad tres concluſiones reducam.

CONCLVSIO PRIMA.

Eccleſia Monaſterialis Sanctæ Mariæ de Hyrache, eſt Parochialis loci de Ayegui non autem Eccleſia Sancti Martini in eodem loco ſita. Hæc concluſio patet *ſ. ſect. 1. num. 7.* 1.

Sed probatur, Illa eſt Eccleſia Parochialis alicuius opidi, quæ ius habet ad hoc vt in illa, & non alibi Parochiani talis loci baptiſmum & alia Sacramenta, quæ de manu Parochi debent recipi, ſimulque Eccleſiaſticam ſepulturam recipiant: & quæ ius habet vt in ea diuina officia audiant diebus ſolemnibus, maximè Paſchalibus, 2.

libus, eique ſoluant decimas, oblationes, maximè quartam partem primitiæ, quæ canonica portio eſt à iure aſſignata propriæ Parochiæ: Quæ omnia latè probata ſunt infra parte 3. Sed Eccleſia Monaſterij de Hyrache eſt huiuſmodi, vt conſtat *hic ſect.* 1. quoad baptiſmum quidem, *num.* 123. *&* 6. vbi etiam quoad Extremam-vnctionem, & alia Sacramenta, quæ de manu Parochi debent recipi: quoad ſepulturam, *num.* 3. quoad diuina officia, & oblationes *num.* 3. *&* 4. quoad decimas, & quartam & partem primitiæ, *num.* 2. *&* 8. & quoad omnia iura Parochialia in vniuerſum, conſtat ex *num.* 5. Ergo Eccleſia Monaſterij præfati, non autem Eccleſia S. Martini de Ayegui eſt Parochialis illius loci.

3\. Dato etiam, & non conceſſo, quod Eccleſia S. Martini, eſſet Parochialis loci de Ayegui, adhuc eſſet de menſa Monaſterij Hyrachenſis, & ad illud ſpectaret ipſa Eccleſia, ſicut re vera nunc de illius menſa eſt, & ad illud pertinet, quamuis verè Parochialis non ſit, ſed quaſi vel vt vulgo loquamur, *ayuda de Parochia.* Ducor ex his, quæ tradit S. Rota in vna *Vlubonen. iuris conferendi* 13. *Iunij de anno* 1607. coram Cardinale Lancellotto, *num.* 2. ibi. *Tum denique, quia ex omnibus ſimul ſumptis, nempe Dominio territorij, perceptione decimarum, præſentatione Vicariorum, ſolutione congruæ, ſuſtentatione onerum, & aliis, negari non poteſt, quin reſultent ſufficientia ſigna, & argumenta, quod Eccleſiæ ſint de menſa Monaſterij, & ad illud ſpectent, gloſſ. in Clement. vnica, in verbo Ad menſam, quam ibi omnes ſequuntur,* Imol. *num.* 16. Vital. *numero* 82. *de exceſſibus Prælatorum.* Latè Rebuff. *de cong. num.* 114. *& ſeq. Ad hunc namque effectum ſimilia ſigna ſufficere trad. Felin. conſil.* 2. *num.* 22. *&* 25. *Et fuit reſolutum in cauſa Pampilonen. de ſtella* (ſcilicet Sancti Ioannis in fauorem eiuſdem Monaſterij de Hyrache) 14. *Decembris* 1598. *coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino, & in hac cauſa,* 2. *Decembr.* 1605. *coram bo. me. Litta, &* 7. *February* 1607. *coram me.* Hæc Rota.

Eccleſia igitur S. Martini eſt filialis, & non parochialis pro ſe. Pro quo audi Carol. Mallet tum, *tom.* 1. *de Sacram. Malleatione* 44. *Bractea* 43. *Reſponſ.* 2. *Eccleſiæ quibus decimæ debentur modo Baptiſmales, modo Parochiales in iure appellantur, interdum vero Eccleſia Baptiſmalis ſimul & matrix aliam Eccleſiam ſibi annexam, ac ſubiectam habet, vt filialem, & non Parochialem pro ſe, vt notauit Abbas in c.......... ex c.* 2. *num.* 1. *de reſcriptis; quo caſu decimas deferendas eſſe ad Eccleſiam matricem, & Rectorem eius, qui deinde ex his*

iuſtum ſtipendium Cappellano, ſeu cooperatori ſuo præbere cogitur. Hæc Mallet. qui de Eccleſiis de Hyrache, & de Ayegui in ſpecie loqui videtur.

SECVNDA CONCLVSIO.

1. Vicarius de Ayegui non eſt verus Parochus illius loci, nec habet curam, ſed ſolum eius exercitium, ad nutum Domni Abbatis, aut Præſidentis Regalis Monaſterij Hyrachenſis reuocabile.

2. Probatur hæc concluſio primò. Huiuſmodi Vicarius non habet beneficium Parochiale de Ayegui, cum omnes fructus illius percipiat Monaſterium Hyrachenſe, *ſect.* 1. *num.* 2. 5.8. Ergo non eſt verus Parochus.

3. Secundò omne curatum ſimplex confertur, aut inſtituitur, ſi de iurepatronatus eſt, per concurſum, vt diximus *quæſt.* 1. *concl.* 1. *à num.* 8. *vſque ad* 13. Sed Vicaria de Ayegui por concurſum non confertur, nec inſtituitur, vt omnibus notum eſt. Ergo non eſt verum curatum.

4. Tertiò. Quoties decimæ competunt alicui, qui ſoluat portionem Vicario pro ſeruitio curæ, cura non reſidet penes Vicarium, *quæſt.* 1. *concluſ.* 1. *num.* 14. Sed decimæ loci de Ayegui integrè competunt Monaſterio de Hyrache, quod pro ſeruitio ſoluit Vicario 20. ducatos, in pecunia & non in fructibus. Ergo cura non reſidet penes dictum Vicarium.

Quartò. Cura animarum vacat per mortem habentis illam, *quæſt.* 1. *concl.* 1. *num.* 17. Sed per mortem Vicarij non vacat cura animarum loci de Ayegui. Ergo illam non habet Vicarius. Probationem minoris, loco inuenies citato. 5.

Quintò. De intrinſeca ratione curæ eſt quod ſit perpetua, vt oſtenſum eſt part. 3. quæſt. 12. Sed Vicaria de Ayegui non eſt perpetua, vt patet *hic ſect.* 1. *num.* 9. *&* 10. Ergo non habet curam. 6.

Sed dices, verum eſt non fuiſſe olim hanc Vicariam perpetuam, ſed annualem; hodie tamen eſſe perpetuam: tum ex diſpoſitione Conſtitutionis Synodalis de anno 1590. tum ex conſuetudine introducta conferendi illam in titulum, & ad vitam Vicariorum, quod idem eſt. 7.

Huic obiectioni reſpondeo, Conſtitutionem Synodalem præfatam non feciſſe perpetuas Vicarias annuales; ſed tantum conſtituiſſe Vicarios, ſine cauſa ab Ordinario cognita, & probata, remoueri non poſſe, vti decidit Rota in cauſa Parochialis de Stella in fauorem dicti Monaſterij 23. Iunij de anno 1603. coram Coccino inter eius impreſſas *la* 121. *fol. mihi* 224. 8.

Ad conſuetudinem allegatam, dico illam minimè exiſtere: & quamuis 9.

quamuis exiſteret, vim vllam non induceret. Quia conſuetudo fundata in errore, & ignorantia, acquirere non poteſt vim legis, vti ait Marcus Vidal, in Indice vtriuſque Iuris textuum, ex *L. Quod non ratione, ff. de legib. & cap. Conſuetudo, el* 8. *diſtinct.* 8. imo neque veram poſſeſſionem: quia cum Abbas non poſſit facere, Eccleſiam menſæ vnitam, per Vicarium perpetuum, ſed per amouibilem deſeruire, iuxta dicta in *part.* 2. *quaeſt.* 2. *de diuiſione vnionis, num.* 13. 15. *&* 27. *in fine & part.* 3. *quaeſt.* 17. *n.* 18. *&* alibi ſæpe, non valuit introducere conſuetudinem, imo nec poſſeſſionem legitimam conferendi in titulum, ſeu in perpetuum, aut ad vitam, quod idem eſt, Vicariam, cum contra iuris diſpoſitionem, & Conſtitutiones Pianas de quibus *parte* 3. *quaeſt.* 17. id faceret eo maximè, quia alienaret ius Monaſterij, quod ſine Pontificia, alienari valide minimè poteſt, auctoritate: & quia talis collatio in perpetuum facta nulla eſt, & irrita cum ſit contra naturam beneficij manualis, vt in ſimili docet Lezana in ſum. *part.* 2. *cap.* 18. *num.* 17.

10. Et quicquid de dictis eſſet, non obſtaret iuri Monaſterij. Nam licet aliquoties Domnus Abbas aliquibus, aut pluribus Vicariam in titulum contulerit, non ideo ſibi, & multo minus ſucceſſoribus, Præſidentibus, & Conuentui, cui principaliter hoc competit ius, ademit facultatem in futurum, ad nutum amobiliter Vicarium deputandi. Rota in vna Dertuſen. *Vicariæ,* 22. *Aprilis, de anno* 1624. coram Merlino. verſ. *Non obſtat.* & verſ. *& quatenus.* In alia *Piſtorien. Parochialis.* 14. *Ianuarij, de anno* 1639. quam inuenies apud Viuianum, de Iurepatron. *la* 119. in ordine, coram Domino Merlino, cuius verba modo exſcribam. Item Rota in altera *Gerunden. Capellaniæ,* 27. *Ianuarij* 1645. coram Bichio, quam Anton. Diana *part.* 8. ſecundam in ordine affert, *Folio mihi* 430. & in alia *Mindonienſis Parochialis* 3. *Martij, de anno* 1653. coram Zarate, apud eundem Dianam *part.* 11. *la* 18. *fol.* 566. cuius verba etiam hic referam, & in *Auguſtana, quæ adeſt infra la* 27. *num.* 7.

11. In Deciſ. igitur citata coram Merlino, *ſic num.* 8. ait Rota. *Minus obſtat confeſſio Ricciardi, quoniam, ſi talis confeſſio ex authenticis ſcripturis hodie detegitur erronea, quemadmodum potuiſſet reuocari ab ipſo Ricciardo detecto errore, ita poteſt reuocari ab illius ſucceſſore, L. Si per errorem, ff. de iuriſdiction. Omn. Iud. L. Si poſt diuiſionem, &* L. *Non idcirco, C. de Iur. & fact. ignor. Surd. dec.* 130. *num.* 10. *part.* 1. *recent. & in iurepatronatus notat Put. deciſ.* 136. *lib.* 3. *in correct. Nullaque adeſt completa*

completa præſcriptio in contrarium. Et quatenus adeſſet, non ſuffragaretur dum hodie apparet de malafide. Hæc Rota in deciſ. citat.

12. Ex qua, in *numero 9.* hic obiter adnotare duxi, ſententiam inter alios latam, non attendendam. Item ſpernendas omnes ſententias, quoties ex inſtrumentis de nouo productis, de illarum conſtat iniuſtitia Ita decidit ex *deciſ.* 240. *num.* 19. & deciſ. 284. *num.* 17. *part.* 5. *recentior.* Et in *Calaritana Capellæ*, 9. *Februarij. de anno* 1644. coram Bichio, quæ apud eundem Viuianum eſt *la* 137. *ſic numero* 20. *ad rem ait præſentem. Eo minus obſtat dicta viſitatio & declaratio* (Ordinarij ſcilicet, in qua declarauit nõ conſtare de iure patronatus) *quia non habuit effectum, cum ex teſtibus conſtet Gaſolos etiam poſtea continuaſſe actus patronales; & quia ex ſupra dictis probatur erronea, & iniuſta. Unde nec illa, nec alia ſententia in idem lata de anno* 1632. *meretur attendi, aut dici poteſt in iudicatum tranſiiſſe. Cæſar de Graſſ. dec.* 2. *num.* 6. *& ſeqq. de ſolut. Seraphin. deciſ.* 988. *num.* 6. *Caualer. deciſ.* 270. *n....* *Rota deciſ.* 343. *num.* 2. *part.* 6. *recent.* Fauet Gloſſ. *in capite Accepimus*, verbo *Obtentu*, el 4. *de fide Inſtrum. ex cap. In noſtra præſentia*, §. *Nos vero*, 4. *de Procuratoribus*, & Gloſſa in *C. Cum olim*, verb. *Yrritam, & inanem el* 2. *de Priuileg.*

Quod adnotare conſulto duxi, quia ſi ſententiæ latæ à iudicibus competentibus, ſpernendæ ſunt, quoties ex inſtrumentis de nouo productis, de illarum conſtet iniuſtitia, quare non ſpernendi tituli in perpetuum, & ad vitam conceſſi, de Vicaria ex natura ſua, & conditione, inuenta manuali, & amouibili, per ſcripturas de nouo inuentas, & productas. 13.

Ex deciſione, pariter, *num.* 11. adducta adnoto, non obſtare Abbati, aut Præſidenti Hyrachenſi, ad hoc vt non teneatur admittere præſentationes ipſis ad Vicarias, aut ad beneficia ſuarum Eccleſiarum à Parochianis factas, quod prædeceſſores, aut ipſimet in aliis actibus fuerint confeſſi, illas ad præfatos Parochianos pertinuiſſe, & pertinere: quia talis confeſſio hodie detegitur erronea ex authẽticis ſcripturis, quibus probatur Eccleſias vnitas eſſe ad Monaſterij menſam, aut Iuſpatronatus earum penes illud eſſe, & reſidere, &c. 14.

In deciſione autem coram Zarate, ſupra citata, quæ ſequuntur dixit Sacra Rota. *Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concurſum fuerit prouiſa, cum ex eo præiudicium dicto Capitulo non inferatur. Nam licet id aliquoties conſenſerit plures nominando inter quos fieret concurſus; non ideo ſibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui* 15.

abſque

abſque concurſu, & cum ſolo examine collatio fieri debeat, vt in terminis reſpondit Rota deciſ. 443. num. 7. verſ. Non obſtat, & num. 3. part. 5. tom. 2. recentio. vbi num. 9. verſ. Et quatenus, &c. Subditur præſumi poſſe concurſus factos fuiſſe per errorem, ſequitur Rota deciſ. 580. num. 24. & tribus ſeqq. part. 4. tom. 3. deciſ. 16. num. 15. verſ. Neque obſtare. Et num. ſeqq. part. 6. recent. vbi redditur ratio, quia ad formam Cōſtitutionis Pij Quinti facienda ſunt collationes, & Conſtitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem poſſeſſionem contrariam. Rota coram Caualer. deciſ. 599. in fine coram Merlino deciſ. 313. num. 8. & in dicta Gerunden. Capellæ 20. Martij 1645. §. Non obſtat, il primo, & 27. Ianuarij eiuſdem anni, §. Quia neceſſitas, in fine coram R. P. D. meo Bichio.

16\. Hæc Rota coram Zarate. Quā deciſionem infra inuenies *la* 29. In fine cuius ſic habes. *Denique non aduerſatur, quod de anno 1625. huiuſmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili iuxta diſpoſitionem Bullæ, ſed perpetuo, & quod ſententia Ordinarij loquatur de Vicaria perpetua. Nam licet fuiſſet datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata, non ex eo alteraretur vnio iam iacta, aut tolleretur obſeruantia præcedens quoad exercitium Curæ, & modum prouidendi.* (Reliqua ibi *num.* 17. vide) & merito, quia vt ait Laym. qq. Canoni. *quæſt* 207. Status Eccleſiæ non facile immutari debet *argum. cap. 2. de ſuppl. neglig. Prælat.* vbi Ioan. Andr. & Ant Butrio. Verba deciſionis coram Bichio in præcedenti citata, deſumpta ex dicto §. *Quia neceſſitas*, hæc ſunt. *Et quamuis Capellania aliquando collata fuerit prævio concurſu, hoc tamen vti factum per errorem, vel ex abundanti, non nocet. L. teſtamentum, C. de teſtamen. Roman. conſil.* 347. *num.* 7. *Hæc ibi.* Adeſt infra la 28.

Sextò probatur concluſio. Qui nomine alieno & non ſuo curam exercet, non habet curam, ſupra part. 3. quæſt. 10. part. 4. quæſt. 1. *concl.* 1. *num.* 23. Sed Vicarius de Ayegui non exercet nomine ſuo, ſed Monaſterij habentis beneficium Parochiale, patet ex dictis, & ex dicendis *concluſ.* 3. Ergo non habet curam. 17

Septimò. In omni beneficio curam animarum habente habet locum deuolutio: ſed illum non habet in Vicariis Eccleſiarum vnitarum menſæ. Ergo iſtæ Vicariæ non habent curam. Ergo nec Vicaria de Ayegui, dato, & non conceſſo, quod Eccleſia S. Martini ſit illius loci Parochialis, quia hæc ad menſam pertinet Monaſterij, iuxta dicta *concl.* 1. *num.* 3. & multo minus ſi Parochialis ſit, ſicuti reuera eſt, Eccleſia Monaſterij: 18.

ſterij:quia ratio ob quam in Vicariis vnitarum menſæ, non datur deuolutio, eſt quia non vacant, cum Prælatus, Capitulum, ſeu Conuentus, cui Eccleſiæ ſunt vnitæ, ſit verus Rector, qui nunquam vacat, quia etiam ſi ſedes Prælati vacet, non vacat eius Dignitas, ſiquidem in Prælati locum ſuccedit Capitulum. Quæ ratio potiori iure vrget in caſu, quo Eccleſia ipſa Monaſterij ſit Parochialis de Ayegui, qui numquam vacare poteſt.

19. Octauò. Clericus ſæcularis incapax eſt beneficij Regularis, *q.* 1. *concl.* 1. *num.* 24. Sed beneficium de Ayegui eſt Regulare, etiam ſi Parochialis ſit Eccleſia S. Martini, ex dictis *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 8. Ergo cum Vicarius d. loci ſit Clericus ſæcularis, non erit dicti beneficij capax.

20. Nonò. Viſitatio inferioritatem denotat in viſitato. Sed Domnus Abbas viſitat Vicarium de Ayegui in pertinentibus ad curam. Ergo eſt ſubiectus illi quoad curam. Ergo penes Abbatem hæc ſtat, & penes Vicarium. Prima conſequentia bene infertur ex præmiſſis; & pro ea gloſſa in Extrau. Execrabiles, verbo, *Vicarios perpetuos*, cuius verba retuli, *q.* 1. *concl.* 2. *num.* 25.

21. Vltima concluſionis pars, ſcilicet, quod Vicarius de Ayegui amouibilis ſit, ad nutum Domni Abbatis, aut Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis, ex dictis *part.* 1. *quæſt.* 2. *de diuiſ. beneficiorum, diuiſ.* 2. *à num.* 23. *&* part. 2. q. 2. num. 13. 15. & 27. part. 3. q. 17. à num. 9. part. 4. concl. 1. num. 25.

Tertia Conclusio.

Verus, & proprius Parochus loci de Ayegui eſt Domnus Abbas Monaſterij Hyrachenſis, & eius Præſidens, nomine proprio, & ſui Conuentus. 1.

Probatur hæc Concluſio primò. Ille eſt verus, & proprius Parochus, qui percipit omnes fructus decimales Parocho debitos ratione Curæ animarum & ſoluit ſeruitium Vicario *part.* 1. *quæſt.* 1. *de diuiſione beneficior. diuiſ.* 2. *num.* 14 15. *&* 16. Sed Monaſterium Hyrachenſe percipit fructus decimales Parocho debitos ratione curæ, imo & omnes decimas loci de Ayegui, & quartam Primitiæ illius, & ſoluit ſeruitium Vicario. Ergo eſt verus, & proprius illius Parochus: & nomine ipſius Domnus Abbas, & Præſidens. Minor patet *hic ſect.* 1. *num.* 2. *&* 8. *ſect.* 2. *concl.* 1. *num.* 2. *& concl* 2. *num.* 2. *&* 4. 2.

Secundo. Quoties in Eccleſia Parochiali duputatur pro exercitio Curæ Vicarius temporalis, cura reſidet penes eum ad quem Eccleſia illa pertinet, *q.* 2. *concl.* 2. *n.* 8. Sed pro exercitio curæ loci de Ayegui, 3.

Ayegui,

Ayegui, ſiue Parochialis illius ſit Eccleſia S. Mariæ de Hyrache, ſiue S. Martini de Ayegui deputatur Vicarius temporalis, *hic ſect.* 1. *num.* 9. *&* 10. *& concl.* 2. *num.* 6. 8. *&* 9. Ergo cum vtraque Eccleſia ad Monaſterium pertineat, penes idem reſidebit cura animarum de Ayegui.

4. Tertio. Ille eſt verus, & proprius Parochus alicuius Eccleſiæ qui habet beneficium Parochiale illius, ſed Monaſterium de Hyrache habet beneficium Parochiale de Ayegui, vti vidimus *ſect.* 1. *n.* 2. 5. *&* 8. *concl.* 1. *num.* 2. Ergo eſt illius verus, & proprius Parochus.

5. Si quis obiiciat habere beneficium quoad temporales fructus, & non quoad ſpiritualia Iura, reſpondebimus illi cum doctrina tradita *quæſt.* 1. *concl.* 2. *num.* 17. *& quatuor ſequentibus.* Quibus addo obiectionem verum continere non poſſe, quia omnia Iura Parochialia minimè quis poreſt percipere, ſicut percipit Monaſterium in Ayegui, vti *ſect.* 1 *num.* 5. qui ſolum beneficium habet quoad temporales fructus.

6. Quarto probatur concluſio. Ad proprium, & verum Parochum priuatiuè ſpectat adminiſtratio Sacramentorum, maximè Baptiſmi, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, tam ex deuotione, quam ex obligatione, tempore Paſchali, & per modum viatici, & Exrremæ Vnctionis: ita vt intra limites ſuæ Parochiæ, nemini liceat miniſtrare præfata Sacramenta, ſine licentia dicti veri, & proprij Parochi: & ſi miniſtret Euchariſtiam, & Extremam vnctionem Religioſus, in Excommunicationem incurret, vti omne dictum eſt *part.* 3. *quæſt.* 1. 2. 3. *&* 4. Sed intra Parochiæ de Ayegui limites, quilibet Monachus de licentia ſolius Domni Abbatis Monaſterij aut Præſidentis eius à tempore immemorabili baptizat, Pœnitentiam, Euchariſtiam, & Extremam- vnctionem adminiſtrat, etiam tempore Paſchali, & inſtante morte & authorizat matrimonia in domibus, quas Monaſterium habet extra clauſuram ſuã, & intra dictæ Parochiæ limites. Ergo Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij, Hyrachenſis ſunt veri, & proprij Parochi de Ayegui.

Quintò, Quoties Eccleſia Parochialis eſt acceſſoriè vnita menſæ Prælati aut Conuentus, Conuentus ipſe, aut Prælatus eſt proprius, & verus Parochus illius. *quæſt.* 1. *concl.* 2. *num.* 2. *&* 3. Sed Parochialis de Ayegui, ſiue illa ſit Eccleſia ipſa Monaſterij, ſiue Eccleſia Sancti Martini, eſt de menſa Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis, vt patet ex dictis *part.* 2. *quæſt.* 2. *de diuiſio. vnionis, num.* 28. *&* 37. *& in hac quæſt. ſect.* 1. *num.* 2. 8. *& concl.* 1. *num.* 3. *& quæſt.* 5. *ſect.* 1. *num.* 9. Ergo præ- 7.

fati Domnus Abbas & Conuentus ſunt veri, & proprij Parochi loci de Ayegui. Et confirmatur. Quia ſummi Pontificis confirmatio, ſufficit ad hoc vt Eccleſia, quæ Monaſterio confirmatur, ad illud pleno iure ſpectet. Rota in vna *Iacenſ. Parochialis, coram Buratto*, quam inuenies *infra la 5. num.* 1. Sed in Eccleſia pleno iure ſpectante ad Monaſterium, hoc, & iſtius Abbas eſt verus, & proprius illius Parochus, Rota in Pampilonenſ. Parochialis de Stella coram Cardin. Seraphino, *infra la* 13. *num.* 1. Ergo cum Alexand. Tertius, vt ſupra *ſectione* 1. *num.* 12. confirmauerit Abbati, & Conuentui Hyrachenſi Ayegui cum omnibus pertinentiis ſuis, & in poteſtatem, ius & proprietatem Apoſtolicæ Sedis ſuſceperit, ipſe Conuentus, aut Abbas ipſius nomine, & proprio, erit verus, & proprius Parochus oppidi de Ayegui.

9\. Sexto probatur. Eccleſia Parochialis loci de Ayegui eſt Regularis, vt patet ex dictis *concl.* 1. *& concl.* 2. *num.* 12. Ergo Parochus eius eſt Regularis, cum ſæcularis incapax ſit beneficij Regularis. Ergo Domnus Abbas, & Præſidens nomine proprio, & Conuentus ſunt veri, & proprij Parochi de Ayegui.

QVARTA CONCLVSIO. Domno Abbati, & Præſidenti Monaſterij Hyrachenſi licet per ſe ipſos miniſtrare Parochianis de Ayegui, & per alios Sacerdotes idoneos, omnia Sacramenta, eorum matrimonia authorizare, & ſolemniter benedicere, omniaque alia Iura Parochialia exercere auctoritate propria, nulla obtenta, aut petita ab alio licentia, neque approbatione.

Hæc concluſio ſuppoſitis præcedentibus, veriſſima omnibus debet eſſe: probarique poteſt ex doctrina tradita *quæſt.* 1. *concl.* 4. *num.* 2. *&* 3. ſimul & ex praxi, quam numero 6. circa tertiam retuli concluſionem.

Et quoad illud, vt non indigeat Abbas, aut Præſidens approbatione Domini Epiſcopi Pampilonenſis, intra cuius Diœceſim ſiti exiſtunt tam Hyrachenſe Cœnobium, quam populus de Ayegui, ad Sacramenta miniſtranda, probatum eſt, dicta *part.* 1. *quæſt.* 2. *de diuiſione beneficiorum, diuiſ.* 1. *num.* 39. *&* 40.

QVÆSTIO IV.

Quis ſit proprius Parochus loci de Lete?

SECTIO PRIMA.

Recenſentur Iura Mon. Hyrach.

PRo huius quæſiti reſolutione ſuppono, olim locum de Lete 1.

habuiſſe

habuiſſe proprium Rectorem, & Parochum, quem Ordinarius Pampilonenſis inſtituebat ad præſentationem Parochianorum, & vicinorum eiuſdem loci, Patronorum Eccleſiæ Parochialis illius. Qui tamen quarto Nonas Iunij, de Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Viceſimo ſecundo, per inſtrumentum publicum, dictum Patronatum Eccleſiæ Parochialis Sancti Æmiliani de Lete, in fauorem Domni Michaëlis Abbatis, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis donauerunt, & quicquid iuris habebant, & habere debebant in ipſa Eccleſia, & terris, poſſeſſionibus, proprietate, & aliis iuribus ſpectantibus ad eandem. Quam donationem per nouum, publicúmque inſtrumentum, datum die Mercurij, ſeu feria quarta, Sanctis Quiricio, & Iulittæ dicata, eiuſdem menſis, & anni, ratam habuerunt, ſcilicet decima ſexta die.

2. Poſtquam iuriſpatronatus donationem, acceptatam à præfatis Domno Abbate, & Conuentu Monaſterij Hyrachenſis donatariis, Domnus Pampilonenſis Epiſcopus diœceſanus, illam confirmauit, vniuitque eiſdem Domno Abbate, & Conuentui, & incorporauit, provt apparet ex literis confirmationis, & vnionis, incorporationis. Videlicet

3. *Arnaldus miſeratione diuina Pampilonenſis Epiſcopus, Venerabili in Chriſto filio Domino Michaeli Dei gratia Abbati Monaſterij Sanctæ Mariæ de Hyrach, & Conuentui eiuſdem, Ordinis Sancti Benedicti, Pampilonenſis Diœceſis, ſalutem, & benedictionem. Cum vicini, Parochiani, & Patroni Eccleſiæ de Leet, Archipresbyteratus Conchæ Pampilonenſis, vobis dictis Abbati, & Conuentui, veſtriſque ſucceſſoribus, & prædicto Monaſterio, Patronatum, ſeu ius præſentandi, quod ad ipſos pertinet, & pertinebat, & habebant prædictæ Eccleſiæ de Leet contulerint donatione præuia, & irreuocabiliter ..... in vos, prout habetur in inſtrumento dictæ conceſſionis, & donationis plenius continetur, nobis ex parte veſtra fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſionem, & donationem prædictas auctoritate Ordinaria confirmare, & dictam Eccleſiam de Leet veſtro Monaſterio vnire miſericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes multa grata, vtilia, & notoria ſeruitia, quæ nobis, & noſtræ Eccleſiæ Pampilonenſi impenditis quotidie, nec non paupertatem, & neceſſitates veſtras, & dicti Monaſterij, cum ſine veſtri culpa propter ſterilitatem temporum præteritorum, & ſolutione Cathedratici, & aliorum onerum, quæ de neceſſitate ſoluuntur habuiſtis, ſitis magnis debitis oppreſſi, & principalibus creditoribus ad vſuras maximas obligati propter præmiſſa ad rele-*

nationem veſtram, & dicti Monaſterij dirigentes aciem noſtræ mentis, retentis primo in dicta Eccleſia de Leet pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris Pampilonenſibus Epiſcopis, & Eccleſia Pampilonenſi, inſtitutione Vicarij, quem ſæcularem Clericum, & non Religioſum, nobis, & noſtris ſucceſſoribus præſentare teneamini loco, & tempore opportunis, commiſſione curæ animarum, viſitatione, correctione Vicarij, & aliorum Clericorum, procuratione, ſubſidio Charitatiuo, & quod Vicarius, & Clerici nobis, & ſucceſſoribus noſtris obediant, ad Synodum veniant, & omnibus aliis, & ſingulis noſtris iuribus, & Archidiaconi menſæ, & Archipresbyteri Concha, quæcumque ſint ſpiritualia, vel mundacia, & in dicta Eccleſia de Leet Vicario, & Clericis ipſius omnia, & ſingula facere præcipere, inſtituere, & ordinare poſſimus, quæ & ſicut in aliis Clericis, Vicariis, & Archiprebyteratibus noſtræ diœceſis facimus, præcipimus, ſtatuimus, vel aliter ordinamus. Et quod vos, & ſucceſſores veſtri, & Monaſterium veſtrum prædictum, & ipſam Eccleſiam de Leet ad ſolutionem onerum ipſi ratione.......... efficiatur obligata. Veſtris ſupplicationibus fauorabiliter annuentes, dictam donationem, & conceſſionem huiuſmodi patronatus, ſeu iuris præſentandi Rectorem huiuſmodi, & gratam ipſam tenore præſentium ex certa ſcientia confirmamus, & dictam Eccleſiam de Leet cum iuribus ſuis veſtro Monaſterio auctoritate Ordinaria vnimus, & incorporamus, prout conſuetudine in Pampilonenſi diœceſi longis temporibus obſeruatum, retinentes nobis, & ſucceſſoribus noſtris, omnia, & ſingula ſuperius expreſſata, iuribus, & auctoritate Pampilonenſis Eccleſiæ in omnibus ſemper ſaluis. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum. Actum, & datum apud Mendilorri Nono Kalendas Iulij, anno Domini M.CCC.XXII.

Intellige, Authorizabili, inſtitutione.

4. Deinde ſuppono Reuerendiſſ. Domnos Abbates Monaſterij Hyrachenſis ex tempore, cuius initij memoria non exiſtit, eſſe in poſſeſſione, & conſuetudine remouendi ad proprium nutum, & ſine cauſa, Vicarium ab ipſis, ſeu prædeceſſoribus ſuis pro ſeruitio curæ animarum Eccleſiæ dicti loci de Lete deputatum, quoties viſitant illam per ſe, vel per ſuos Commiſſarios Viſitatores, & in ea Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, Fontem Baptiſmalem, Sacros Oleos, Sacriſtiam, & paramenta Eccleſiæ, cum ſono quidem campanarum, aſſiſtentia, & ſubminiſtratione, ſeu ſeruitio Vicarij ſimul & in poſſeſſione, nominandi pro eodem ſeruitio curæ, vnum ex ſuis Monachis, vt deſeruiat illi, donec alium Vicarium deputent. Et huiuſmodi remotio

motioni acquieſcunt Vicarij, à Domnis Abbatibus, ſeu eorumdem locum gerentibus deſtituti, & ita fieri vidi, anno 1636. à Reuerendiſſimo Domno Abbate Magiſtro Fratre Gabriele à Riua Herrera, & anno 1645. à Reuerendiſſimo Domno Abbate Fratre Barnaba Martel, & ann. 1653. à Reuerendiſſimo Domno Abbate Fratre Martino Yzquierdo; & egomet cum alio conuiſitatore idem feci anno 1648. De quibus quidem actibus, & ſimilibus, factis annis 1594. 1595. 1600. 1612. & 1614. & annis 1645. & 1650. iam ſupra dictis inſtrumenta publica, & authentica, quæ ſæpè propriis tenui manibus, & vidi, & legi in Archiuo dicti Monaſterij diligenter cuſtodiuntur.

5. Similiter ſunt prædicti Domni Abbates, & viſitatores in poſſeſſione, & conſuetudine eundi proceſſionaliter ad viſitationem Fontis Baptiſmalis, & poſt ipſam, ad corpus Eccleſiæ Sancti Æmiliani præfatæ, vbi pro fidelibus defunctis, Reſponſorium generale canitur: diciturque, & celebratur Miſſa popularis, & Parochialis per Domnum Abbatem, & per locum eius tenentem. Illam celebratam inuenio à Fratre Victore de Leyua Priore de Hyarte, tanquam Rectore de Lete, ann. 1557. à Fratre Petro Ybañez Oeconomo Hyrachenſis Monaſterij, anno 1590. à Reuerendiſſimo Fratre Benedicto de Guaza Abbate, anno 1600. à Reuerendiſſimo Riua Herrera, anno 1636. anno 1645. à Reuerendiſſimo Martel, anno 1648. à Fr. Petro de Ayala, & anno 1650. à Reuerendiſſimo Yzquierdo.

Rurſus ſuppono, Monaſterium Hyrachenſe, & ipſius nomine, eius Monaſterium Sanctæ Mariæ de Hyarte, percipere omnes fructus decimales ad Eccleſiam Parochialem de Lete pertinentes, excepta quarta parte, quam percipit Archidiaconus menſæ Eccleſiæ Pampilonenſis; percipitque congruam, ſeu ſtipendium pro ſeruitio curæ Vicarius ab eodem Monaſterio. Ex quibus, iunctis iis verbis vnionis ſuprà *n.* 3. in medio, *ad releuationem veſtram, & dicti Monaſterij*: & in fine: *dictam Eccleſiam de Leet cum iuribus ſuis veſtro Monaſterio auctoritate Ordinaria vnimus, & incorporamus*, colligitur manifeſtè, præfatam Eccleſiam de Lete acceſſoriè fuiſſe menſæ Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis vnitam, & conſequenter, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſeu iure pleno, non ſimpliciter, & abſolutè ſumpto, ſed Parochiali, iuxta tradita, *part.* 2. *q.* 2. *num.* 11. 12. 13. 14. 15. 17. 28. *&* 37. 6.

Ex quibus facilis eſt quæſtionis reſolutio: vnde ad eam deueniamus.

SECTIO

SECTIO II.

Quæſtioni reſpondetur.

Conclvsio Prima.

1. Vicarius Eccleſiæ Sancti Æmiliani de Lete non eſt verus, & proprius illius Parrochus, nec Curam habet animarum, ſed tantum eius exercitium ad nutum Domni Abbatis, vel Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis reuocabile.

2. Hæc concluſio, quoad vltimam eius partem, conſtat, tum ex iure, & Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitione, Doctorumque communi reſolutione: de quibus omnibus nonnihil part. 3. *q.* 17.*num.* 7. *& ſeqq.* tum etiam ex facto, & praxi, de qua in præſenti *quæſt.ſect.* 1.*num.* 4.

3. Quoad priorem vero partem, probatur primò concluſio. Vicarius Eccleſiæ de Lete non habet Parochiale illius beneficium. Ergo non eſt illius verus, & proprius Parochus. Pro intelligentia efficaciæ huius argumenti, videatur *quæſt.* 1.*concl.*1.*num.*4. *&* 5.& quæ *ſect.* 1.*num,* 6.*huius q.* dixi.

4. Secundo probatur. In Eccleſiis acceſſoriè vnitis nemo intitulatur, vti dictum eſt *part.* 2.*quæſt.* 6. *num.* 6. Eccleſia autem Parochialis de Lete acceſſoriè eſt vnita, hic *ſect.* 1. & num. citatis. Ergo in illa nemo intitulatur. Ergo nec eius Vicarius.

Tertiò. Nemo, qui Curam habet animarum, ſeu ſimplex Curatum inſtituitur, aut illi beneficium confertur niſi per concurſum, vt latè *quæſt.* 1. *concl.* 1.*à n.*8. *vſque ad* 13. Sed Vicaria de Lete non confertur, aut inſtituitur per concurſum, vti ex praxi eſt manifeſtum. Ergo Vicarius dictæ Eccleſiæ non habet curam animarum, aut curatum. 5.

Quartò. Vicarius temporalis & amouibilis, non habet curam animarum: part. 1. quæſt. 2. diuiſ. 2.num. 14.& 15.& part.4. quæſt. 1.concl. 1. num. 7. Dec. 7. num. 4.& Dec. 13.num. 3.& 6. Sed Vicarius Sancti Æmiliani de Lete eſt amouibilis: hic *ſect.*1.*num.*4. Ergo non habet curam animarum. 6.

Quintò. Quoties Decimæ alicui principali competunt, portione aſſignata Vicario, cura non reſidet penes Vicarium, *quæſt.* 1. *concl.* 1. *num.* 14. Sed Monaſterio Hyrachenſi competunt decimæ Eccleſiæ de Letæ, illaſque percipit, certo ſalario aſſignato Vicario illius. Ergo cura non reſidet penes Vicarium de Lete. Minor patet ex vſu, relato ſectione præcedente *num.* 6. 7.

Sextò. Eccleſia acceſſoriè vnita, non cenſetur curam habere animarum: diximus part. 2.quæſt. 6. num. 7. Ergo illam non habebit Vicarius. Tum ſic: Sed Eccleſia 8.

ſia de Lete eſt acceſſoriè vnita. Ergo nec illa, nec eius Vicarius habent curam animarum. Quæ ratio confirmari poteſt, vti in *q. 1. citata, concl 1. num. 19. 20. & 21.*

9. Septimò. In omni beneficio Curato, & Parochiali locus eſt deuolutioni ob negligentiam inſtitutoris aut collatoris. *Cap. Nulla, §. Si autem, el 3. de conceſſ. Præb.* Sed in Vicaria Eccleſiæ vnitæ menſæ, non eſt deuolutioni locus part. 2. quæſt. 6 num. 13. Ergo Vicaria Eccleſiæ vnitæ menſæ non eſt beneficium Curatum, & Parochiale. Ergo nec Vicaria Eccleſiæ de Lete, quæ vnita eſt menſæ.

10. Octauò. Nullus habens animarum, Curam illam nomine exercet alieno, ſed proprio, part. 3. quæſt. 10. & part. 4. q. 1 ſect. 3. concl 1. num. 23. Sed Vicarius Eccleſiæ de Lete curam animarum exercet nomine Monaſterij de Hyrache, & non ſuo, cum ipſe non habeat titulum, & beneficium Eccleſiæ, ſed Monaſterium, ergo.

11. Nonò. Cura animarnm vacat per mortem illam habentis: *quæſt. 1. concl. 1. num. 17.* Sed per mortem Vicarij Eccleſiæ vnitæ cura non vacat: vti ibidem habetur Ergo huiuſmodi Eccleſiæ Vicarius curam non habet. Sed Vicarius de Lete, eſt Vicarius Eccleſiæ vnitæ. Ergo.

12. Decimò. Clericus ſæcularis incapax beneficij eſt Regularis: *q. 1. ſect. 3. concl. 1. num. 24.* Sed beneficium Parochiale Eccleſiæ de Lete eſt Regulare part. 2. quæſt. 6. num. 8. Ergo cum Vicarius dictæ Eccleſiæ ſæcularis ſit, incapax erit beneficij Parochialis illius.

SECVNDA CONCLVSIO.

Proprius, & verus Parochus Eccleſiæ de Lete eſt Monaſterium Hyrachenſe, & nomine ipſius, Domnus Abbas, & Præſidens eius. 1.

Probatur primò hæc concluſio. Quando Eccleſia Parochialis eſt acceſſoriè vnita menſæ Dignitatis, Conuentus, aut Capituli, Prælatus, Conuentus, aut Capitulum eſt illius proprius, & verus Parochus *quæſt 1. concl. 2. num. 2. & 3* Sed Eccleſia Parochialis de Lete eſt acceſſoriè vnita menſæ Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis, vt diximus *hic ſect. 1. num. 6.* Ergò præfatus Domnus Abbas, Præſidens, aut Conuentus eſt illius proprius, & verus Parochus. 2.

Secundò. Quando Eccleſia Parochialis vnitur acceſſoriè cum omnibus iuribus ſuis, vnitur pleno iure Parochialitatis; *part. 1 q. 2. diuiſione 1. num. 47.* Sed Eccleſia de Lete vnita fuit cum omnibus ſuis iuribus Domno Abbati, & Conuentui Monaſterij Hyrachenſis acceſſoriè: *hic ſect. 1. num.* 3.

3.*prope finem*. Ergo fuit vnita pleno iure Parochialitatis. Ergo hoc ius penes ipſos Domnum Abbatem,& Conuentum reſidet. Vide *quæſt.* 1.*concl.* 2.*num.* 5. 6.7.

4. Tertiò. Quoties aliqua Eccleſia Parochialis acceſſoriè vnitur quoad ſpiritualia, & temporalia, cura animarum eius reſidet penes eum, cui fit vnio, *quæſt.* 1. *conl.* 2. *num.*6. & locis ibi citatis. Sed Eccleſia Parochialis de Lete acceſſoriè fuit vnita præfatis Domno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi, quoad ſpiritualia & temporalia iuxta dicta,*part.*2.*quæſt.*2. *à num.*6. *vſque ad* 28. cum ſit vnita ad ipſorum menſam. Ergo cura dictæ Eccleſiæ penes ipſoſmet reſidet.

5. Quartò. Ille eſt verus, & proprius Parochus, qui percipit decimas debitas ratione curæ, & illas in proprios vſus conuertit,ſoluitque certam portionem, aut ſalarium Vicario. At Monaſterium præfatum eſt huiuſmodi. Ergo & verus, & proprius Parochus de Lete. Maior deciſa ſæpè eſt à S. Rota, vti vidimus *part.*1.*quæſt.*2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.*2.*n.*14. 15. *&* 16. Minor patet *hic*,*ſect.*1. *num.*6.

6. Quintò. Parochus Eccleſiæ acceſſoriè vnitæ, pro cuius ſeruitio Vicarius temporalis conſtituitur, ille eſt cui vnita reperitur. Sed Eccleſiæ de Lete, quæ vnita eſt acceſſoriè Domno Abbati & Conuentui Hyrachenſi deputatur Vicarius temporalis. Ergo Domnus Abbas & Conuentus præfati ſunt veri illius Parochi. Maior deciſa eſt à S.Rota, locis *num.*5. citatis, & à Flores de Mena, & Riccio traditur, *part.*1. *quæſt.*2. *num.*12. *&* 15. & minor conſtat ex dictis hic *ſect.*1.*num.*4. *&* 6.

Sextò. Ad proprium Parochum iure, & ex officio incumbit, Vicarium amouibilem pro Eccleſiæ ſibi ſubiectæ ſeruitio deputare, vti deciſum eſt à S. Rota, & S.Congregatione Concilij, de quibus *quæſt.* 1. *ſect.*5. *concluſ.*2. *num.*12. Sed Domnus Abbas Hyrachenſis tanquam Abbas Eccleſiæ de Lete deputat pro illius ſeruitio Vicarium amouibilem, vti vidimus hic,*ſect.*1. *numero* 4. Ergo eſt proprius illius Parochus. 7.

Septimò. Abbas, & Conuentus Monaſterij præfati Parochiale beneficium Eccleſiæ de Lete obtinent ratione vnionis: hic,*ſect.*1. *num.*3.*&* 6. Ergo ſunt veri,& proprij Parochi illius. 8.

Nec valet dicere obtinere beneficium quo ad temporalia, ſeu quoad fructus; non verò quoad ſpiritualia: ob ea, quæ diximus *quæſt.*1. *concluſ.*2. *num.*17. 18. *&* *ſeqq.* 9.

Octauò. Quoties datur vnio acceſſoria datur effectus præcipuus illius, qui vti vidimus *par.*2. *quæſt.*6. 10.

quæſt. 6. à num. 1. vſque ad 8. eſt ſuppreſſio, & extinctio beneficij, & Curatus in Eccleſia vnita, & translatio illius in principalem, cui fuit facta vnio. Sed Eccleſia de Lete vnita eſt acceſſoriè Domno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi: conſtat hic, *ſect. 1. num. 3.* Ergo in hac vnione datur huiuſmodi effectus. Et ſic Curatus in Domno Abbate, & Conuentu.

11. Nonò. Probatur. Eccleſia Parochialis de Lete eſt Regularis, ratione vnionis ad Regularem, iuxta dicta *part. 1. quæſt. 2. de diuiſ. benefic. diuiſ. 1. num. 3. & p. 2. quæſt. 6. num.* 8. Ergo eius Parochus verus, & proprius, Regularis eſt: cum ſæcularis incapax Regularis beneficij ſit. Ergo Domnus, Abbas, aut Præſidens nomine Monaſterij, & proprio.

12. Viſitatio eſt ſignum inferioritatis: Sed Abbas viſitat Eccleſiam de Lete. Ergo hæc eſt illi ſubiecta ſaltim quoad Curam. Vide *quæſt. 1. ſect. 3. concl. 2. num. 23. & ſeq.*

Conclvsio Tertia.

1. Licet Domno Abbati, & Præſidenti Monaſterij Hyrachẽſis, per ſe ipſos Parochianis loci de Lete Sacramenta Miniſtrare, eorum Matrimonia ſua præſentia authorizare, & ſolemniter benedicere: omniaque Parochialia iura exercere, auctoritate propria, nulla præhabita, aut petita ab alio licentia.

Hæc concluſio, ſuppoſitis prima, & ſecunda, efficaciter probatur eadem ratione, qua in ſimili vſi ſumus *quæſt. 1. ſect. 3. concl. 4. num. 2. & 3.*

QVÆSTIO V.

Quis ſit proprius Parochus Eccleſiæ S. Saluatoris ab Oteyza?

SECTIO PRIMA.

De Iuribus Monaſterij Hyrachenſis.

PRo huius quæſtionis exacta reſolutione, aliqua præmittere conſulto duxi, ſcitu vtique digna, & non parum vtilia, ſed multum neceſſaria. In primis igitur ſuppono, vnam Eccleſiam aliam præſcribere poſſe tamquam ſibi vnitam, ſi eam ita tenuerit per tempus quadraginta annorum. Ita *ex Clement. Frequens*, vnica, *de Exceſſib. Prælator. cap. Cum de beneficio, 5. de Præbendis, in 6.* docet *Rebuffus in Praxi beneficio. part. 1. titulo de vnionibus, num.* 34. Sed addit requiri probari, Eccleſiam fuiſſe poſſeſſam, ſpatio annorum quadraginta, tamquam vnitam, & 1.

Ii 2 titulum

titulum vnionis allegari, licet non iſte probetur, niſi per publicam famam aut notorium. In quo caſu docet, *ſufficiet teſtes deponere Eccleſiam eſſe poſſeſſam tamquam vnitam.* Idem docuit *Maſcard. cum aliis, vti* vidimus *part. 2. q. 7. num. 5.*

2. Secundò ſuppono cum eodem Maſcardo, præſumi vnionem, & probari per immemorabilem poſſeſſionem poſſidendi Eccleſiam tamquam vnitam Et in hoc caſu, ſufficit allegare, & probare immemorabilem poſſeſſionem, abſque probatione, imo nec allegatione tituli vnionis. Sentiunt cum Maſcardo alij. Et ſentire debent omnes, hoc genus probationis, præcedenti de quadragenaria poſſeſſione cum fama tituli, efficacius vnionem concludere.

3. Tertiò præmitto, enunciatiuas antiquas, & à diuerſis perſonis emanatas, plene probare vnionem, etiam contra tertium, ſi ſaltim ſint plures. Pro quo facit deciſio Sacræ Rotæ, in vna *Nullius, ſeu Squillacen. Iuriſdictionis, de anno* 1616. coram R. P. D. Martino Andrea, quam Doctiſſimus Lezana, in tomo, cui titulus *Conſulta varia*, affert, *Conſul.* 45. *fol. mihi* 309. ex qua, quia pro ſtatim dicendis, & noſtra reſolutione plurimum facit, *numerum* 13. hic ad apicem vſque, inſerere non grauabor. In eo enim, poſtquam in præcedenti dixerat: *Non obſtat quod ſententia declaret, ad Monaſterium ſpectare omnimodam iuriſdictionem, quam habebant Theodorus, Ioannes, & Donatus Epiſcopi Squillacenſes,* &c. ſic proſequitur.

Nam quoad priuilegium Theodori, ſatis illud probatur ex narratiua Epiſcoporum Ioannis & Donati, nec non ex confirmatione Honorij III. & narratiua ſententiæ dicti Iudicis Apoſtolici de anno 1283. *quæ quidem enunciatiuæ cum ſint plures, & à diuerſis perſonis emanatæ, & antiquiſſimæ, plene probant, etiam contra tertium, Bald. in L. Cum aliquis, num.* 4. *verſ. Item quod dicit. Salycet. n.* 3. *verſ. Si tamen plura. Caſtren. n.* 7. *Iaſ. num.* 4. *C. de Iur. delib. Aret. in C. Cum cauſam num.* 23. *de Probat. Crauet. de antiq.* 1. *part.* § *ampliatur num.* 14. *Mantica de tacit. & ambiguit. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 21. *Put. deciſ.* 209. *num.* 1. *& deciſ.* 319. *in fine lib.* 2. *Verall. deciſ.* 337. *num.* 6. *& deciſ.* 344. *num.* 2. *part.* 3. *Rota deciſ.* 684. *num.* 1. *part.* 1. *verſ. Et præſertim. Quia in dicta ſententia non ſolum ennunciantur donationes omnium ſupradictorum Epiſcoporum: ſed etiam affirmatiuè dicitur de illis per inſtrumenta eorumdem Epiſcoporum euidenter ipſi Iudici conſtitiſſe: & cum dicta ſententia ſit de antiquo, non ſolum vltra* 100. *verum etiam* 300. *annos, probat etiam ſine actis. Bald. in L. Emancipatione n.* 3. *C. de fide* 4

ſide inſtrum. Alex. conſil. 30 *.n.* 7. *lib.* 5*.Dec.conſil.*375*.num.*3. *Gabr. de ſent.concluſ.* 4 *num.*34. *Caſſad. deciſ.* 3*. ſub num.* 2 *de procur. Put. deciſ.* 338*.lib.*2*.Anton.Auguſt.deciſ.* 145. *lib.* 3. *& ſapiſſimè reſolutum.* Hucuſque Rota. Et quidem,quod *plures debent eſſe enunciatiuæ, quæ ſuccedunt loco teſtium ad manifeſtandum factum antiquum* (docet Rota in *Mediolanen. Iuriſpatr.* 8. *Iunij* 1618.coram Pirouano, quam affert Viuian. in Prax. de Iurepatr. *la* 74. in ordine, ex *Crauet de antiq. temp. part.*1.§.*Ampliatur,num.*8. *& Rota diuerſ.idem firmauit deciſ.*462. *num.* 2*.part.*1*.& dec.* 130*.num.* 1. *part.*2*.& in cauſa Maceraten.hæreditatis* 13. *Februarij* 1609. *coram R. P. D. Manzanedo.* Hæc Rota,quæ in eadem cauſa, & coram eodem, in alia deciſ. quæ apud Viuian. eſt *la* 75. ſic 5. Iul. 1619. dixit. *Et hinc dicebatur colligi ſecunda enunciatiua, quæ ſufficiunt in antiquis* (ſcilicet duæ) *ad concludendam probationem. Crauett.de antiquitat.temp.p.*1.§. *ampliatur n.* 14. *Rota deciſ.* 462. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* Hæc ibi *num.* 2. vide *part.* 2*,q.*7*.n.*6.

5. Quartò præmitto, olim cauſam fuiſſe ſuper decimis, & primitiis inter Conuentum. Monaſterij Hyrachenſis agentem, & quoſdam Vicinos, & Parochianos S. Saluatoris loci de Oteyza defendentes, & Priorem S. Petri de Stella, Monaſteriumque Pinatenſe,pro,& in fauorem dictorum Parochianorum cauſæ huiuſmodi oppoſitos agitatam, in quo quidem non ſemel,ſed pluries enunciatur,præfatam S. Saluatoris Eccleſiam Parochialem, ſubiectam eſſe Monaſterio Hyrachenſi:ideſt vnitam acceſſoriè iure pleno parochialitatis, iuxta ea, quæ diximus *part.*2*, quæſt.*2*.de diuiſ. vnionis, num.* 6. In literis citationis eiuſdem cauſæ, ita ait Officialis Pampilonenſis. *Cum Nos ad quæſtionem & inſtantiam venerabilium virorum,& Religioſorum Domini Ferrandi, Dei Gratia Abbatis Monaſterij Hyrachenſis, & Conuentus eiuſdem loci feciſſemus quoſdam Parochianos, & colonos Eccleſiæ baptiſmalis, & Parochialis Sancti Saluatoris de Oteyza ſpectantis cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis ad prædictum Monaſterium*, &c. Officialis præfatus fuit Adam de Arteys Infirmarius Eccleſiæ Pampilonenſis.

Cauſam prædictam declarauit Michael de Lauaſſo Rector Eccleſiæ de Aroztegui, Generaliſque cauſarum in cura, & conſiſtorio Pampilonenſi Auditor,die, xij. Kalen. Aprilis, Anni Domini MCCC. & in definitiua ſententia ſic ait. *Habito diligenti tractatu,& conſilio cum peritis ſuper præmiſſis omnibus,& eorum ſingulis,ſolum. Deum habendo præ oculis, per diffinitiuam ſententiam condemno* 6.

prædictos Parochianos, & colonos, & quemlibet eorum, quorum nomina in proceſſu huius cauſæ ſigillatim continentur, & etiam exprimuntur, prædictis Dominis Abbati, & Conuentui Monaſterij Hyrachenſis ad ſoluendum, & praſtandum amodò decimas, & primitias fideliter, & integrè de fructibus prædictorum prædiorum, ſitorum in terminis Villæ, & prædicta Eccleſia Sancti Saluatoris de Oteyza, quæ ipſi habent, & excolunt, & excoli faciunt in terminis ſupradictis, debitas iure communi prædicta Eccleſia baptiſmali, & Parochiali Sancti Saluatoris ſubiecta prædicto Monaſterio Hyrachenſi intentione ipſorum Dominorum Abbatis, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis per confeſſionem eorumdem in iudicio factam fundata, & etiam per publicum inſtrumentum, vt ſuperius eſt expreſſum, &c.

7. Quam ſententiam in rem iudicatam tranſiuiſſe, teſtatur Notarius publicus præfatæ Curiæ per cuius præſentiam, & teſtimonium fuit illa pronunciata: quam ipſe propria manu ſubſcripſit, & ſignauit, vti prima facie apparebit, inſtrumentum ſententiæ in membrana ſcriptum inſpicienti, in Archiuo Hyrachenſi aſſeruatum.

8. Et ex alio item publico inſtrumento, ſimiliter in membrana ſcripto, conſtat præfatam ſententiam debitæ fuiſſe executioni mādatam realiterque, & cum effectu Parochianos prædictos, in illius executionem, Procuratori Monaſterij Hyrachenſis, decimas in integrum perſoluiſſe, prima Octobris die, anni milleſimi, trecenteſimi ſecundi. In quo quidem inſtrumento per Notarium ſignato, & ſubſcripto, non ſemel dicitur, quod præfata Sancti Saluatoris Eccleſia eſt dicto Monaſterio Hyrachenſi ſubiecta. Quod iteratò ſimiliter habetur in dicta ſententia: non enim id ſolum in verbis, *numero 6.* inſertis continetur, ſed etiam in præcedentibus, quæ omiſimus, ne legentibus oneri eſſent.

Quintò præmitto, Monaſterium Hyrachenſe poſſediſſe tamquam ſuas Villam de Oteyza, & Eccleſiam Sancti Saluatoris illius, ab anno Domini milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo ſecundo, & ab anteriore tempore. Conſtat apertè ex Bulla plumbea Alexandri Papæ Tertij, data in fauorem Bibiani Abbatis, & Monachorum Sanctæ Mariæ de Monte Læto, (hoc eſt de Hyrache, in cuius archiuo vſque hodiernum aſſeruatur diem) Octauo Kalendas Iulij, Indict. Quinta, anno Dominicæ Incarnationis præfato, M.C. LXXII. & ſui Pontificatus, tertio decimo: in qua quidem ſanctiſſimus Pontifex ſic ait. *Statuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet,* 9.

poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus, exprimenda vocabulis, Villam Yegui cum vniuerſis pertinentiis ſuis: Hugar cum vniuerſis pertinentiis ſuis: & aliquibus interiectis, ait, *Hitecham cum Eccleſia Sancti Saluatoris*. Et infra *Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura*. Notentur hæc vltima verba, ex quibus facile eſt videre, prædictas Eccleſias, & bona, ad menſam Domni Abbatis, Monachorum, & Conuentus pertinere, iuxta ea, quæ *part. 2. quæſt 2. de diuiſ. vnionis num. 23. & 28.*

10 Sextò ſuppono Domnum Abbatem Hyrachenſem vſque ad præſens percepiſſe, & percipere fructus omnes decimales ſupradictæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Saluatoris de Oteyza, (excepto tamen quarto, ad Epiſcopalem dignitatem ſpectante) ex quibus, ſoluit, pro congrua ſuſtentatione, ſextam Vicario partem, ab anno Domini 1568. pro quo id fuit concordatum. *Primeramente paſa en conuenio, y ſe capitulo, y concerto entre las dichas partes, que el dicho Monaſterio aya de dar, y de al dicho Vicario de la dicha Ygleſia, la ſexta parte de los dichos frutos de pan, vino, cebadà, lino, y otras coſas, que ſe dezmaren en la dicha Ygleſia en cada vn año en el dicho lugar de Oteyza, en el horrio donde cogieren las dichas diezmas*. Ita habetur in Concordia inita inter Monaſterium, & Parochianos. & in alia inter Illuſtriſſ. D. Ioannem Queypo de Llano Epiſcopum, & Monaſterium facta de anno 1640. in actu viſitationis dictæ Eccleſiæ ſic dicitur. *Primeramente mando ſu Illuſtriſſima que por quanto la Abbadia de eſta Ygleſia eſta anexa al Reuerendiſſimo Monaſterio de Hyrache, y los frutos decimales de ella ſe diuiden en eſta forma, el Obiſpo, lleua la quarta parte, y todos los fructos reſtantes lleua el Monaſterio de Hyrache con carga de poner Vicario, y ſuſtentarlo*, &c.

Septimò ſuppono, Domnum Abbatem Hyrachenſem, aliquando per ſe ipſum, aliquando per Monachos à ſe deſignatos, extitiſſe. & exiſtere in poſſeſſione viſitandi Eccleſiam præfatam Sancti Saluatoris de Oteyza, à tempore cuius initij memoria hominum non eſt. De qua viſitatione, tam in temporalibus. quam in ſpi- 11.

ritualibus

rituahbus facta, anno Domini milleſimo, quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, per Domnum Abbatē, annis vero milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo, & milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo tertio, per eius Commiſſarios, per actus viſitationum in eiſdem annis factos, apparet in quibus vtique ſic habetur. *Abad del dicho Monaſterio, y Rector, y Adminiſtrador de la Yglesia Parochial de San Saluador del dicho lugar de Oteyza.* Annis etiam 1593. 1612. & 1647. & 1652. à Domnis Abbatibus eandem Eccleſiam viſitatam inuenio, & quidem anno 1593. ſemel, & iterum. De quibus omnibus viſitationibus inſtrumenta publica in Monaſterij Hyrachenſis aſſeruantur Archiuo, ſimul ac de viſitatione, de anno 1655. per Præſidentem in abſentia Domni Abbatis facta.

12. Octauò ſuppono præfatos Dōnos Abbates, & ipſorum locum tenentes, exiſtere in quaſi poſſeſſione celebrandi Miſſas populares in dicta Eccleſia, & alios Parochiales actus exercendi. Conſtat ex nonnullis inſtrumentis actuum ſupradictorum.

13. Nonò ſuppono Parochianos coram Domno Abbate, aut Præſidente Monaſterij præſentare Vicarium, quem ipſe Domnus Abbas, aut Præſidēs nominat, deputátque ad illorum præſentationem; ſed non ex debito, & obligatione, iuxta dicta *part.* 3. *qu.* 17. *num.* 7. *& ſeqq.* In libro Vicariarum, & Beneficiorum in Monaſterio aſſeruato, inuenio, D. Petrum Perez fuiſſe bis ab Abbate deputatum Vicarium de Oteyza: primo, die 14. Nouembris, anni 1582. & ſecundo, 2. Decembris 1583. ex quibus conuincitur annualitas huius Vicariæ.

Vltimò ſuppono Regem Sanctium de conſilio, & auctoritate Blaſij Epiſc. Pampilon. dediſſe Abbati, & Conuentui Hyrachenſi d. Eccleſiam cum decimis, primic. & oblationib. era 1112. 14.

SECTIO II.

Quæſtioni fit ſatis.

Conclvsio Prima.

Vicarius Eccleſiæ Sancti Saluatoris de Oteyza illius Parochus verus non eſt, ſed habet curæ exercitium ad nutum Domni Abbatis reuocabile. 1.

Quoad primam partem, probatur hæc concluſio, primò. Vicarius præfatus non habet beneficium Parochiale Eccleſiæ S. Saluatoris. Ergo illius Parochus non eſt. Antecedens patet, *ex ſect.* 1. huius quæſtionis, præcipuè *nu.* 6. 7. 8. *&* 10. Conſequentia benè ex illo infertur, vti in ſimili vidimus, *q.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1. *n.* 4. *&* 5. 2.

Secun

Secundò. In Eccleſiis acceſſoriè vnitis ſeu ſubiectis nemo intitulatur. Diximus *quaſt.2.par.2. quaſt.6.num.6.* Sed Eccleſia Sancti Saluatoris de Oteyza eſt ſubiecta, hic *ſect.1. n.5. 6.8. & 9.* & ſic acceſſoriè vnita ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis, iuxta tradita, *part.2.* citata, *quaſt.2. de diuiſ. vnionis num.6.* Ergo in illa intitulari non poteſt Vicarius.

4. Tertiò. Cura animarum ſimplex nemini poteſt niſi per concurſum conferri: Probatum inuenies, *quaſt.1. ſect.3. concluſ.1. à num.8. vſque ad 13.* At Vicaria S. Saluatoris non confertur per concurſum, teſte praxi. Ergo non eſt curata.

5. Quartò. Vicarius temporalis non habet animarum curam *parte 1. quaſt.2. diuiſ.2. num.14. & 15. & part.4. quaſt.1. ſect.3. concluſ.1. num.7. & deciſ.7. num.4. & deciſ.13. num.3. & 6.* Sed Vicarius Sancti Saluatoris de Oteyza eſt temporalis, & annualis, vt videre eſt *ſect.1. num.13.* Ergo non habet curam animarum.

6 Quintò. Quando decimæ percipiuntur à principali, portione aſſignata Vicario, curam non habet Vicarius: vti dictum reliquimus, & probatum, *quaſt.1. ſect.3. concluſ.1. num.14.* Sed decimæ Sancti Saluatoris à Monaſterio percipiuntur Hyrachenſe, hic *ſect.1. num.6. 8. & 10.* portione aſſignata Vicario. Ergo curam iſte non habet.

Sextò. Eccleſia acceſſoriè vnita non cenſetur curam animarum habere, ſuprà *part.2. quaſt.6. n.7.* Ergo nullus Vicarius illi deſeruiens curam habet animarum. Et conſequenter, nec Vicarius Sancti Saluatoris de Oteyza, Eccleſiæ vtique Monaſterio Hyrachenſi vnitæ. Aliquas confirmationes pro hac adduxi ratione, *quaſt.1. ſect.3. concluſ.1. num.19.* & duobus ſequentibus, vbi eas videre licebit. 7.

Septimò. In omni ſimplici curato locus eſt deuolutioni, *cap. Nulla, §. Si autem 3. de conceſſio. Præbend.* Vicaria autem Eccleſiæ menſæ vnitæ deuolutioni minimè ſubeſt, vti dictum eſt, *part.2. quaſt.6. num.13.* Ergo cum Eccleſia præfata Sancti Saluatoris de Oteyza, menſæ Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis ſit vnita, vt patet ex dictis hic, *ſect.1. num.5.* ibi, *cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, & nu.6.* ibi, *Decimas, & primitias debitas iure communi Eccleſiæ S. Saluatoris ſubiecta prædicto Monaſterio Hyrachenſi.* (Vbi notentur aduerbia illa, *fideliter, & integrè.*) *numero 8. & 9.* minimè curata erit. 8.

Octauò. Nemo, qui curam habeat, illam nomine alieno exercet, ſed ſuo proprio. Dictum eſt, 9.

part.3.quæſt.10.& part.4.quæſt.1.ſect.3.concl.1.num.23. Sed Vicarius Sancti Saluatoris de Oteyza curam exercet nomine alieno, & non proprio, cum illa neceſſariò ſemper exerceatur nomine habentis titulum,& beneficium Parochiale Eccleſiæ, qualis non eſt Vicarius, ſed Monaſterium. Ergo Vicarius non habet curam.

10. Nonò. Cura animarum per mortem illam habentis vacat, vti dictum reliquimus *quæſt.1.ſect.3.concl.1.citatis,num.17.* At per mortem Vicarij de Oteyza cura animarum Eccleſiæ Sancti Saluatoris non vacat,quia Eccleſiæ vnitæ cura numquam vacare cenſetur, vti dictum eſt loco nuper citato. Ergo præfatus Vicarius non habet curam.

11. Decimò probatur concluſio. Clericus ſæcularis beneficij Regularis eſt incapax. At beneficium Sancti Saluatoris de Oteyza eſt Regulare. Ergo non poſſidetur à Vicario, Clerico vtique ſæculari. Maior conſtat ex dictis *quæſt.1.ſect.3.concluſ.1.num.24.* Minor vero,ex *ead.part.2.quæſt.6.num.8.*

12. Quoad ſecundam autem partem, manet probata concluſio ex adductis *quæſt.1.ſect.3.concluſ.1.num.25.*

SECVNDA CONCLVSIO.

1. Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij Hyrachenſis, nomine proprio, & ſui Conuentus, ſunt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ Sancti Saluatoris de Oteyza.

Probatur primò hæc concluſio. Quoties Eccleſia Parochialis eſt vnita acceſſoriè menſæ Prælati,Capituli, ſeu Conuentus, verus, & proprius illius Parochus eſt ipſe Prælatus,Capitulum, aut Conuentus, vt dictum eſt *q.1.ſect.3.concl.2.num.2.& 3.* At Eccleſia Sancti Saluatoris de Oteyza acceſſoriè eſt vnita menſæ Domni Abbatis, Præſidentis, & Conuentus Hyrachenſis,vti patet hic, *ſect.1.num.5.8.& 9.* & *concluſ.1.num.8.* Ergo Domnus Abbas,Præſidens,& Conuentus ſunt verus, & proprius Parochus illius. 2.

Secundò. Eccleſia acceſſoriè vnita cum omnibus iuribus ſuis, eſt vnita pleno iure Parochialitatis: *part.1.quæſt.2.de diuiſ.beneficio.diuiſ.1.num.47.* Sed ſic eſt, quod Eccleſia Sancti Saluatoris præfata,vnita eſt Domno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi acceſſoriè cum omnibus iuribus ſuis, vt apertè conſtat ex dictis *ſect.1.huius q.maximè num.5.* Ergo pleno iure Parochialitatis. Ac per conſequens ipſi ſunt veri, & proprij illius Parochi. 3.

Tertiò. Cura animarum reſidet penes eum,cui acceſſoriè vnita reperitur Eccleſia Parochialis, 4.
quoad

quoad ſpiritualia, & temporalia, vti probatum eſt *quaſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *num.* 6. Sed Eccleſia Sancti Saluatoris reperitur acceſſoriè vnita quoad ſpiritualia, & temporalia Monaſterio, iuxta dicta *p.* 2. *quaſt.* 2. *à num.* 6. vſque *ad* 28. & in præſenti, ſect. 1. *num.* 9. *in fine*, & hic *num.* 2. vbi probatum eſt vnitam eſſe ad menſam dictam Eccleſiam; & priori loco, quod omnis vnio ad menſam, eſt quoad ſpiritualia, & temporalia. Ergo cura animarum Eccleſiæ Sancti Saluatoris reſidet penes Monaſterium.

5. Quartò. Proprius Parochus eſt ille, qui decimas, ratione Curæ debitas iure communi Eccleſiæ Parochiali, percipit, & conuertit in proprios vſus, ſoluitque portionem pro ſeruitio Vicario. Sæpe deciſum vidimus, *part.* 1. *quaſt.* 2. *de diuiſione beneficio. deciſ.* 2. *n.* 14. cum duobus ſequentibus. Sed Monaſterium Hyrachenſe percipit, & conuertit in proprios vſus, portione ſoluta Vicario, decimas iure communi debitas dictæ Eccleſiæ Parochiali Sancti Saluatoris, ratione Curæ, vti conſtat apertè ſect. præcedenti, præcipuè *n.* 6. 8. *&* 10. Ergo illud eſt verus, & proprius dictæ Eccleſiæ Parochus.

6. Quintò. Ille eſt Parochus Eccleſiæ vnitæ acceſſoriè, & deſeruitæ per Vicarium temporalem, cui vnita ipſa manet, vti decidit Rota, locis numero præcedenti citatis, & docent Flores de Mena, & Riccius, *part.* 2. *quaſt.* 2. *n.* 12. *&* 15. relatis. Sed Eccleſia Sancti Saluatoris de Oteyza vnita eſt Monaſterio de Hyrache, & deſeruitur per Vicarium temporalem, vt dictum eſt *ſect.* 1. *huius quaſtionis n.* 14. *& concluſ.* 1. *n.* 5. Ergo Monaſterium, & ipſius nomine Domnus Abbas eſt verus dictæ Eccleſiæ Parochus.

Sextò. Præfatum Hyrachenſe Monaſterium poſſidet Parochiale beneficium Eccleſiæ Sancti Saluatoris de Oteyza, ſupra *ſect.* 1. *num.* 5. *&* 8. 9. *&* 10. Ergo eſt proprius Parochus illius. 7.

Si quis tamen obiiciat, poſſidere quidem beneficium Parochiale, quoad temporale, ſed non quoad ſpirituale; illi fiet ſatis ex dictis *quaſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *num.* 17. 18. *cum* 20. 8.

Septimò. Quoties datur vnio acceſſoria, datur extinctio, & ſuppreſſio Curatus in Eccleſia vnita, & illius tranſlatio in eum cui fuit vnita, ſicut probatum manet *p.* 2. *quaſt.* 6. *à num.* 1. *vſque ad* 8. At Eccleſia S. Saluatoris præfata vnita eſt acceſſoriè Monaſterio Hyrachenſi, vt dictum eſt *hic*, *num.* 2. Ergo illius Curatus ſuppreſſus eſt, & extinctus in ea, & tranſlatus ad Monaſterium. 9.

Octauò. Eccleſia S. Saluatoris eſt Regularis ſecundum ea, quæ dicta ſunt *p.* 1. *q.* 2. *de diuiſio. beneficior.* 10.

*ficior.diuiſ.*1.*num.*3.*& part.*2.*q.*6.*num.*8. Ergo verus illius Parochus Regularis eſt. Ac per conſequens Domnus Abbas, & Præſidens nomine proprio, & ſui Hyrachenſis Conuentus.

11. Viſitatio eſt inferioritatis ſignum. Viſitat Abbas d. Eccleſiam. Ergo.

CONCLVSIO TERTIA.

1. Domno Abbati, & Præſidenti Monaſterij Hyrachẽſis licuit, & licet ex propria auctoritate, & nulla ab alio obtenta licentia, aut petita, Sacramenta Parochianis Sancti Saluatoris de Oteyza per ſe ipſos miniſtrare, eorum Matrimonia authorizare, & benedicere: atque omnia alia iura Parochialia in eos exercere.

Hæc concluſio probata manet, eadem ratione, qua quartam quæſtionis primæ probauimus, *ſect.*3. *num.*2. *&* 3.

QVÆSTIO VI.

Quis verus ſit Parochialis Eccleſiæ de Villoria Parochus? & quis Eccleſiam de Arbeyza, & Zubielqui?

SECTIO PRIMA.

Adducuntur inſtrumenta pro Monaſterio Hyrachenſi.

1. AD quæſtionis propoſitæ reſolutionem ſuppono Monaſterium Hyrachenſe Dominum fuiſſe locorum de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui cum omnibus pertinentiis ſuis, à tempore antiquiſſimo, vti apparet ex Bulla Alexandri Tertij Papæ, relata *quæſt.*5.*ſect.*1. *num.*9. in qua inter alios locos poſſeſſos à Monaſterio, illi confirmauit anno Domini 1172. *Villoriam cum omnibus pertinentiis ſuis: Arbeiza cum omnibus pertinentiis ſuis: Zubielca cum omnibus pertinentiis ſuis.* Quod adnotare libuit, quia Dominium territorij, magnum ſecum adminiculum affert, ad probandum Eccleſiam eſſe de menſa, iuxta deciſionem S.Rotæ, coram Cardin. Lancellotto, *part.*2. *q.*2. *de diuiſ.vnionis, num.*19. relatam, quam habes *infr. la* 8.

Secundò ſuppono, præfatum Monaſterium permutationis cauſa dediſſe, & conceſſiſſe Domino Petro Pampilonenſi Epiſcopo Eccleſiam S.Petri de Tafalla cum omnibus pertinentiis ſuis, & vice verſa præfatum Dominum Epiſcopum dediſſe, & conceſſiſſe Monaſterio Eccleſias de Arbeyza, Zubielqui, & Villoria, iure quidem pleno, provt hoc dicit ſpiritualia, & temporalia, iuxta dicta ſupra, *part* 2. *quæſt.*2. *de diuiſ. vnionis, num.*12. & alibi ſæpè. De qua conſtat permutatione, per inſtrumentum publicum, cuius talis eſt tenor. 2.

In nomine Domini, hæc eſt charta 3.

ta

ta commutationis, ſiue cambij facti inter Petrum Pampilonenſem Epiſcopum, & Bibianum Hyrachenſem Abbatem, cum aſſenſu Canonicorum Pampilonenſium, & Monachorum Hyrachenſium. Siquidem prædictus Abbas, & Monachi conceſſerunt, & dederunt eidem Epiſcopo Eccleſiam Sancti Petri de Tafalla cum ſuis pertinentiis in perpetuum poſſidendam. Ad cuius recompenſationem idem Epiſcopus prædicto Abbati, & Monachis conceſſit, & dedit Eccleſias de Arbeyza, & de Zubielca in perpetuum poſſidendas, in quibus nihil retinuit ſibi præter cœnam, & iuſtitiam Clericorum, ſaluo pedatico, & cœna Archidiaconi. Præterea conceſſit eis Parochialem Eccleſiam de Villoria retento omni iure Epiſcopi, & Archidiaconi, in perpetuum poſſidendam. Ego Petrus Dei gratia Pampilonenſis Epiſcopus iſtam chartam hoc ſigno firmo. Ego Bibianus Hyrachenſis Abbas hoc ſignum facio. Ego Garſias Prior pro toto Conuentu hoc ſignum facio. Facta charta anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo, quinto, nonas Februarij.

4. Quam quidem commutationem, à Sede Apoſtolica confirmatam fuiſſe, colligitur, ex eo, quod octauo Kalendas Iulij anni milleſimi, centeſimi, ſeptuageſimi ſecundi, ſequentis. Alexander Papa Tertius, in Bulla de qua hic, *num.* 1. confirmat Monaſterio Villoriam, Arbeyzam, & Zubielcam cum omnibus pertinentiis ſuis.

Tertiò ſuppono, Domnum Abbatem, & Conuentum præfati Monaſterij, percepiſſe & percipere à die donationis, conceſſionis, ſeu permutationis prædictæ, vſque ad hodiernum, omnes fructus decimales ad Eccleſias Parochiales de Arbeyza, & Zubielqui ſpectantes ſine vlla diminutione: & omnes fructus ſimiliter decimales ad Eccleſiam de Villoria pertinentes, quarta parte, quam Archidiaconus percipit, dumtaxat excepta. Idémque Monaſterium Vicariis omnium trium dictarum Eccleſiarum perſoluiſſe, & perſoluere pro congrua, ſtipendia conſueta; & non quidem in fructibus, ſed in pecuniis. 5.

Quartò ſuppono, Domnum Abbatem dicti Monaſterij conſueuiſſe nominare, & deputare Vicarios pro ſeruitio curæ dictarum trium Eccleſiarum, ad præſentationem Parochianorum quidem; ſed non ex vi coactiua, & obligatione, vti diximus *part.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 7. *& ſeqq.* & conſtar ex clauſula apponi ſolita, in actis præſentationum Vicariorum, præfatarum Eccleſiarum, in quibus Domnus Abbas, ſeu Præſidens reſpondent, ad ipſos priuatiuè ſpectare, & pertinere Patronatum illarum, & conſequen- 6.

ter, præſentationes Vicariorum: & quod ſine præiudicio ſui iuris, & cum proteſtatione, quam, de eo vtendo quoties voluerint faciunt, pro illa vice, præſentationem admittunt. De quo vide infra *num.6. concluſionis* 1.

7. Quintò ſuppono, Domnum Abbatem, & Præſidentem prædicti Monaſterij Hyrachenſis cõſueuiſſe conferre in Eccleſia de Arbeyza duas portiones de menſa, in quolibet anni menſe, perſonis ſibi bene viſis, & in Eccleſia de Zubielqui vnam alteram portionem, cum aſſignatione duodecim modiorum, vulgo *robos de trigo*, & ſex ordei, pro vnaquáque illarum: quarum altera pro augmento congruæ, annexa eſt Vicario de Arbeyza anno Domini milleſimo, ſexcenteſimo quarto, interueniente authoritate Ordinarij Pampilonenſis, & Domni Hyrachenſis Abbatis aſſenſu, imò ipſo, & Conuentu id petentibus.

8. Sextò ſuppono, præfatum Domnum Abbatem, & Præſidentem Monaſterij dictas Eccleſias viſitare conſueuiſſe, à tempore, cuius initij non eſt, apud mortales, memoria. Eccleſiam quidem de Arbeyza, viſitauit Domnus Frater Franciſcus Orenſe Abbas, prima die Iunij, de anno Domini 1534. in cuius viſitationis actu, enunciatur *Rector, y Patron de la Ygleſia Parochial de San Martin de Arbeyza.* Illam etiam viſitauit anno 1630. Domnus Abbas Frater Ramirus de Goñi, Domnus Abbas Frater Martinus Yzquierdo, anno 1650. & 1652. Et Præſidens per abſentiam D. Abbatis viſitauit illam ann. 1655. Sed & in poſſeſſione hanc Eccleſiam viſitandi, obtinuit Monaſterium ſententiam anno 1648. executoriatam à Supremo Regio Senatu, huius Nauarræ Regni, anno 1650. quam Illuſtriſſimus Dominus D. Franciſcus de Alarcon Pampilonenſis Epiſcopus, approbauit, & ſub pœnis, & cenſuris obſeruari præcepit, in concordia quadam, cum Domno Abbate, & Monaſterio celebrata anno 1651. & ab Illuſtriſſimo Domino Apoſtolico Hiſpaniarum Nuntio & legato à latere confirmata.

Eccleſiam etiam Parochialem Sancti Andreæ de Villoria, viſitatam inuenio, anno Domini 1540. de mandato, & commiſſione præfati Domni Fratris Franciſci Orenſe *Abad del dicho Monaſterio, y Rector de la dicha Ygleſia* (verba ſunt actus viſitationis.) per Fratrem Ludouicum à Roſa, & Fratrem Didacum ab Entrena: & anno 1611. & 1617. per Dõnum Abbatem Fratrem Laurentium de Frias: anno 1652. per Domnum Abbatem Fratrem Martinum Yzquierdo: & anno 1655. per P. Fratrem Ioannem Sanchez Præſidentem Monaſte- 9.

rij

rij ob Domni Abbatis abſentiam.

10. Eccleſiam item Parochialem de Zubielqui fuiſſe viſitatam per Domnos Monaſterij Abbates firmiter depoſuerunt multi in teſtes ab eodem Monaſterio producti, in cauſa, quæ coram Vicario Generali Pampilonenſi, verſa fuit, inter Monaſterium agens, & Illuſtriſſimum Dominum Epiſcopum, D. Franciſcum de Alarcon, & promotorem Fiſcalem Epiſcopatus, defendentes: in qua quidem cauſa, præfatus Dominus Vicarius Generalis per ſuam definitiuam ſententiam, declarauit.

Fallamos por lo que reſulta de lo actuado, y prueuas hechas, que deuemos de manutener, manutenemos, y amparamos al dicho Abad del Monaſterio Real de Hyrache, a que como Abad, que es de las Ygleſias de los lugares de Biloria, Luquin, Vrbiola, Zubielqui, Ayegui, Oteyza Vgar, y lete, ſin perjuicio de la viſita Iuridicional, que priuatiuamente toca, y pertenece al Señor Obiſpo de eſte Obiſpado, y a ſus viſitadores en ſu nombre, pueda el dicho Abad reconocer en las dichas Ygleſias, quando lo parezca ſer neceſſario, el ſagrario donde eſta el Sanctiſſimo Sacramento, Oleos, y Pila Baptiſmal, para que ſe entere ſi todo eſta con la decencia, decoro, y limpieza, que ſe deue; y no eſtando lo, para que ſe ponga decentemente. Sin que por eſto lleue procuracion, ni coſa alguna de las fabricas de las dichas Ygleſias, ni por ello pueda pretender Iuridicion alguna, ni prærogatiua, que no le competa, en periuicio del Señor Obiſpo ni ſu dignidad. En que no ſe le perturbe por ninguna perſona de qualquier eſtado, y calidad, que ſea, ſo pena de excomunion mayor, y de cinquenta ducados aplicados conforme à conceſion Apoſtolica, &c. Proſequitur declarando, prædictam manutentionem locum, in Eccleſia S. Ioannis de Mendauia, non habere: & quod in illa obſeruetur quoddã decretum Illuſtriſſimi Epiſcopi. Queypo de anno 1640. quod ſupra quæſt. 1. ſect. 2. num. 3. exſcripſi. Fuit pronuntiata præfata ſententia die nona Iunij, anni milleſ. ſexcenteſ. quinquageſ. primi, coram Alphonſo Maco Curiæ, & cauſæ Secretario. Poſtea tamen appellatione ab Abbate, & Monaſterio interpoſita pendente, fuit hæc ſententia partim ampliata, & partim reuocata per Dominum Epiſcopum in Concordia facta cum Monaſterio, de qua ſupra *num.* 8. In cuius executionem, viſitauit Dom. Abbas, an. 1652. & Præſidens, an. 1655.

SECTIO II.
Reſoluitur quæſtio.

CONCLVSIO PRIMA.

Vicarij Eccleſiarũ de Viloria, de Arbeyza, & Zubielqui, non

non ſunt earum Parochi, nec habent animarum curam, ſed tantum exercitium eius, amouibile quidem ad nutum Domni Abbatis,& Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis.

2. Hæc concluſio probatur quoad priorem partem,primò. Nemo Parochus verus eſt, aut curam habet, qui beneficium Parochiale non habeat. Sed nemo Vicariorum præfatorum habet beneficium Parochiale, vt patet ex dictis *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1. *num.* 5. & hic *ſect.* 1. *num. ſimiliter* 5. Ergo nemo illorum verus Parochus eſt, aut curam habet.

3. Secundò. Nemo intitulatur in Eccleſiis vnitis. Dictum eſt *p.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 6. Sed Eccleſiæ de Viloria,de Arbeyza,& de Zubielqui ſunt vnitæ, vt vidimus hic, *ſect.* 1. *num.* 3. *&* 4. Ergo in illis nemo intitulatur. Ac per conſequens nec Vicarij illarum.

4. Tertiò. Nullus curatus ſimplex confertur, aut inſtituitur niſi concurſu præuio, ita definientibus Concilio Tridentino, *ſeſſ.* 24. *c.* 18. & Pio Papa Quinto,in Bulla, incip. *In conferendis.* Sed Vicariæ de Villoria, &c. non conferuntur, aut inſtituuntur præuio concurſu. Ergo non ſunt curatæ. Minor, præterquam quod ex vſu, praxique conſtat, ſuppoſita vnione Eccleſiarum, eſt manifeſta ex Conſtitutione 47. *Ad exequendum* eiuſdem Pij Quinti, ex alia Clementis Octaui pro noſtra Hiſpana Congregatione, & ex pluribus Deciſionibus, de quibus *part.* 3. *quæſt.* 17. *à num.* 7. *infra deciſ.* 2.

Quartò. Quando decimæ, quæ dantur ratione curæ competunt alicui principali, aſſignata certa portione Vicario, Vicarius non habet curam, vti pluries decidit Sacra Rota, 14. Decembris de anno 1598. coram Cardin. Seraphino in cauſa *Parochialis de Stella*, Infra adeſt la 13. in *Vliſbonenſi* 2. *Decembr.* 1605. coram Litta, Infra la 7. in alia *Vliſbonenſi* 13. *Iunij* 1607. coram Lancelloto, Infra, la 8. & in alia *Vlisbonenſi* 1. *Iunij* 1615. coram Remboldo, Infra la 9. & alias ſæpe. Sed decimæ, quæ dantur ratione curæ in Eccleſiis de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui integrè competunt Monaſterio de Hyrache, & integrè ab eodem percipiuntur, & ſoluit ipſum ſtipendia Vicariis in pecuniis, vti dictum eſt *ſect.* 1. *num.* 3. *&* 5. Ergo Vicarij dictarum Eccleſiarum curam non habent. 5.

Quintò. Vicariorum præſentatio coram eo, cui Eccleſiæ ſunt vnitæ, eſt in præſentatis, ſignum inferioritatis quoad curam, ita vt hæc non apud illos, ſed apud ipſos admittendum ſit. Ita Rota coram Seraphino, Litta, & Lancelloto, in deciſionibus modo citatis. Sed Vicarij de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui, quamuis nulla præſentatione 6.

Tentatione præmiſſa, poſſint, & re vera poſſunt à Dõno Abbate, ſeu Præſidente Hyrachenſi nominari, & deputari tanquam à Patrono, & Rectore, iuxta dict. *p.3.q.17. à n.7.* nominãtur tamen, & deputantur ad petitionem, & præſentationem vicinorum dictorũ locorum, addita nihilominus clauſula iſta. *Dyo* (ſcilicet Abbas,) *que la preſentacion, canonica inſtitucion, o colacion, como es notorio, ha pertenecido, y perteneze a los Abbades del dicho Monaſterio, como Patron que es de la dicha Yglesia, y eſtar vnida a quella al dicho Monaſterio: y que ſin embargo, y perjuicio de derecho, y con proteſta que haze en nombre ſuy oy de ſus ſucceſſores Abbades del, de preſentar, inſtituir, o colar a ſu libre voluntad los que hubieren de ſer Vicarios de la dicha Yglesia, ſin admitir para ello nombramiento, ni preſentacion alguna del dicho lugar, de ſus vezinos, ni Concejo, por eſta vez admite la que ſe haze de la perſona de N. &c.*

7. Sextò. Animarum cura per mortem illam habentis vacat, vti omnibus notum eſt, & innuit, *c. Nulla, 2. de conceſſ. Præb.* Sed cura non vacat per mortem Vicariorum de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui, cura enim Eccleſiarum vnitarum ad menſam, nunquã vacat vti dictum eſt, *p.2.q.6.n.10.* Ergo Vicarij præfatarum Eccleſiarum illarum curam non habent.

Septimò. Eccleſia vnita acceſſoriè, non cenſetur curam animarũ habere Probatum reliquimus *p.2. q.6. cit. num.7. & p.4. quær.1. ſect.3. concl.1. n.19.20. & 21.* Sed Eccleſiæ prædictæ acceſſoriè ſunt vnitæ, vt vidimus hic, *ſect.1. n.3.* Ergo non cenſentur curam animarum habere. 8.

Octauò. Deuolutio in omni ſimplici curato locũ habet, *c. Nulla Eccleſia, § Si autem, el 3. de conceſſ. Præb.* Sed illum non habet in Vicariis Eccleſiarum menſæ vnitarum, vt dictum eſt, *p.2.q.6.n.13.* Ergo huiuſmodi Vicariæ nõ ſunt curatæ. Ergo nec Vicariæ de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui. 9.

Nonò. Non habet curam, qui illam nomine alieno exercet, & non ſuo, vt probauimus *p.3.q.10.* Sed Vicarij de Villoria, de Arbeyza, & Zubielqui curam exercent alieno nomine & non ſuo: Ergo curam non habent. Minor patet, quia nomine habentis titulum, & beneficiũ cura exercetur: Vtrumque habet Monaſterium. Ergo. 10.

Decimò. Vicarij temporales Eccleſiarum, illarum curam non habent, ſed nudum exercitium eius. Latè probatum eſt, *p.1.q.2. diuiſ.2. n.14. & 15. & p.4. q.1. ſect.3. concl.1. n.7. dec.7. n.4. & dec.13. n.3. & 6.* Sed Vicarij de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui temporales ſunt, iuxta ea, quæ diximus, *q.4. concl.2. à n.6. vſque ad 10. & hic, ſect.1. n.6.* Ergo non habent curam. 11.

12. Vndecimò. Beneficiorum Regularium incapaces ſunt Clerici ſæculares, vti probauimus *quæſt.*1. *ſect.*3.*concl.*1. *n.*24. Sed beneficia Eccleſiarum de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui ſunt Regularia, iuxta tradita,*p.*2.*q.*6.*n.*8.Ergo Vicarij,qui ſæculares ſunt,incapaces illorum exiſtunt.

13. Quoad poſteriorem vero partē, manet probata cōcluſio,ex dictis, *p.*3.*q.*17. *à n.*7. *iunctis*,*p.*1.*q.*2.*de diuiſ.benef. diuiſ.*2. *à n.*43. *&* *p.*4. *q.*1.*ſect.*3.*concl.*1.*n.*25. Quibus in locis, plena manu demonſtrauimus, inſtitutionem, & deſtitutionem Vicariorum Eccleſiarum vnitarum ad menſam, ad nutum eorum, quibus annexæ illæ repeririuntur, priuatiuè pertinere. Pro eo quod huiuſmodi Vicarij, nomine Monaſterij curam exerceāt, & ad eius libitū, facit deciſio Rotæ,8.Nouemb. de anno 1602. coram Ioan.Baptiſta Coccino illius Decano, in Parochiali de Stella, inter eius impreſſas *la* 81. quā infra inuenies, *la* 16. vide ibi,*num.*2. verſ.*Nec facit*.

SECVNDA CONCLVSIO.

1. Parochus verus,& proprius Eccleſiarū de Villoria, de Arbeyza, & de Zubielqui, eſt Conuentus Monaſterij Hyrachenſis,& nomine illius & proprio,Domnus Abbas, & Præſidens.

2. Probatur primò hæc concluſio. Quādo Eccleſia Parochialis mēſę Prælati & Capituli eſt vnita,Prælatus,& Capitulū ipſum ſunt veri, & proprij illius Parochi. Probatū reliquimus,*p.*1.*q.*2.*de diuiſ.benef. diuiſ.*2. *n* 17. *&* *p.*2. *q.*1. *de diuiſ. vnionis*, *n.*11.12.13.15.18. *&* 19. Sed Eccleſiæ de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui menſæ Domni Abbatis, & Capituli Hyrachenſis ſunt vnitæ,vti ex ſæpè dictis,præcipuè hic *ſect.*1.*n.*3.*&* 4.patet.Ergo præfati Dōnus Abbas,&Conuentus, ſeu Capitulum Hyrachēſes,veri,& proprij illarum Parochi ſunt. Pro vnione ad menſam facit deciſio quā infra la 23.affero *n.*3.

Secundò. Quoties Eccleſia acceſſoriè eſt quoad iura ſpiritualia, & temporalia,ſeu iure pleno alteri vnita, ille, cui vnita reperitur, eſt verus illius Parochus,vti probatū eſt,*q.*1.*ſect.*3.*concl.*2.*n.*5.*&* 6. Sed Eccleſiæ præfatæ iure pleno ſunt Dōno Abbati,& Conuentui Hyrachenſi vnitę,vt euidenter apparet ex inſtrumēto vnionis, de quo hic,*ſect.*1. *n.*3. ibi: *In quibus nihil retinuit ſibi præter cœnam*,&c. vbi nec ſibi, nec alteri Domnus Epiſcopus iura retinuit Parochialia. ErgoDōnus Abbas,&Conuentus ſunt veri,& proprij illarū Parochi. 3.

Tertiò probatur, ſeu potius cōfirmatur ratio ſecunda. Quando Eccleſia eſt acceſſoriè vnita quoad ſpiritualia, & temporalia, cura illius penes eum reſidet,cui vnita manet, vti dictum modo eſt. Sed Eccleſia vnita ad menſam eſt vnita quo ad ſpiritualia, & temporalia. 4.

lia. Ergo illius cura reſidet penes eũ,cui eſt vnita. Tum ſic. Sed Eccleſiæ de Viloria de Arbeyza, & de Zubielqui ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis ſunt vnitæ. Ergo illarum cura penes ipſos reſidet.

5. Quartò. Quoties quis ex vi vnionis acceſſoriè ſibi factæ fructus percipit decimales, Parocho ratione curæ debitos, & Vicario congruam, ſeu ſtipendium ſoluit, verus eſt ille, & proprius Parochus. Dictum eſt *p.1.q.2.de diuiſ. benef.diuiſ.2.n.14.cum duobus ſeq.* Sed Conuentus Hyrachẽſis ex vi vnionis percipit fructus decimales debitos ratione curæ Parochialis Eccleſiarum. de Viloria, &c. ſoluitque ſtipendium Vicariis, vti diximus hic *ſect.1.n.3.& 5.* Ergo ille eſt verus, & proprius illarum Parochus.

6. Quintò. Quando pro ſeruitio Eccleſiæ acceſſoriè vnitæ Vicarius deputatur, temporalis cura illius reſidet penes eum, cui eſt vnita. Rota in deciſionibus relatis, *part.1.quæſt.2.de diuiſ. benefic.diuiſ.2. num.14. & 15.* Sed Vicarij de Viloria, Arbeyza, & Zubielqui ſunt temporales, vti dictum eſt *concl.1.num.11.* Ergo Cura dictarum Eccleſiarum reſidet penes Monaſterium Hyrachenſe cui illæ ſunt vnitæ.

7. Sextò. Ad verum, & proprium Parochum pertinet deputare Vicarium amouibilem pro Eccleſia ſibi ſubiecta, ſicut declarauit Sacra Concilij Congregatio, & Rota Sacra decidit poſt Conſtitutiones Pianas, de quibus *part.3.q.17. in n.7.& ſequentibus.* Sed Domnus Abbas Hyrachenſis Vicarios amouibiles deputauit pro Eccleſiis de Viloria, Arbeyza, & Zubielqui ſibi & ſuo Cõuentui ſubiectis. Pro Arbeyza quidem, anno 1582. die 17. Nouemb. deputauit D. Mart. de Azedo: quẽ etiam ipſũ deputauit, 10. Nouem. 1583. & 15. Nouemb 1585. 24. Nouem. 1586. & 11. Nouemb. 1587. & D. Ioan. Martinez deputauit, die 13. Nouembris, 1588. & 11. Nouembr. 1589. & pro Eccleſia de Viloria, deputauit D. Franciſ. de Villoria, quatuor diſtinctis annis, videlicet 19. die Nouembr. anni 1581. die 5. Nouembr. 1583. & 19. Decembr. 1584. & 22. Ian. 1587. Et pro Eccleſia de Zubielqui, D. Io. de Vaquedano deputauit die 9. Nouemb. anni 1583. 10. Nouemb. 1584. 11. Nouemb. 1585. 23. Nouemb. 1586. 11. Nouemb. 1589. 14. Nouemb. 1590. & poſt conſtitutionem Synodalem Pampilonenſem tã tunc, quam die 4. Decembr. de anno 1591. vt patet ex actis deputationũ ſcriptis, & ſubſcriptis à præfatis omnibus Vicariis in libro Vicariorum, in Monaſterio aſſeruato. Ergo dictus Abbas, & Præſidens proprio nominẽ, & ſui Conuẽtus ſunt veri, & proprij Parochi dictarum Eccleſiarũ.

8. Septimò. Abbas,& Conuentus Hyrachenſes habẽt beneficia Parochialia præfatarum Eccleſiarũ, cõſtat hic,*ſect.1.n.5*.Ergo ſunt veri, & proprij illarum Parochi.

9. Nec valet dicere habere quidẽ beneficia quoad fructus;nõ vero, quoad poteſtatem ſpirituale͂ circa Parochiales functiones. Non inquam valet,quia vti probauimus, *q.1.ſect.3.concl.2.n.17*.cũ quatuor ſequentibus, eo ipſo quod habeat ex vi vnionis ad menſam beneficium quoad fructus, habẽt etiam illud quoad ſpirituales fũctiones.

10. Octauò.Data vnione acceſſoria, neceſſariò datur extinctio,& ſuppreſſio curatus in Eccleſia vnita, & tranſlatio illius in eum, cui eſt vnita,vti dictum eſt,*p.2.q.6.à n.1. ad* 8.Sed Eccleſiæ de Villoria, Arbeyza, & Zubielqui acceſſoriè vnitæ ſunt Domno Abbati,&Cõuentui Monaſterij Hyrachenſis. Ergo curatus earum ad ipſos tranſlatus eſt.

11. Nonò.Præfatæ Eccleſiæ ſũt Regulares. Patet ex dictis *p.1.q.2.de diuiſ.benef.diuiſ.1.n.3.& p.2 q.6. n.*8.Ergo illarum Parochus verus, Regularis eſt,cũ Clericus ſæcularis incapax ſit Regularis beneficij.

12. Poteſt in contrariũ obiici,Domnum Abbatem, Præſidentem,aut Conuentũ eſſe quidẽ Parochum; ſed habitualem tantum nõ actualem:quod non ſufficit vt verus,& proprius Parochus ſit,aut dicatur, cum ad hoc neceſſaria omninò cura actualis ſit.

Huic obiectioni plenè ſatisfecimus *q.1.ſect.3.concl.2.n.31.& 32.* Quare ne eadem pluries inutiliter repetantur, ibi illius ſolutio videatur. 13.

CONCLVSIO TERTIA.

Domno Abbati, & Præſidenti Monaſterij Hyrachenſis licet per ſe ipſos Sacraméta miniſtrare Parochianis Eccleſiarũ de Villoria, de Arbeyza, & de Zubielqui,eorumque Matrimonia ſua præſentia authorizare, & ſolemniter benedicere: & omnia denique iura Parochialia, auctoritate propria, & nulla obtenta, aut petita ab vllo alio licentia, exercere. 1.

Concluſio iſta neceſſariò ex præcedentibus infertur: probaturque ex dictis *q.1.ſect.3.in probationem quartæ concluſionis.*

QVÆSTIO VII.

Quis ſit verus, & proprius Eccleſiæ de Vgar Parochus?

SECTIO PRIMA.

Referuntur iura Monaſterij Hyrachenſis.

PRo iſtius quæſtionis reſolutione, ſupponenda nonnulla ſunt,ex quibus melius veritas reſolutionis appareat. In primis enim ſuppono locum de Vgar cũ omnibus pertinentiis ſuis,propriũ eſſe Domni Abbatis,&Cõuentus 1.

Monaſte

Monaſterij Hyrachenſis, ex conceſſione, & donatione ipſis facta per Dñm Dñm Garciã Ranimirez huius Nauarræ Regni Regem, vti ex ipſius donationis priuilegio cõſtat, dato Era M.C.LXXIII. Anno ſcilicet Domini 1135. quod infra poſt Rotæ deciſiones exſcriptum habes in cuius Dominij recognitionem, Iurati, Vicini, & Cõcilium dicti loci, tam in cõmuni, quam in particulari, ſoluunt quotannis Monaſterio, in Pectæ qualitate, octoginta, & octo menſuras, cum dimidia, tritici, vulgo *Robos*, eorum expẽſis ad dictum Monaſterium, & eius horreum tranſportatas: & vltra illas, etiã ſoluunt Domno Abbati prandium, vulgo dictum *la cena del Señor*, & alio nomine, *el Iantar*.

2. Secundò ſuppono prefatũ Monaſterium Dominum etiam eſſe Eccleſiæ dicti loci de Vgar ex donatione ipſi per Dominum Epiſcopum Pampilonenſem facta, cuius donationis inſtrumentum, tenoris ſequentis eſt, videlicet.

In Chriſti nomine Amen. Hæc eſt charta, quam ego Sanctius gratia Dei Pampilonenſis Eccleſiæ ſeruus, cum concilio, & auctoritate totius Conuentus Pampilonenſis, facio vobis Domno Acenari Abbati Hyrachenſi, & Conuentui veſtro, ac ſucceſſoribus veſtris, dono, & concedo Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Hyrach Eccleſiam de Vgar, vt poſſideat illã per ſæcula cuncta cum decimis, & primitiis, & omnibus ad eam pertinentibus, retento mihi, & ſucceſſoribus meis quarto, & iure Epiſcopali, & pedatico Archidiacono, atque cæteris. Abbas verò Hyrachenſis ponet in prædicta Eccleſia Monachum, vel aliam Clericum, quem volueris. Ad maiorem confirmationem huius donationis ego Sanctius gratia Pampilonenſis Eccleſiæ hoc ſignum...feci. Signum Poncij Prioris Pampilonenſis pro omni Conuentu. Facta charta Era T.C.LXXIV. Regnante Rege Garcia Ranimirez in Pampilona. Anno Domini 1136.

3. Quas donationes Alexander Papa III. poſtea confirmauit, per ſuam Bullam plumbeã VIII. Kalend. Iulij, indict. V. Incarnat. Dominicæ, ann. M.C.LXXII. Pontificatus ſui, anno tertiodecimo, quæ originaliter in Archiuo dicti aſſeruatur Monaſterij: & in qua Sanctiſſ. Pontifex, adnumerans plures Monaſterij poſſeſſiones, quas illi confirmat, ita ait. *Vgar cum omnibus pertinentiis ſuis.*

4. Tertiò ſuppono prædictũ monaſterium poſt præfatam Eccleſiæ de Vgar donationem percepiſſe, & actu percipere, omnes decimas ad illã pertinentes, ex quibus Domino Epiſcopo quartum ſoluere conſueuit, taxatum quidẽ & omninò ad viginti ſeptem robos, & quatuor almudes tritici redactũ. Et Archidiacono quinque robos tritici, vnicum dimidio, de Pilajes & tres cum dimidio de Tereral.

Quocirca, anno 1654. Ordinarius, in cauſa dicti Monaſterij cōtra Monaſterium de Yranzu, Abbatem, & Beneficiarios de Azcona, hanc pronuntiauit ſententiam. *Fallamos que deuemos manutener, y manutenemos al dho Conuento R. de Yrache, como Abad quies de la Parochial de Vgar, en la poſſeſſion en que ſe alla de percibir, y llebar enteramente las diezmas de las heredes pertenecientes a Maria eſte van de caſa noua, y ſu marido, que tienē, y hā labrado en el termino de la dha. Parochial de Vgar,* &c.

5\. Quartò ſuppono Monaſterium, mediante Domno eius Abbate, aut Præſidēte conſueuiſſe pro ſeruitio dictæ Eccleſiæ Vicarium ſæcularem, omnino ad eius nutum amouibilem, etiam ſine cauſa, deputare. Pro quo infra inſertam ſententiam ab Illuſtriſſimo Domino Apoſtolico Nuncio, vndecima Nouembris die, anni milleſimi, ſexcenteſimi, trigeſimi tertij obtinuit.

6\. *En la Villa de Madrid a onze dias del mes de Nouembre de mil, ſeiſcientos y treynta y tres años, viſtos eſtos autos, y proceſo por el Illuſtriſſimo, y Reuerendiſſimo Señor Dō Ceſar Monti, Patriarcha de Antiochia, Arcobiſpo de Milan, Nuncio, y Collector general Apoſtolico en eſtos Reynos, de Heſpaña, que ſō entre partes, de la vna, el Abad, Mōges, y Conuento de Noſtra Señora la Real de Hyrache de la ordē de Sā Benito, y Don Diego Miguel Presbytero; y de la otra el Fiſcal Eccleſiaſtico de Pāplona, y Dō Martin de Vrra Vicario de la Paroch. de Vgar.*

Dixo, que ſin periuicio del derecho de ambas las partes en el juicio petitorio, poſſeſſorio pleniſſimo, y en el interin, y haſta que otra coſa ſe prouea, y mande, de via de manutener, y manutuuo, amparaua, y amparo al dicho Abad, Monges, y Cōuento en la poſſeſſion, en que han eſtado, y eſtan de nombrar Vicario para la vicaria, o beneficio de Vgar, ad nutum amouil, y remouerle, y quitarle todas las vezes: que les pareciere. En la qual dicha poſſeſſion non ſean inquietados, moleſtados, ni perturbados por perſona alguna. Y para ello ſe den, y deſpachen los mandamientos neceſſarios. Aſi lo proueyo, mando, y firmo el Señor Auditor. Franciſcus de Albiſſis Auditor. Ante mi Don Franciſco Gutierrez Zorilla Notario, Secretario.

Eademque ſupra dicta die, datum fuit mandatum executorium præfatæ ſententiæ cum illius inſertione. Quo, coram Ordinario Pampilonenſi, pro illius executione præſentato, hanc idem Ordinarius, ſexta Februarij, anni milleſimi, ſexcētеſimi, trigeſimi quarti, die, declarationē pronuntiauit. 7.

En eſte negocio del Abbad, y Mōges del Monaſterio Real, de Noſtra Señora de Yyrache contra el Fiſcal general deſte Obiſpado, y Dō Martin de Vrra Vicario de la Yglesia Parochial.

Parochial del legar de Vgar, Sancho de Yzturiz, y Pedro Fernãdez, y Rada ſus Procuradores, en raçon de lo pedido por el dicho Monaſterio en ſupeticion de nuebe de henero, a hojas 197. con lo alegado por el dicho Fiſcal, viſtos los autos, con la ſentencia del Illuſtriſſimo Señor Nuncio de Heſpaña.

Se ſuſpende, y reuoca al dicho Don Martin de Vrra la comiſion, que tiene de ſeruir la dicha Vicaria de Vgar, de la qual ſe excluye, y para darſela a Don Diego Miguel, o a la perſona, que el dicho Abad, y Monges tienen nombrado para ella ſe manda, que pareZca a ſer examinado en la ſuficiẽcia ante el Padre Maeſtro Fray Gonçalo de Arriaga Lector de Theulugea del Cõuento, y vniuerſidad de San Tiago de eſta Ciudad. Y con ello, y preſentar las cartas de Ordenes, y legitimar ſu perſona, cumpla dentro de ſeis dias, para que concurriendo en el las partes, y calidades neceſſarias, ſe le de la comiſion, que ſe pide de tal Vicario, ſegun el contenimiẽto de la dicha ſentencia del Señor Nuncio. Y a ſi ſe declara, y manda. Pronuntiauit illam Domnus Doctor Perez Anguix Vicarius Generalis coram Alphonſo Maço Notario, cauſæ Secretario, in audientia publica.

8. In quarum quidem ſententiarum, ſeu declarationum executionem, Prior Monaſterij Hyrachenſis penitus, præfatum Domnum Martinum de Vrra à Vicaria de Vgar remouit, die vigeſima ſexta, menſis Nouembris, prædicti anni 1634. qui ſui remotioni aſſenſum præbuit.

Quintò ſuppono Monaſterium, 9.
ſeu eius Abbatem, Priorem, Præſidentem, à tempore perantiquo, in poſſeſſione viſitandi Eccleſiam de Vgar extitiſſe. Illam vtique viſitatam inuenio anno 1534. per Priorẽ de cõmiſſione Domni Abbatis: annis 1537. 1539. & 1540. per ipſummet Domnum Abbatem, in quarum viſitationum actibus enuntiatur *Rector, y perpetuo adminiſtrador de la Ygleſia de S. Martin de Vgar*, annis 1568. 1582. 1598. 1612. 1615. 1625. 1630. per Domnos Abbates ſucceſſores fuit etiam illa viſitata, anno 1652. & per Præſidentes, annis 1605. 1647. 1655 & alias ſæpe.

Sexto ſuppono præfatos Dom- 10.
nos Abbates & Præſidentes in poſſeſſione, ſeu quaſi extitiſſe, & exiſtere celebrandi Miſſas populares, concionandique, & alios Parochiales actus in Eccleſia de Vgar exercendi, quoties, & provt bene illis videtur: quod apertè demonſtratur per inſtrumenta non pauca, plenam quidem fidem facientia, quorum nonnulla ſunt de annis 1568. 1582. 1598. 1605. 1612. 1615. 1630.

SECTIO

SECTIO II.

Quæſtioni reſpondetur.

CONCLVSIO PRIMA.

1. Vicarius Eccleſiæ Parochialis de Vgar verus & proprius illius Parochus non eſt, nec curam eius habet, ſed ſolum exercitium curæ, ad nutum Domni Abbatis, aut Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis reuocabile

2. Concluſio iſta, quoad vltimam ipſius partem, euidenter apparet ex ſect. præcedenti, *n.*5.6.7.*&* 8.

3. Quoad primam vero probatur primò. Vicarius dictæ Eccleſiæ, Parochiale illius beneficium non habet, patet ſect. prima, *n.*2.3.*&* 4. iunctis, quæ *q.*1.*ſect.*3.*concl.*1.*n.*4. *&* 5. diximus. Ergo verus, & proprius Parochus illius non eſt.

4. Secundò. Nemo intitulatur Parochus in Eccleſia acceſſoriè vnita. Dictum eſt, *p.*2.*q.*6.*n.*6. At Eccleſia de Vgar acceſſoriè eſt vnita, patet hic, *ſect.*1.*n.*2. *&* 3. iunctis, quæ citata, *p.*2.*q* 2. præcipuè *n.*6. *&* 35. dicta sũt. Ergo in illa Vicarius Parochus intitulari nõ poteſt.

5. Tertiò. Omnis, qui in ſimplici curatu conſtituitur, acquirit curã per cõcurſum. Patet ex dictis *q.*1. *ſect.*3.*concl* 1.*à n.*8.*ad* 13. At Vicarius de Vgar non conſtituitur per concurſum. Conſtat hic *ſect.*1.*n.*7. verſ. *Se ſuſpende*, & ex ipſa praxi. Ergo non acquirit, aut habet curã.

6. Quartò. Vicarius amouibilis nõ habet curam, Probatum reliquimus *p.*1.*q.*2.*diuiſ.*2.*n.*14.*&* 15.*p.*4. *q.*1.*concl.*1.*n.*7.*dec.*7.*n.*4.*&* *dec.*13. *n.* 3. *&* 6. Sed Vicarius de Vgar amouibilis eſt, patet ex ſententiis, de quibus hic *ſect.*1.*n.*6.*&* *ſeq.* Ergo non habet curam.

Quintò. Quando decimæ ratione curæ debitæ non percipiuntur à Vicario, ſed portio tantum aſſignata à principali illas percipiente, cura non reſidet penes Vicariũ. Conſtat ex *q.*1.*ſect.*3.*concl.*1.*n.*14. Sed Vicarius de Vgar non percipit decimas debitas ratione curæ, ſed tãtum ſalarium à monaſterio Hyrachenſe illas percipiente aſſignatum, iuxta dicta hic *ſect.*1.*n.*2. *&* 4. Ergo penes illum cura non reſidet. 7.

Sextò. Curam habere animarũ non cenſetur Eccleſia acceſſoriè vnita, vti dictum eſt, *p.*2.*q.*6. *n.*7. At Eccleſia de Vgar eſt acceſſoriè vnita. Ergo non cenſetur habere curam. Ergo Vicarius illam non habet. 8.

Septimò. Omne Parochiale beneficium ſimplex, eſt deuolutioni ſubiectum, *c.Nulla*, §.*Si autem, de conceſſ. Prab.* Sed Vicariæ Eccleſiarum vnitarum ad menſam deuolutioni non ſunt ſubiectæ, vt conſtat ex *p.*2.*q.*6.*n.*13. Ergo non ſunt beneficia Parochialia. Ac per conſequens idem dicendum eſt de Vicaria Eccleſiæ de Vgar, quæ vnita reperitur. 9.

Octauò. De intrinſeca ratione veri 10.

veri Parochi eſt, vt curam exerceat in proprio nomine, & non in alieno, vti probauimus *part.3. quæſt.*10. Sed Vicarius de Vgar curam non exercet in proprio nomine,ſed in alieno,cum remoueri non poſſit, qui in proprio nomine exercet. Ergo non eſt verus Parochus. Minor vlterius probatur. Quia cura exercetur nomine habentis titulum, & beneficium.

11. Nonò. Per mortem naturalem habentis curam animarum vacat ipſa cura. Dictum reliquimus, & probatum *q.1 ſect.3.concl.*1.*n.*17. Sed cura Eccleſiæ de Vgar per mortem illius Vicarij non vacat, iuxta ibidem tradita, cum dicta Eccleſia ſic vnita.Ergo dictus Vicarius curam non habet.

12. Decimò probatur.Clericus ſæcularis incapax eſt beneficij Regularis, vti conſtat ex dicta *q.* 1. *ſect.*3.*concl.*1.*num.*14. At beneficium de Vgar Regulare eſt, non ſolum quia vnitum Regularibus, iuxta tradita eadem *p.*2. *q.*6. *n.*8. Sed quia in dicta Eccleſia poteſt pro eius ſeruitio Monachus conſtitui, ſeu deputari, vt patet hic *ſect.*1. *num.*2. Ergo poſſideri non poteſt à Vicario,qui vtique ſæcularis Clericus eſt.

13. Vndecimò. Viſitatio, etiam ſi iuriſdictionalis non ſit, & pro vtroque foro, ſed tantum in Sanctiſſimi Sacramenti, Fontis baptiſmalis Chriſmatis Sacri,& oleorum paramentorum Eccleſię,&c. recognitione, ſuperioritatem quo ad curam animarum ſaltem, denotat in viſitante, & inferioritatem in viſitato: ſi enim præſentatio Vicarij coram eo, cui annexa eſt Eccleſia, ſignum manifeſtum eſt huiuſmodi ſuperioritatis, & inferioritatis,vt plures decidiſſe Rotam,vidimus *q.*1. *ſect.*3.*concluſ.*1. *n.*15. cur earumdem euidens non erit ſignum, viſitatio præfata eo maximè quia Vicarius ſubiectus eſt iuriſdictioni, & viſitationi Abbatis, & Conuentus de Hyrache tanquam Rectori principali, vti vidimus *p.*3.*q.*10 *&* *p.*4. *q.*1.*ſect.*3.*concl.*2. *num.*23. *&* 25. Sed ſic eſt, quod Monaſterium Hyrachenſe eſt in quaſi immemorabili poſſeſſione viſitandi Eccleſiam de Vgar, & eius Vicarium,in prædictis & aliis,vti diximus hic,*ſect.*1 *num.*9. Ergo Vicarius præfatus, inferior quoad curam eſt, Monaſterio Hyrachenſe. Ergo non eſt Parochus verus, quia verus Parochus, non debet curam ſubordinatam alteri habere,ſed propriam.

Secunda Conclusio.

Domnus Hyrachenſis Monaſterij Abbas, & illius Præſidens, nomine proprio, & Conuentus eiuſdem Monaſterij, ſunt verus, & proprius Eccleſiæ de Vgar Parochus. 1.

Probatur hæc concluſio primò, ratione 2.

ratione modo, pro prima, vndecimo loco facta.

3. Secundò. Proprius, & verus Parochus Eccleſiæ vnitæ ad menſam, eſt ille cui vnita reperitur, vti probauimus *part. 1. quæſt. 2. de diuiſ. benefic. diuiſ. 2. num.* 17. *& p. 2. quæſt. 2. n.* 1. 12. 13. 15. 18. *&* 19. At Eccleſia de Vgar ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis eſt vnita, vt conſtat hic, *ſect. 1. num. 2. 3. &* 4. iunctis, quæ in citata *part. 2. quæſt. 2* diximus *num.* 36. *&* 37. Ergo proprius, & verus illius Parochus eſt præfatus Domnus Abbas cum ſuo Conuentu.

4. Tertiò. Quando Eccleſia eſt acceſſoriè vnita iure pleno, id eſt, quoad ſpiritualia, & temporalia, Parochus verus illius eſt ille, ad quem fuit vnita, & annexa. Probatum eſt *quæſt. 1. ſect. 3. concl. 2. num. 5. &* 6. Sed Eccleſia de Vgar iure pleno, & quoad ſpiritualia, & temporalia, vt euidenter apparet ex eius donatione, *num. 2 ſectionis præcedentis* inſerta, maximè ibi: *cum decimis, & primitiis, & omnibus ad eam pertinentibus*: Domno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi eſt acceſſoriè vnita, & annexa. Ergo præfati Domnus Abbas, & Conuentus Hyrachenſis, ſunt verus Parochus illius.

5. Quartò probatur. Quando Eccleſia vnita eſt quoad ſpiritualia, & temporalia acceſſoriè, illius cura penes illum reſidet, cui eſt vnita. Ex terminis ipſis patet, quia cura eſſe nequit, niſi penes poſſidentem iura ſpiritualia Eccleſiæ. Sed Eccleſia vnita ad menſam, eſt quoad ſpiritualia, & temporalia vnita acceſſoriè, vti dictum eſt *part. 2. quæſt. 2. à num.* 7. Ergo illius cura penes eum reſidet, cui eſt vnita. Tum ſic. Sed Eccleſia de Vgar eſt, vt modo diximus, acceſſoriè ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis vnita. Ergo quoad ſpiritualia, & temporalia, ac per conſequens & illius Cura.

Quintò. Quando ex vi vnionis acceſſoriæ aliquis percipit decimas Parocho debitas, & ſoluit portionem, aut ſalarium conuentum Vicario, ille eſt verus Parochus proprius. Probatum manet *part. 1. quæſt. 2. de diuiſ. benefic. diuiſ. 2. num.* 14. 15. *&* 16. Sed Domnus Abbas, & Conuentus præfati, percipiunt integrè omnes decimas Eccleſiæ de Vgar, ſoluunt quartam taxatam Domino Pampilonenſi Epiſcopo, & ſalarium conuentum Vicario, vt dictum eſt hic *ſect. 1. num. 2. &* 4. Ergo ipſi ſunt verus, & proprius præfatæ Eccleſiæ Parochus. 6.

Sextò. Quando pro ſeruitio Eccleſiæ deputatur Vicarius temporalis, cura illius, ſi acceſſoriè eſt vnita, reſidet penes principalem, cui vnita reperitur, vti, deciſum eſſe à Sacra Rota, *quæſt. 2 part. 1. quæſt. 2. de diuiſ. benefic. diuiſ. 2. num.* 14. 7.

num. 14. *&* 15. vidimus. Sed pro Eccleſiæ de Vgar ſeruitio, Domnus Hyrachenſis Abbas, cui illa eſt vnita, deputat Vicarium temporalem, vti conſtat *ſect.* 1. *huius quæſt. num. 6. & ſeq.* Ergo dictæ Eccleſiæ cura penes præfatum Domnum Abbatem reſidet.

8. Septimò. Munus veri, & proprij Parochi eſt deputare Vicarium amouibilem pro Eccleſia ſibi ſubiecta, vt patet *parte 3. q.* 17. *n.*7. cum ſequentibus. Sed Domnus Abbas deputat Vicarium, pro Eccleſia de Vgar ſibi ſubiecta, amouibilem. Ergo eſt verus, & proprius illius Parochus.

9. Octauò. Effectus neceſſarius vnionis acceſſoriæ eſt extinctio curatus in Eccleſia vnita, & tranſlatio illius in eum, cui vnitur. Conſtat ex *part. 2. quæſt.* 6. *num.* 1. *& ſequentibus vſque ad* 8. Sed Eccleſia de Vgar acceſſoriè eſt Domno Abbati, & Conuentui prædictis vnita. Ergo illius curatus ad ipſos eſt tranſlatus.

10. Nonò. Ille eſt verus Eccleſiæ Parochus, qui illius Parochiale poſſidet beneficium. At Conuentus dicti Monaſterij poſſidet Parochiale beneficium de Vgar, vt conſtat hic, *ſect* 1. *num.* 2. 3. *&* 4. Ergo eſt verus illius Parochus.

11. Obiici ſolet, poſſidere quidem beneficium quoad tēporales fructus, non vero quoad ſpiritualia iura: ſed immeritò, & abſque fundamento vllo, quod alicuius momenti, ſoliditatiſve ſit. Quia eo ipſo, quod Eccleſia ſit vnita ad menſam dignitatis, Conuentus, aut capituli, beneficium illius pertinet ad dignitatem, Conuentum, aut Capitulum, non ſolum quoad temporales fructus, ſed etiam quoad ſpiritualia illius iura, ſeu iure pleno. Videantur quæ diximus *part. 2. quæſt. 2. à n. 6. ad* 28. *& part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *n.* 17. *& ſequentibus.*

Decimò. Eccleſia Parochialis de Vgar Regularis eſt, conſtat ex dictis *part. 2. quæſt. 6. num.* 8. Ergo illius verus Parochus Regularis eſt. Ergo Conuentus Hyrachenſis, aut nomine ipſius, & proprio Domnus Abbas, vel Præſidens. 12.

Solet prædictis omnibus obiici, eos, quibus Eccleſiæ vnitæ exiſtunt, eſſe illarum Parochos, non tamen actuales, ſed habituales tantum, quod non ſufficit vt veri, & proprij Parochi abſolutè dicantur, nec ſint. Sed nec hæc obiectio, ſcopum veritatis attingit, in caſibus præſentis quæſtionis, aut alterius quidem, ex, in præſenti tractatu, diſcuſſis, vti, volenti ea, quæ *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *num.* 31. *&* 32. diximus, attentè inſpicere, & ponderare, conſtabit, quæ, ne oneri lectoribus ſim, eadem pluries repetendo, hic recenſere, lubens omitto. 13.

TERTIA CONCLVSIO.

1. Licet Domno Abbati, & Præſidenti Hyrachenſi miniſtrare Sacramenta Parochianis Eccleſiæ de Vgar, Matrimonia eorum authorizare, & ſolemniter benedicere: omniáque authoritate propria, & nulla obtenta ab alio, aut petita licentia, Parochialia iura exercere.

2. Hæc concluſio, ſuppoſita ſecunda, manifeſta omnibus eſſe debet. Quia omni vero, & proprio Parocho ex officio, & iure ordinario, & proprio, incumbit omnia in concluſione contenta facere, vt patet ex dictis *part.*3. *q.*6 *per totam*, *& part.*4. *quæſt.*1. *ſect.*3.*concl.*4.*n.*2. *&* 3. Ergo cum Domnus Abbas Hyrachenſis, (& idem eſt de Præſidente dicendum) ſit verus & proprius Eccleſiæ de Vgar Parochus, illa omnia facere poterit.

3. Imò cum iure ordinario, id Domno Abbati, & Præſidenti competat, quilibet ipſorum id exercere poterit per delegatum à ſe, iuxta dicta *p.*3.*q.*17.*à num.*1. Ex quo apertè, manifeſtéque patet, Matrimonium in Eccleſia de Vgar, coram deſignato ad id à Reuerendiſſimo Hyrachenſi Abbate, tanquam à Parocho de Vgar, celebratum, ratum, verum, & legitimum exiſtere, quamuis ex errore, & ignorantia iurium Monaſterij aliter fuiſſet iudicatum. Quę quidem ſententia nunquam tranſiret in rem iudicatam, & quandocumque poſſet reuocari, iuxta tradita per Granam *tom.*1. *tit* 27. *de ſent. & re iudicata*, *ad text. in c.Lator,&c num.*1.*ex cap. Fraternitatis*, *de frigid. & maleficiat. cap. Quod Deo*, 35. *quæſt.*5. *c.Graue*, 35. *q.*9.*c.Cauſam Matrimonij*, *penult. de Probat. c.Series*, 26. *cap.Sicut nobis*, *cap.Ex tenore*, 35. *c.Cùm in tua*, 14.*cap.Conſtitutis*, 46.*de teſtib.* Ex Magiſtro Sancio, *in repetit.* ad text. *in Clem.*2. *de teſtib.num.*20. Couar. *in* 4. 2.*p. cap.*8.§.12. *& lib.*1. *variar. cap.*2. *num.*7. Thom. Sanch. de Matrim. *lib.*7. *diſp.*100. *num.*1. *&* 33. *& lib.*10 *diſp.*9.*nu.*2. *&* 4. Menoch. de Arbitrariis, *caſu* 101. Tiraq. *de retract. tit.*2. §.1. *gloſſ.*2.*n.*37. Oſuald. ad Donel. *lib.*21. *cap.*12. *lit. F.* & ex Maranta, de ordine iudiciorum, 3.*p.num.*147.*& ſeqq.* Cuius rationem reddit, *n.*2. Quia ſententia in cauſa matrimoniali, nullum continet ius, per partes remiſſibile: Ergo in iudicatum tranſire nequit, quominus vt poſtea, reperta veritate, retractari valeat. Antecedens patet, quia qui legitimè copulati ſunt, ſeparari ab homine non poſſunt, *Matth.*19. nec copulari, qui diuina, aut humana lege prohibiti ſunt, *cap.Licet ex quadam*, *de teſtib.* Pro cuius rationis intelligentia adnotat, quod ſententia dupliciter

plicitcr ferri poteſt: nam aut in ſe continet vitium ab ipſis partibus remiſſibile, aut omninò per partes irremiſſibile, remiſſibile dicitur, cum partes ius pro ſe introductum omittendo debitum, vel non appellando, tacitè, vel expreſsè remittere poſſunt: irremiſſibile verò dicitur, quod ab ipſis partibus, neque tacitè nec expreſsè remitti poteſt: veluti in caſu præſenti, fuit pronuntiatum non fuiſſe Matrimonium, quod verum erat, ratum, & conſummatum. Plura alia, ſcitu digniſſima, ibi vide.

QVÆSTIO VIII.

Quis ſit verus, & proprius Parochus Eccleſiæ ab Arizala?

SECTIO I.

Iura Monaſterij Hyrachenſis recenſentur.

1. PRædictam Eccleſiam fuiſſe propriam Monaſterij de Hyrache, cum pertinentiis, & iuribus ſuis à tempore antiquiſſimo, euidens fit ex litteris executorialibus cuiuſdam ſententiæ, arbitrariè ab Illuſtriſſimo Domino Michaele Sanchez Pampilonenſi Epiſcopo, pronuntiatæ, in cauſa diutius coram diuerſis iudicibus agitata, & tandem in prædictum Dominum compromiſſa Epiſcopum, per Priorem & Conuentum Hoſpitalis Roſcidęuallis, & Dominum Abbatem, & Conuentum Hyrachenſem, partes ex vtraque parte litigantes, datis quidem, & expeditis per Dominum Dominum, Michaelem de Legaria Epiſcopum in Sede Pampilonenſi ſucceſſorem, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, octuageſimo nono, die vero, vigeſima prima menſis Maij, in quibus ita ait: *Sententiam promulgauit*, (ſcilicet D. Dominus. Michael Sanchez eius prædeceſſor) *adiudicantes per ſententiam Eccleſiam Sanctæ Ceciliæ de Arizala cum pertinentiis, & iuribus ſuis Abbati, & Monaſterio Hyrachenſi perpetuò poſſidendam.* Et infrà. *Mandantes nihilominus Priori, & Conuentui Hoſpitalis Roſcidæuallis, quod inducat Abbatem, & Conuentum de Hyrach, vel eorum procuratorem, ipſorum nomine, in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Sanctæ Ceciliæ de Arizala, & iurium pertinentium ad eandem* Quæ quidem executoriales litteræ in Archiuo præfati Monaſterij originaliter aſſeruantur, in membrana, ſeu pergameno ſcriptæ, ex quo ſigillum dicti Domini Epiſcopi, in cera rubri coloris impreſſum, nunc vſque pendet.

Secūdò præmittere libuit, dictū Monaſterium percipere & perce- 2.

 piſſe

piſſe à tẽpore cuius memoria non exiſtit, omnes fructus decimales Eccleſiæ Sanctæ Ceciliæ de Arizala, quarto excepto, quod Monaſterium percipit de Yranzu, & quinque modiis, vulgo *robos* tritici, *de Tertiale, y Pelaje*, ad Archidiaconum ſpectantibus. Vnde eſt, quod Abbas, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis obtinuerint vnam,& alteram definitiuam ſententiam, *en viſta, y reuiſta*, vt aiunt, per quarum tenorem, Supremus Regius Nauarræ Senatus, anno 1551. declarauit extitiſſe, & exiſtere in poſſeſſione, vel quaſi, percipiendi decimas, & primitias hæreditatum de Ezachipia, pertinentium quidem ad Parochiam de Arizala. Et conſequenter habitatores domus de Eza ad illas perſoluendas condemnauit.

3. Tertiò ſuppono Domnum Abbatem, & Præſidentem Monaſterij Hyrachenſis, à tempore perantiquo, conſueuiſſe in titulum conferre portionem vnam in præfata Eccleſia de Arizala, etiam in mẽſibus reſeruatis, perſonę ipſis beneuiſę. In Archiuo Monaſterij aſſeruatur titulus originalis dictæ portionis, à Domno Bernardo Baſin Abbate Hyrachenſi collatæ die 5. Februarij anni 1510. Martino de Echaberri ſuo familiari, in quo *Rector Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Ceciliæ loci de Arizala* enuntiatur: dicitque in ipſo: *cuius collatio, & omnimoda diſpoſitio, ad noſtram dignitatem, & Menſam Abbatialem dicti Monaſterij de Hyrach pleno iure pertinet, & ſpectat.* Die item vigeſima menſis Iunij, anni 1572. P. Frater Gregorius Pardo Prior, & Præſidens Monaſterij ob abſentiam Domni Abbatis, eandem Portionem, Iacobo de Vrra liberè etiam contulit, cuius titulus in eodem Archiuo reperitur.

Notentur verba: *cuius collatio, & omnimoda diſpoſitio ad noſtram menſam Abbatialem dicti Monaſterij pleno iure pertinet, & ſpectat.* Aptiſſimè quidem, & iuxta ea, quæ iuris Canonici ſunt, in titulo appoſita. Quia in Eccleſiis menſis Dignitarũ, Capitulorum, aut Conuentuum, vnitis, menſes, Pontifici Summo reſeruati, ceſſant, ita vt in quolibet anni menſe, priuatiuè ad eum cui vnita reperitur Eccleſia collatio, aut quælibet alia prouiſio ſpectet, & pertineat, vti docuit Paulus Layman, *lib. 4. tract. 2. cap 9. num. 5.* & licentiatus Ategui Supremæ huius Nauarræ Regni Curiæ Senator, in quodam conſulto, hac de re, & indiuidua portione de Arizala, impetrata quidem in Curia Romana à Sanctiſſ. Papa Paulo V. die 3. Auguſti anni 1617. per D. Ioannem de Belaſcoayn, eodem anno, & ſequenti Septembris menſe ſignato, cuius iſta ſunt verba, videlicet. 4.

Que

Que la prouiſion Eccleſia vnita alicui dignitati, vel Monaſterio, ſit illius, cuius dignitati, vel Monaſterio eſt vnita, vel annexa, lo prueua el texto, en el cap. Extirpandæ, 30. *§. Qui vero, & ibi Panormitanus, num.9. de Prabendo, y otros muchos textos. Rota, deciſ.798. num.1. p.1. volumine 1. in nouiſſimis Sacri Palatij. Hieron. Gonzalez ſuper Regula octaua Cancellariæ, de Menſibus, & Alternatiua Epiſcoporum, gloſſ.5. §.3. num. 58. & num. 60. pag.1646. Licenciado Ioan de Ategui.*

Viuianus etiam, in prax. Iuriſpatr. *part.1. lib.1. cap.1. num.*108. ita ait. *Beneficia alia ſunt de menſa, quæ ſunt incorporata perpetuo menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali, ita quod numquam vacent, neque in talibus beneficiis datur negligentia in prouiſione, gloſſ. in Clem. 1. in verb. de menſa, de ſupplen. neglig. Prælat. vbi Imola num.42. & Card. num. 5. ſub §. Præmiſſa. Rota deciſ.2. num. 3. de Exceſſib. Prælat. in nouiſ. & ſic in iſtis non datur vacatio, ſed conſolidantur in menſa mortuo Prælato, Geminian. in C. ſi propter. num. 3. de reſcript. lib.6. Gonzal. vbi ſup.* (id eſt ad Reg.8. Cancell.) *gloſſ.5. §.6. num.63. & 64. Vide pulchram deciſ Rotæ, deciſ.204. vbi habetur quando Eccleſia dicatur de menſa, in recentoribus, apud Farinac. p.2. idem eſt in beneficiis vnitis, quæ cum non vacent, impetrari non poſſunt, Gonz. d. gloſ.5. §.7. num. 22. & de beneficiis de menſa, vide Maſobr. vbi ſupra* (hoc eſt in praxi habendi concurſum ad parochial. Eccleſ.) *præludio* 12. Hucuſque Viuian.

Quartò ſuppono, Abbatem Hyrachenſem Vicarium annualem vſque hodie pro præfata Eccleſia de Arizala ſemper nominare, & deputare conſueuiſſe, & ad nutum ipſiuſmet Domni Abbatis. Conſtat ex præſentationibus à Parochianis dicti loci factis coram eo, præcipuè annis 1637. 1642. & 1645. & ex nominationibus à Domno Abbate factis annis eiſdem. 5.

Quintò ſuppono Domnum Abbatem, & Præſidentem Monaſterij Hyrachenſis, in poſſeſſione viſitandi Eccleſiam de Arizala extitiſſe ab antiquiſſimo tempore, & nunc etiam exiſtere. Illam viſitauit in ſpiritualibus, & temporalibus Domnus Abbas Frater Franciſcus Orenſe, 20. die Octobris, anni 1537. 17. Octobris, anni 1539. 20. Nouembris, anni 1540. Quoad Sanctiſſimum Sacramentum, Fõtem Baptiſmalem, Chriſma, & Oleos ſacros, illam viſitauerunt Reuerendiſſimus Frater Ioannes de los Arcos Abbas, anno 1603. Reu. Frater Eman. Angles, anno 1608. Reu. Frater Laurentius de Frias, annis 1611. 1612. & 1619. Reu. Frater Antonius de Aluarado, anno 1614. Reu. Frater 6.

Maurus

Maurus Garcia, anno 1625. Reuer. Frat. Martinus Yzquierdo, annis 1651. & 1652. Reu. Frat. Ranimirus de Goñi Prior Monaſterij, viſitauit anno 1622. de Reuer. Abbatis mandato, & commiſſione, & in Abbatiali dignitate conſtitutus, illã viſitauit anno 1630. & Reuerendiſſimus Frater Martinus Yzquierdo illam viſitauit anno 1651. in executionem ſententiæ Conſilij Regij de anno 165.. manutenentis. Monaſterium in quaſi poſſeſſione dictam Eccleſiam viſitandi & an. 1612. in executionem Concordię cũ D. Epiſcopo & Præſidente an. 1655.

7. In quarum viſitationum actis, enuntiatur vnita, ſeu annexa dicta Eccleſia præfato Monaſterio, & iſtius Abbas, Abbas, ſeu Rector illius. Ex quibus etiam conſtat, præfatos Domnos Abbates, & Priores feciſſe in illa aliquos Parochiales actus tamquam illius Abbates, ſeu Rectores.

SECTIO II.

Quæſtioni fit ſatis.

Conclvsio Prima.

1. Vicarius Eccleſiæ Parochialis de Arizala, non eſt illius Parochus, nec habet curam; ſed eius exercitium ad nutum Domni Abbatis, aut Præſidentis Monaſterij Hyrachenſis, reuocabile.

Quoad vltimam partem, conſtat veritas huius concluſionis, ex *ſect. præced. num.* 5. 2.

Quoad primam autem probatur primò. Prædictus Vicarius non habet beneficium Parochiale dictæ Eccleſiæ. Conſtat *ſect. præced. num.* 1. *&* 2. iunctis, quæ diximus *q.* 2 *ſect.* 4. *concl.* 1. *n.* 4. *&* 5. Ergo nec habet curam. 3.

Secundò. In Eccleſia acceſſoriè vnita nemo intitulatur. Dictum reliquimus *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 6. Sed Eccleſia de Arizala eſt acceſſoriè vnita, conſtat ex *ſect. præced.* iunctis dictis *in par.* 2. *quæſt.* 2. præſertim *num.* 6. *&* 35. Ergo in illa Vicarius non intitulatur Parochus. 4.

Tertiò. Nemo ſimplex curatum acquirere valet niſi medio concurſu, vti vidimus *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1 *à num.* 8. *vſque ad* 13. Sed Vicarius de Arizala Vicariam per concurſum non acquirit, vti praxis docet. Ergo cum Vicaria curam non acquirit. 5.

Quartò. Vicarius amouibilis non habet curam. Probatum eſt, *part.* 1. *quæſt.* 2. *diuiſ.* 2. *n.* 14 *&* 15. *part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1. *n.* 7. *dec.* 7. *num.* 4. *& dec.* 13. *num.* 3 *&* 6. At Vicarius de Arizala eſt amouibilis, *ſect. præced. n.* 5. Ergo non habet curam. 6.

Quintò. Quando Vicarius non percipit decimas ratione curæ debitas, curam non habet, vti vidimus *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1. *n.* 14. 7.

Sed

Sed Vicarius de Arizala nullas decimas percipit, vti diximus ſect. præced. *num.* 2. ſed ſolum ſalarium à Monaſterio Hyrachenſi aſſignatum. Ergo non habet curam.

8. Sextò. Eccleſia acceſſoriè vnita curam habere non cenſetur. Dictum eſt *part.* 2. *quaſt.* 6. *num* 7. Sed Eccleſia de Arizala eſt acceſſoriè vnita ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis. Ergo nec Vicarius illam habere cenſebitur.

9. Septimò. Omne ſimplex curatum eſt deuolutioni ſubiectum, *cap. Nulla*, §. *ſi autem, de conceſſion. Præbend.* Sed Vicaria de Arizala non eſt deuolutioni ſubiecta, iuxta dicta *part.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 13. cum dicta Eccleſia vnita ſit ad menſam. Ergo non eſt curata dicta Vicaria.

10. Octauò. Nemo eſt Parochus, aut habet curam, qui nomine alieno, & non ſuo illam exercet. Principium in re beneficiaria eſt, vt vidimus *parte* 3. *quaſt.* 10. At Vicarius de Arizala exercet curam non proprio nomine, ſed alieno (qui enim non intitulatur ſimpliciter, curam non habet, & ſic illam non poteſt proprio nomine exercere: vide *part.* 1. *quaſt.* 2. *de diuiſ. benefic. diuiſ.* 3. *num.* 2.) Ergo dictus Vicarius non eſt Parochus.

11. Nonò. Per mortem habentis curam animarum, vacat ipſa cura. Conſtat ex dictis *quaſt.* 1. *ſect.* 3. *concluſ.* 1. *num.* 17. Sed cura animarum Parochianorum de Arizala non vacat per Vicarij mortem, vt ibidem dictum eſt in genere de cura Eccleſiarum vnitarum. Ergo dictus Vicarius curam non habet.

Decimò. Sæcularis Clericus beneficij Regularis eſt incapax, vti patet *quaſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 1. *num.* 24. Sed beneficium Parochiale de Arizala eſt Regulare ratione vnionis Regularibus factæ, iuxta in *part.* 2. *quaſt.* 6. *num.* 8. dicta. Ergo cum Vicarius præfatus ſit ſæcularis, & diſpenſationem non habeat, incapax erit beneficij Parochialis de Arizala, ac per conſequens illud non obtinebit. 12.

Vndecimò. Viſitatio Sanctiſſimi Sacramenti, & Fōtis Baptiſmalis, Oleorū ſacrorū, Chriſmatis vaſorū item ſacrorum, & paramentorū Eccleſiæ, pariter ac fabricæ illius ſuperioritatem ſaltim quoad curam animarum demonſtrat in viſitatore, iuxta dicta *part.* 3. *q.* 10. *num.* 2. *part.* 4. *quaſt.* 1. *ſect.* 3 *concluſ.* 2. *num.* 23 *cum ſeqq. tribus, & ſect.* 4. *num.* 2. ex conſtitutione Synodali Toletana, & *quaſt.* 3 *ſect.* 1. *n.* 20. ex decreto Ordinarij Pampilonenſis, ibi: *como cada Rector es tenido, y obligado de hazer & deciſ.* 30. *num.* 1. Sed Domnus Hyrachenſis Abbas, ab antiquiſſimo tempore, eſt in quaſi poſſeſſione, prædicta omnia viſitandi, in Parochiali Sanctæ Cæciliæ de Arizala, vti ex actis viſitationum, hic 13.

*ſect.*1. *num.*6. recenſitis apparet. Ergo ſuperioritatem quoad curam habet animarum reſpectu Vicarij, viſitati quidem, & viſitationibus acquieſcentis, vt ex eiſdem actis conſtat.

SECVNDA CONCLVSIO.

1. Domnus Hyrachenſis Abbas, & Præſidens Monaſterij nomine prop.io, & Conuentus ſui, ſunt verus Parochus, & proprius Parochialis Eccleſiæ de Arizala.

2. Hæc concluſio probatur primò, ratione vltimo loco facta, in primæ concluſionis probatione.

3. Probatur ſecundò. Ille, cui Eccleſia Parochialis, & eius menſæ eſt vnita, eſt verus, & proprius illius Parochus. Probatum reliquimus *part.*1. *quæſt.*1. *de diuiſ. beneficiorum, diuiſio.* 2. *num.*17 & *parte* 2. *cap* 2. *num.* 11. 12. 13. 15. 18. & 19. Sed Eccleſia de Arizala ad menſam Domni Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis eſt vnita, vt conſtat hic, *ſect.*1. *n.*1. & 2. iunctis, quæ diximus *part.*2. *quæſtione* 2. *nu.*36. & 37. Ergo Domnus Abbas, aut Præſidens, & Conuentus ipſe, ſunt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ Parochialis loci de Arizala.

4. Tertiò. Ille eſt verus, & proprius Parochus alicuius Eccleſiæ, cui illa iure pleno, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia reperitur annexa, & vnita Conſtat ex *q.*1. *ſect.*3. *concl.*2. *num.*5. & 6. At Eccleſia de Arizala iure pleno, & quoad ſpiritualia, & temporalia reperitur annexa, aut vnita Domno Abbati, & Conuentui Monaſterij Hyrachenſis, vt patet *ſect.*1. *huius quæſt. num.*1. ibi: *Cum pertinentiis, & iuribus ſuis, & num.*2. iunctis, quæ *part.*2. *quæſt.*2. *à n.*6. *vſque ad* 28. Ergo præfatus Domnus Abbas, Præſidens, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis ſunt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ de Arizala.

Quartò. Curam Eccleſiæ ille habet, cui vnita eſt ipſa Eccleſia quoad ſpiritualia iura. Sed Eccleſia de Arizala vnita eſt quoad ſpiritualia Domno Abbati, & Conuentui Hyrachenſi. Ergo ipſi curam illius habent. Maior patet, quia cura animarum eſſe non poteſt, niſi penes poſſidentem iura ſpiritualia Eccleſiæ. Minor etiam patet, quia Eccleſia vnita ad mẽſam, eſt vnita quoad ſpiritualia iura, ſimul & temporalia. At Eccleſia de Arizala eſt vnita ad menſam Abbatis, & Conuentus, vt ex dictis patet. Ergo quo ad ſpiritualia. 5.

Quintò. Qui percipit ratione vnionis acceſſoriæ fructus decimales ratione curæ debitos, & ſoluit portionem Vicario, habet ipſam curam. Conſtat ex dictis *part.*1. *quæſt.*2. *de diuiſ. beneficior. diuiſ.*2. *num.*14. 15. & 16. Sed 6.

Domnus

Domnus Abbas, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis percipiunt ratione vnionis acceſſoriæ fructus decimales Eccleſiæ de Arizala ratione curæ debitas, & ſalarium Vicario ſoluunt & non in fructibus, ſed in pecunia. Ergo habent dictæ Eccleſiæ curam.

7. Sextò. Quoties pro ſeruitio Eccleſiæ vnitæ Vicarius deputatur temporalis, cura illius penes eum eſt, cui eſt vnita. Probatum reliquimus *part.1. quæſt.2. de diuij. beneficior. diuiſ.2. n.14. & 15.* At pro ſeruitio Eccleſiæ de Arizala deputatur Vicarius temporalis, & annualis, vti *ſect.1.* huius quæſtionis *num.5.* vidimus. Ergo illius cura penes Abbatem, & Conuentum præfatos, quibus eſt vnita, reſidet.

8. Septimò. Ad proprium Parochum pertinet deputatio Vicarij amouibilis pro Eccleſia ſibi ſubiecta, vti dictum eſt *part.3. q.17. à num. 7.* Sed dictus Domnus Abbas deputat Vicarium amouibilem, & annualem pro Eccleſia de Arizala ſibi, & ſuo Conuentui ſubiecta, ſeu vnita, vt dictum eſt. Ergo eſt proprius Parochus illius.

9. Octauò. Inter effectus neceſſarios vnionis acceſſoriæ eſt extinctio curæ in Eccleſia vnita, & tranſlatio illius in eum cui vnitur. Patet ex traditis *part.2. quæſt.6. à num.1. vſque ad 8.* At Eccleſia de Arizala eſt acceſſoriè vnita Abbati, & Conuentui Hyrachenſis Monaſterij. Ergo illius cura extincta eſt in eademmet Eccleſia, & in Monaſterium tranſlata.

Nonò. Verus Eccleſiæ de Arizala Parochus ille eſt, qui eius beneficium obtinet Parochiale. Sed Abbas, & Conuentus præfati obtinent beneficium Parochiale illius. Ergo ſunt verus eius Rector. 10.

Nec valet dicere poſſidere beneficium quoad fructus temporales, non vero quoad curam, & iura ſpiritualia. Non inquam valet, quia eo ipſo quod Eccleſia vnita ſit ad menſam Dignitatis, & Conuentûs, non ſolum eſt quoad temporalia vnita, ſed pleno iure, ſeu quoad temporalia ſimul, & ſpiritualia iura, vti plena manu probauimus *part.2. quæſt.2. à num.6. vſque ad 28.* & *ſect.3. concl.2. n.17. cum ſeqq.* 11.

Decimò. Eccleſia de Arizala eſt Regularis, vti de omnibus Regularibus vnitis diximus *part.2. quæſt.6. de effectibus vnionis, n.8.* Ergo eius Rector, & Parochus Regularis eſt, quia ſæcularis beneficij Regularis eſt incapax. Ergo Domnus Abbas Præſidenſve, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis. 12.

Nec dicere valet, Domnum Abbatem Præſidentem, aut Conuentum, eſſe quidem Parochos, habituales tamen, non autem actuales, quod non ſufficit ad hoc vt abſolutè Parochi Eccleſiæ de Arizala dicantur. Non inquam 13.

 valet,

valet, ob ea quæ *quæſt.1. ſect.3. concluſ.2.num.*31.& 32. ſimili obiectioni reſpondimus. Ibi videantur, ne eadem repetendo oneri ſimus.

Conclvsio Tertia.

1. Licuit, & licet Domno Abbati, & Præſidenti Monaſterij Hyrachenſis Sacramenta in Parochiali Eccleſia de Arizala miniſtrare, & ſuorum Parochianorum matrimonia authorizare, & benedicere, & omnia alia iura Parochialia exercere, nulla præhabita, aut petita licentia ab vllo alio.

2. Probatur iſta concluſio. Omni vero, & proprio Parocho, ex officio, & proprio iure ordinario licet omnia in concluſione contenta facere. Latè probatum eſt, *p.*3. *per totam, & part.*4.*quæſt.*1 *ſect.*3. *concl.*4 *num.*2. & 3. Sed Domnus Abbas, & Præſidens Hyrachenſes ſunt verus, & proprius Parochus Eccleſiæ de Arizala, vt probauimus concluſione ſecunda. Ergo licuit, & licet illis ex officio, & iure proprio, & ordinario omnia in concluſione contenta, nulla obtenta, aut petita ab vllo alio licentia, & facultate.

Deinde probatur. De facto fecit Domnus Abbas actus Parochiales in Eccleſia de Arizala, vti diximus hic, *ſect.*1. *num.*7. Ergo poteſt illos facere.

QVÆSTIO IX.

Quis verus, & proprius Parochus Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella ſit?

HAnc quæſtionem, deciſam à Sacra Rota pluries inuenio. Quare illam non tam diſquirendam propono, cum eius reſolutio ſit ſæpiſſimè canonizata; quam vt ex dicendis in ea, noſtræ, circa præcedentes quæſtiones, reſolutiones amplius firmentur, & illuſtrentur. 1.

Ad quod ſuppono, præfatam Eccleſiam ad Monaſterium Hyrachenſe quoad Patronatum pertinere, duplici ex titulo, ædificationis ſcilicet, & fundationis. Primus, proprius eiuſdem Monaſterij eſt, & ab ipſius Eccleſiæ exordio fuit, cum ipſum illam ædificauerit. Secundum vero à Domino Rege Sanctio 8. huius nominis, & huius Regni Nauarræ vltimo, cognomento *Forti*, aliàs *Incluſo*, obtinuit. Vtrumque conſtat ex inſtrumento publico Regiæ donationis, quod in Archiuo dicti Monaſterij vſque ad hodiernum diem originale in membrana, ſeu pergameno ſcriptum, & cum ſigillo Regio in cera impreſſo ex illo pendente, aſſeruatur. Et eſt tenoris ſequentis, videlicet. 2.

In

3\. *In nomine Summi, & æterni Dei. Notum ſit omnibus hominibus præſentibus, & futuris, quod ego Sanctius per Dei gratiam Rex Nauarræ, cum concilio, & authoritate venerabilis Petri Epiſcopi Pampilon. dono, & concedo liberè Deo meo Ieſu Chriſto, & Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrach, & Sanctio Abbati, & Monachis ibidem Deo ſeruientibus, illam Eccleſiam Sancti Ioannis, quam facio fieri à prædictis Monachis in populatione de Stella, quam ego populaui, vltra pontem Sancti Martini, iuxta villam de Licarra, & iuxta rupem Sancti Michaelis, in hereditatibus meis propriis, & in eis, quas comparaui à Burgenſibus de Stella. Hanc donationem facio pro remiſſione peccatorum meorum, & pro anima vxoris meæ bonæ memoriæ Reginæ Baece, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium parentum meorum, prædicto Abbati Sanctio, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, vt habeant & poſſideant prædictam Eccleſiam cum decimis, & primitiis, & oblationibus, & obuentionibus omnibus ſuorum Parochianorum integrè, & pacificè, & quietè, ſine ſubiectione, & contradictione alicuius ſæcularis, vel Clericalis perſonæ. Si quis autem huius meæ donationis, & eleemoſynæ contradictor, vel irritator extiterit, Dei omnipotentis indignationem incurrat, & in æternum cum Satana, & Angelis eius habeat portionem. Ego P. Pampilonenſis Epiſcopus ad inſtantiam, & preces Domini Regis prædictam donationem concedo. Ego Sanctius prænominatus Rex hanc chartam fieri iuſſi, & hoc ſigno...meo corroboraui. Facta charta ſub Era M. CC. XXV. Regnante me Rege Sanctio in Nauarra, & in Alaua; Ferrando Roderici tenente Stellam; Petro Remirez Victoriam, & Sanctam Crucem; Michael de Lerat, Arzluceam Sanctio Remirez, Marainon; Enecone Almorauit, Aiuar; Petro Latrone Sangoſſam; Lupo de Alfaro, Tafaliam; Semen de Buructa, Treueño; Petro Garceiz, Artaxona; Garcia Petri de Morieta, Rodam; Enecone de Oriz, Aizcorroz; Martin de Subiza, Sangoſſam veterem; Petro Guillelmi, præpoſito in Stella; Gaſton, in prædicta populatione. Ego Ferrandus Archidiaconus Berbicenſis, & Domini Regis Cancellarius, de mandato Domini mei Regis hanc chartam ſcripſi, & hoc ſignum meum appoſui.* Hæc omnia, ex originali priuilegio donationis, fideliter propria exſcripſi manu: quam quidem Dominus. Archiepiſcopus Tarraconenſis, Metropolitanus confirmauit 11. Kalen. Octob. anni Domini 1211. vti ex inſtrumento publico confirmationis, in Archiuo Hyrachenſi exiſtenti, apparet.

4\. Ex quo priuilegio aliud ius acquiſiuit Monaſterium in Eccle-

ſia, & Parochia Sancti Ioannis, quam Patronatum laicum, quem Dominus Rex habebat ratione fundi: acquiſiuit vtique ipſammet Eccleſiam pleno iure, quoad ſpiritualia ſcilicet, & temporalia, media vnione illius, ad menſam eiuſdem Monaſterij facta, tam à Domino Epiſcopo diœceſano, quam à Sede Apoſtolica, mediante Domino Rege, & eius donatione, facta quidem in vi priuilegij à Sanctiſſimo Papa Vrbano II. conceſſi Domino Petro Nauarræ, & Aragonum Rege, ſucceſſoribuſque illius, anno Dominicæ Incarnationis, milleſimo, nonageſimo quinto, Indictione Tertia, & ſui Pontificatus, octauo anno. In quo ſic habetur, vt ſequitur.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Petro cariſſimo ſibi in Chriſto filio Hiſpaniarum Regi excellentiſſimo, eiuſque ſucceſſoribus ritè ſubſtituendis in perpetuum. Et infra. *Quoniam igitur prædictorum Epiſcoporum tantam videntes indiſcretionem, & tam nullam diſpenſationis recogitationem, quæ iampridem, vt ſuperiùs diximus conceſſa ſunt, modo præſentis priuilegij munimine firmantes, ex authoritate omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti & Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Beatorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, necnon & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ad vltimum noſtra diuinitus conceſſa paruitati, ſtatuimus tui, cariſſimè fili Petre, tuique Regni ſucceſſorum ex genere tuo ritè ſubſtituendorum, iuris eſſe, vt Eccleſia Villarum, tam earum, quas in Sarracenorum terris capere potueritis, quam earum, quas ipſi in Regno veſtro ædificare feceritis, vel Capellas veſtras vel per quæ volueritis Monaſteria (ſedibus dumtaxat Epiſcopalibus exceptis) diſtribuere liceat vobis. Et ne apud matrem cuius voluntatibus, & præceptis exequendis ſemper promptiſſimus extitiſti repulſam in parte aliqua pia tua patiatur petitio, tui quoque Regni Proceribus, eandem licentiam concedentes, eodémque illam priuilegio & eadem authoritate corroborantes ſancimus, vt Eccleſias, quas in Sarracenorum terris belli iure adquiſierint, vel in propriis hæreditatibus fundauerint, ſibi, ſuiſque hæredibus cum primitiis, & decimis propriarum duntaxat hæreditatum, dummodo cum neceſſariorum adminiſtratione diuina in eis miniſteria ritè à conuenientibus perſonis celebrari faciant, eis liceat retinere, vel quarumlibet aliarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum ditioni ſubdere.* Hæc Sanctiſſimus Pontifex, quæ fideliter exſcripſi ex copia Bullæ originalis aſſeruatæ in Archiuo antiquiſſimi monaſterij Sancti Ioannis de Pinna, quæ quidem copia, & tranſumptum, authenticum, in Ar-

chiuo

chiuo Monaſterij Hyrachenſis pariter aſſeruatur, ad cuius inſtantiam ex ſuo originali fuit iuridicè extractum, vigore Requiſitoriæ, à Domino Vicario Generali Pampilonenſi emanatæ anno milleſimo, ſexcenteſimo, & trigeſimo tertio.

5\. Huius ergo Apoſtolicæ Conſtitutionis virtute, Dominus Rex Sanctius præfatam donationem fecit Monaſterio; quam continere vnionem ad illius menſam, decidit Sacra Rota in cauſa eiuſdem Eccleſiæ, & Monaſterij, 14. Decembris anni 1598. coram Cardinali Seraphino, verſ. *Fuit concluſum*, ibi. *Ex qua colligitur Eccleſiam fuiſſe pleno iure conceſſam Abbati, & Monaſterio de Hyrache.* & verſ. *Vltimo.* Quæ adeſt infra la 13. & 28 Februarij anni 1600 coram Cardin. Pamphilio, verſ. *Aliud fundamentum*, ibi. *Ex quo Eccleſia fuit pleno iure conceſſa Abbati.* Infra la 14. & 16 Iunij 1642. coram Cerro verſib. *Vnio probatur*, & *licet enim* Infra eſt la 17. 3. Iunij 1643. coram eodem. Adeſt infra la 18 & 14. Decembris, de Anno 1648. coram Otthobono, verſ. *Validitas.* Infra la 19 & vltimo, 26. Maij 1653. coram Meltio. verſ. *Controuerſia.* & ver. *Deficit.* Infra la 20. maximè ſi iungas, quæ diximus *quaſt. 2. ſect. 2. §. 2. de diuiſione vnionis, num.* 37. & *Deciſionem* Rotæ, 2. Decembris, de anno 1605. in *Vliſbonenſi*, verſ. 1. ibi. *Eccleſiam autem eſſe ſubiectam Monaſterio, aut annexam, vel de menſa non eſt neceſſe probare per inſtrumentum vnionis, vel annexionis, ſed poteſt etiam probari per alia ſigna, & argumenta, vti fuit deciſum in cauſa Pampilonenſis de Stella* 14. *Decembris* 1598. *coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.* Hæc deciſione illa coram Litta, in qua bene deciſio primo loco hic à nobis recenſita, expenditur ad intentum noſtrum quod & fecit eadem Rota 13. Iunij 1607. coram Cardinali Lancelloto similiter in *Vliſbonenſi*, vide *num.* 2. Quas omnes deciſiones infra, Deo dante, exſcribam, ordine ſcilicet, *las* 7. & 8.

Quod adnotare conſulto libuit, pro ampliori illuſtratione, (vt præmiſi) reſolutionum noſtrarum circa præcedentes quæſtiones. Si enim donatio Regis, de qua hic num 3. includit vnionem acceſſoriam Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella ad menſam Domni Abbatis, Monachorum, & Conuentus Monaſterij Hyrachenſis, quare donationes, & vniones Eccleſiarum de Mendauia, Luquin, Vrbiola, Biloria, Arbeyza, Zubielqui, Vgar, & Lete per Ordinarium Diœceſis, factas eiſdem Abbati, Monachis, & Conuentui, *cum omnibus iuribus ſuis, pleno iure, & perpetuo poſſidendarum*, veræ, & propriæ 6.

propriæ vniones ad menſam Monaſterij non erunt? & quare hac eadem vnione, affecta non erit Eccleſia Sancti Saluatoris de Oteyza, quæ per ſententiam definitiuam Ordinarij, ſubiecta Monaſterio, fuit pronunciata, & ad illud decimas, & primitias & omnia iura eius integrè pertinere; non heri, aut nudius tertius; ſed tempore adeo antiquo, vt poſt illud, trecenti, quinquaginta, & ſex anni tranſierint, vti vidimus *quæſt. 5. ſect. 1. num. 5. & 6.* Et quare, tandem, Eccleſia de Arizala, pariter non erit menſæ Monaſterij præfati vnita, cum trecenti, ſexaginta, & ſeptem anni ſint elapſi, tranſierintque poſt litteras executoriales ab Ordinario emanatas, in quibus teſtatur prædeceſſorem ſuum protuliſſe ſententiam definitiuam *adiudicantem Eccleſiam Sanctæ Ceciliæ de Arizala cum pertinentiis, & iuribus ſuis Abbati, & Monaſterio* Yrachenſi *perpetuo poſſidendam* vti vidimus, *quæſt. 8. num. 1.* Si igitur vna Eccleſia, aliam præſcribere poteſt tamquam ſibi vnitam, ſi eam ita tenuerit per tempus quadraginta annorum: & ſi enuntiatiuæ antiquæ à diuerſis perſonis emanatæ, plenè probant vnionem etiam contra tertium, vti vtrumque *quæſt. 5. citata, n. 1. & 3.* fuit demonſtratum: quare in dubium reuocare vlli liceat, an præfatæ Eccleſiæ, ſint ad menſam dicti Monaſterij vnitæ, nec ne? Nulla prorſus ratione, aut illius quidem apparente fumo.

His igitur præmiſſis, pro quæſtionibus præcedentibus, ad præſentis reſolutionem fas eſt deueniamus: non tam proferendam, quam referendam: cum ſæpe ſæpius iam Apoſtolica authoritate illam definitam, & canonizatam inueniamus. Recenſere hic plures Sacræ Rotæ deciſiones ſuperſedeo, tum quia ſupra illas tetigimus, & infra exſcribemus: tum præcipuè, quia ſufficit abundè, ſententias definitiuas executoriatas per ipſam, executionique traditas, & obſeruatas, in medium adducere. 7.

CONCLVSIO

Domnus Abbas, & Præſidens Monaſterij Hyrachenſis ſunt veri, & legitimi Rectores, & Parochi Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella, & poſſunt in ea omnes actus, & iura Parochialia exercere. 8.

Hanc concluſionem, & ſententiam, vt dixi, ſæpe definiuit Sacra Rota: cuius ſententia definitiua coram Coccino, tenoris eſt ſequentis.

Chriſti nomine inuocato. Pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ primo coram Ordinario Pampilonenſi & deinde coram Metropolitano Burgenſi, & ſucceſſiuè. 9

ſucceſſiuè coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Seraphino Oliuario, olim Coauditore noſtro, & demum coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Hieronymo Pamphilio, olim pariter Coauditore noſtro, & ſucceſſiuè coram nobis verſa fuerunt, & vertuntur, inter Vicarium, & Beneficiatos Parochialis Eccleſiæ Sancti Ioannis oppidi de Stella, Pãpilonenſis Diœceſis, reos, vt dicebatur, conuentos ex vna, nec non Abbatem, Monachos, & Conuentum Monaſterij Beatæ Mariæ de Hirache Ordinis Sancti Benedicti, dictæ Diœceſis actores, partibus ex altera, de & ſuper eo, quod dum Abbas prædictus celebrat Miſſam maiorem, & alia diuina officia, nec non viſitat ſanctiſſima Sacramenta, Fontem Baptiſmalem, Reliquias, & alia ſimilia in eadem Eccleſia, Vicarius, & Beneficiati prædicti tenentur eidem Abbati aſſiſtere, & deſeruire. Rebuſque alijs in actis cauſa, & cauſarum huiuſmodi latius deductis. Dicimus, ſententiamus, pronuntiamus, & definimus, ſententias latas per prædictos Ordinarium Pampilonenſem, & Metropolitanum fuiſſe, & eſſe iniquas, indebitas, & iniuſtas, ac vti nullas, & indebitas fore, & eſſe reuocandas, irritandas, & annullandas, illaſque reuocamus, improbamus, & annullamus, & inualidamus: nec non declaramus prædictum Abbatem, & Præſidentẽ, ac alios, qui pro tẽpore, fuerint, & erint prædicti Monaſterij, fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis: & illam fuiſſe, & eſſe vnitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare: ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterij licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochiali, exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam maiorem, ſeu Popularem celebrare, ac omnia iura Parochialia exercere: & ad ipſum Abbatem, ſeu Præſidentem ſpectauiſſe, ac ſpectare Concionatores per Epiſcopum approbatos in dicta Eccleſia deputare priuatiuè, quoad ipſum Vicarium, & Beneficiatos. Nec non eoſdem Vicarium, & Beneficiatos, tam in actu dictæ viſitationis, quam etiam dum prædictus Abbas, & Præſidens celebrat Miſſam maiorem, ſeu Popularem, aut facit alias functiones ad Rectorem Parochialis Eccleſiæ ſpectantes, teneri, & obligatos eſſe, cum eorum veſtibus, quas deferre ſolent in celebratione diuinorum officiorum, ac etiam cum ſono campanarum, & cum debita ſolemnitate illi aſſiſtere, & deſeruire: ac teneri, & obligatos eſſe in dicta Eccleſia recipere Concionatores per Epiſcopum approbatos, & per D. Abbatem, ſeu Præſidentem ad dictam Eccleſiam deputatos, vt in illa verbum Dei prædicent. Et ad omnia, & ſingula præmiſſa implenda cum effectu con-

Abbas, & Præſidens sũt veri, & legitimi Rectores.

Quid Abbati liceat, & Præſidẽti?

Vicarius & Beneficiati ad quid teneãtur?

demnandos fore, & eſſe, & quemlibet eorum condemnamus. Moleſtationes quoque, vexationes, perturbationes, & impedimenta quacumque, pro parte prædictorum Vicarij, & Beneficiatorum, quomodolibet Abbati, ſeu Præſidenti pro tempore exiſtentibus, præmiſſorum occaſione præſtitas, & illatas præſtitáq; & illata, fuiſſe, & eſſe illicitas, iniquas, indebitas, temerarias, & iniuſtas, illicitáque temeraria, iniqua, indebita, & iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta, illáſque, & illa eis facere non licuiſſe, neque licere, & illos, & illorum quemlibet, à prædictis moleſtiis, perturbationibus, & impedimentis quibuſcumque teneri, & obligatos eſſe deſiſtere, & ſe abſtinere. Et eoſdem in expenſis pro parte Abbatis, & Conuentus factis, condemnandos fore, & eſſe, ac condemnamus. Quarum expenſarum taxationem, nobis in poſterum reſeruamus, præmiſſo, & alio meliori modo. Ita pronuntiaui ego Ioannes Baptiſta Coccinus Rotæ Auditor.

Hanc ſententiam canonizauit Rota die 16. Martij 1606. per hanc deciſ. corã Lancellotto. Videlicet.

Dixerunt Domini confirmandam eſſe ſententiam Rotalem, de cuius iuſtitia conſtat ex pluribus deciſionibus factis coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominis meis Cardinalib. Seraph. & Pamphilio tunc Rotæ Auditoribus, nec non ex aliis deciſionibus Domini mei Coccini, & præſertim ex ea in qua denegata fuit remiſſoria: quarum deciſionum fundamenta Dominis placuerunt, imo illa probarunt etiam in cauſa Vlisbon. Iuris conferendi, coram Domino meo Litta. Neque modo in contrarium aliquid releuans deducitur, quod alias pluries conſideratum non fuerit.

Ex his fuit concluſum pro confirmatione ſententiæ Rotalis, attenta præſertim illius clara iuſtitia itavt pro ea ſuſtinenda fieri debebat omnis interpretatio ad euitandas dilationes, & multiplicitatem ſententiarum.

A qua quidem ſententia, appellato per Vicarium, & Beneficiatos Sancti Ioannis de Stella, & cauſa à Sanctiſſimo, Domino Horatio Lancellotto, tunc Auditore, commiſſa, præfatam ſententiam, per aliam ſuam definitiuam omninò, menſe Aprilis de anno milleſimo, ſexcenteſimo, ſexto, confirmauit. Quod & in tertia inſtantia Dominus Franciſcus Peña, cauſa ſibi commiſſa ſub die Veneris, ſecunda Martij, anni milleſimi ſexcenteſimi, ſeptimi, fecit, & die item veneris, decima octaua menſis Maij eiuſdem anni, litteras dedit executoriales dictarum ſententiarum, cum earumdem inſertione. Quas executioni tradidit die 1. Iulij eiuſdem anni Notarius publicus, Regius, & Apoſtolicus, qui de executione fidem fecit Poſtea tamen orta fuit inter eaſdem partes 10.

tes differentia, ſuper declaratione dictarum ſententiarum, & executorialium litterarum, ſeu modo illas exequendi, quoad concionatorum deputationem: quam Sacra Rota ſedauit, deciſione ſequenti: videlicet.

Pampilonenſis de Stella.

Veneris 29. Octob. anni 1621. coram Reuerendiſſimo D. Coccino, Decano.

11. *Fuit reſolutum litteras executoriales non egere alia iuſtificatione, quia apertis verbis continent, quod ad Abbatem Monaſterij, non autem ad Vicarium Eccleſiæ Sancti Ioannis de Stella ſpectat ius concionandi, & deputandi Concionatores: Declaratio enim non habet locum in clariſ. Caſtr. in l. Hæredes, §. Siquid, n. 4. in fine, ff. de teſtam. & conſ. 22. col. fin. verſ. Præterea dictæ declarationi, lib. 1. dec. conſ. 114. n. 5. verſ. & dicit hoc procedere. Neque obſtat inconuenientia, quæ allegatur, quia ſi ius deputandi Concionatorem ſpectat ad Abbatem, non eſt inconueniens quod Abbas illud tranſmittat etiam ante, vel in ipſo die concionis; ſed inconueniens eſt, quod Vicarius ipſe eligat Concionatorem irrequiſito Abbate: nam etſi poſt quam Vicarius elegit, Abbas à ſemetipſo electum tranſmittat nullã facit iniuriam, cum iure ſuo vtatur; ſed ſibi imputet Vicarius, ſi vt cum decet, non petit ab Abbate concionatorem. Et ita reſolutum.*

Prædicta, in cauſa ſuper iure Parochialitatis Sancti Ioannis de Stella; ſed nouiſſimè in cauſa, ſuper iure deputandi Vicarium pro ſeruitio præfatæ Eccleſiæ, obtinuit Monaſterium plures Rotales deciſiones, quas infra exſcripſimus *las* 17. 18. 19. & 20. & ſententias definitiuas, quas modo recenſebimus. In primis enim ſeptima Nouembris die, anni milleſimi, ſexcenteſimi, quadrageſimi tertij, hanc, quæ ſequitur, R. P. D. Carolus Cerrus pronuntiauit. 12.

Carolus Cerrus Auditor, & Iudex Commiſſarius ſubrogatus præfatus, de Dominorum Coauditorum noſtrorum voto, conſilio, pariter, & aſſenſu, quibus de huiuſmodi cauſæ meritis relatione plenaria ferimus & fidelem ſententiam definitiuam in ſcriptis tulimus, & promulgamus ſub hac verborum forma, conceptã, videlicet. Chriſti nomine inuocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio, pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis coram nobis inter R. D. Abbatem, & Monaſterium Beatæ Mariæ de Yrache, Ordinis Sancti Benedicti Hiſpaniarum appellantes, ex vna; & Oeconomos, & Parochianos Eccleſiæ Parochia- 13.

lis Sancti Ioannis oppidi de Stella appellatos, partibus ex altera, de, & ſuper iure mominandi, ſeu deputandi Vicarium pro exercitio curæ dictæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis oppidi de Stella rebuſque aliis, & illorum occaſione in actis cauſa, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, dicimus, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, ius nominandi, ſeu deputandi, & ſeu eligendi Vicarium pro cura Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis oppidi de Stella, ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere liberè, & pleno iure, ad ſupradictum Abbatem Monaſterij B. Mariæ de Hyrache, tanquam Patronum, & Parochũ eiuſdem Eccleſiæ. Dictumque ius nominandi, ſeu deputandi Vicarium, fore, & eſſe adiudicãdum eidem Abbati, & Monaſterio, prout adiudicamus, & pro adiudicato haberi volumus, & mandamus. Et proinde Abbati, & Monaſterio, licuiſſe, & licere, nominare, & deputare libere Vicarium præfatum; nullumque ius efficax competiiſſe, & competere Oeconomis, & Parochianis eiuſdem Eccleſiæ S. Ioanuis de Stellà ſuper nominatione, & deputatione Vicarij præfati: & propterea nominationes, & ſeu deputationes Vicarij, per eoſdem Oeconomos, & Parochianos, quomodolibet factas & in actis productas, fuiſſe, & eſſe prorſus inefficaces, & non attendendas, ac illas pro inefficacibus, & non attendendis, haberi volumus, atque mandamus. Moleſtationes, iactationes, vexationes, perturbationes, & impedimenta quæcumque, per DD. Oeconomos, & Parochianos præſtitas, factas, & illatas, præſtita, facta, & illata, ac inferri comminatas, & comminata, fuiſſe & eſſe temerarias, iniuſtas, & illicitas, temeraria, iniuſta, & illicita, & de facto præſumptas, & præſumpta; illaſque, & illa inferri D. Abbati minimè licuiſſe, neque licere; quin imo in, & ſuper præmiſſis, & illorum occaſione perpetuum ſilentium illis imponendum fore, & eſſe, ac imponimus. Nec non eoſdem Oeconomos, & Parochianos in expenſis pro parte Abbatis in huiuſmodi cauſa factis, condemnandos fore, & eſſe, ac condemnamus: quarum taxationem nobis in poſterum, vel cui de iure reſeruamus. Et ita dicimus non ſolum præmiſſo, ſed & alio meliori modo. Ita pronuntiaui ego Carolus Cerrus Sacræ Rotæ Auditor.

Abbas Monaſterij, eſt Patronus, & Parochus Eccleſiæ S Ioannis: & ad illũ ſpectat deputatio Vicarij illius.

293

DISQVISITIO

PASTORALIS CANONICA, ET REGVLARIS.

DE IVRE, ET POTESTATE Prioris Conuentualis annexi:

IN QVA,

Plura ad ſtatum Religioſum ſpectantia, Iuris Canonici, & vtriuſque, ac Theologiæ Sacræ Interpretum, Decretis, doctrina pariter, ac rationibus illuſtrantur.

Authore P. FR. PETRO DE MVRGA *Benedictino Hiſpano Æmilianenſi, in Regio Hyrachenſi Aſceterio profeſſo, & de Hyarte Priore Conuentuali.*

DISQVISITIO
PASTORALIS CANONICA, ET REGVLARIS,
DE IVRE, ET POTESTATE PRIORIS Conuentualis annexi.

Quæritur, penes quem cura animarum Regularium in Filiationibus Monaſteriorum principalium Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniæ degentium, ſiue Abbatiæ, Prioratus, aut Grangiæ illæ ſint, reſideat?

1. NON incongruè, & importunè hanc quæſtionem proponere, & diſquirere, caſúque duxi; ſed conſultò, ſatíſque opportunè, & congruè, poſt eandem diſquiſitionem factam reſpectu ſæcularium ouium pertinentium ad Eccleſias Monaſteriis vnitas, & non extra rem erit diſcutere: *Quis ſit verus, & proprius Parochus ouium Regularium in Monaſterijs principalibus annexis, degentium?* Eo maximè, quia vltra hanc ſubiectionem ratione vnionis loci, aliam Regulares conuentuales Filiationum habent, qua oues ſæculares carent, ratione cuius in principalis Monaſterij caulam, veluti oues illius, medio profeſſionis vinculo, fuerunt Monachi, & Fratres laici congregati, ad quam Domnus Abbas ipſos, tempore ſibi bene viſo, bene valet reducere.

2. Procedit quæſtio de cura animarum; tam in propria, & ſtricta huius nominis acceptione, prout ſcilicet dicit poteſtatem in foro

animæ tantum, ad Sacramenta, ex proprio munere, miniſtranda; quam in impropria, & lata, provt dicit poteſtatem circa correctionem morum in foro iudiciali externo, & contentioſo cum facultate excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, abſoluendi, & ius dicendi, ſeu ſententiam ferendi.

3. Pro cuius exacta reſolutione, nonnulla præſupponenda ſunt. Primum eſt, quod quælibet regularis domus, ſi plures habeat Religioſos, verè, & propriè Cœnobium dici, & eſſe; ſi vero vnum ſolum, Monaſterium. *Monaſterium* (ait Caſſianus, coll. 18. c. 10.) *poteſt etiam vnius Monaſterij habitatio nominari. Cœnobium autem appellari non poteſt, niſi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio.* Vbi Gazæus, & Haeftenus In Regulam S. P. N. Benedicti, *lib. 3. tract. 3. Diſquiſit. 1. n. 2.* doctrinam Caſſiani ex Philone libro de vita contemplatiua, dicente: *Vnicuique ſacrum domicilium eſt, quod ſanctuarium, aut Monaſterium vocatur:* id probant: Et vtrumque approbans, noſter Hiſpaniarũ Doctor egregius, D. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus, ſic *lib. 2. de Eccleſiaſticis officijs, cap. 5. de Monachis,* fatur. *Inter Cœnobium autem, & Monaſterium, ita diſtinguit Caſſianus, quod Monaſterium, poſſit etiam vnius Monachi habitatio nuncupari: Cœnobium autem, non niſi plurimorum.* Hæc ille.

Cæterum, licet hæc ſit vera, & propria dictarum vocum ſignificatio, confundi illæ frequentiſſimè ſolent, vti bene Gazæus Haeftenus, & alij obſeruant, ita vt vox vna pro alia aſſumatur. Marcus Vidal, in ſua Arca Vitali, titulo *de Horis Canonicis, num. 94.* ita ait. *Colligitur ſeptimò cum Bordonio reſol. 30. num. 8. quod in paruis Monaſterijs Religioſorum, non adeſt obligatio ad Chorum, niſi ad minus reſideant quatuor Religioſi ad Chorum deputati, vt alternatiuè reſpondere poſſint, quod æque bene non contingit, ſi duo, aut tres ſolum recitent publicè in Choro officium diuinum.* Et Antoninus Diana, *p. 9. tract. 4. reſolut. 52.* inquirit: *An ſi in Monaſterio ſit tantum Superior, & alius Religioſus, & ſe inuicem percuſſerint, poſſint ſe inuicem abſoluere.* 4.

Sanctiſſimus etiam omnium Monachorum Patriarcha Benedictus, ita Regulæ Sanctæ 1. caput, *de generibus Monachorum,* exorditur. *Monachorum quatuor eſſe genera, manifeſtum eſt. Primum, Cœnobitarum, hoc eſt, monaſteriale, militans ſub Regula, vel Abbate. Deinde ſecundum genus eſt Anachoretarum, id eſt, Eremitarum; horum qui non conuerſionis feruore nouitio, ſed Monaſterij probatione diuturna didicerunt contra-* 5.

tra

tra diabolum, multorum ſolatio iam docti pugnare. In eadem lata acceptione, Diuus ipſe Parens, voce *Monaſterij*, vice vtique *Cœnobij*, frequentiſſimè vtitur, *cap. 2. 3. 4.* in fine, & alibi ſæpe; in ſtricta vero, & propria, dum *cap. 5.* dicit: *Sed ambulantes alieno iudicio, & imperio, in Cœnobijs degentes, Abbatum ſibi præeſſe deſiderant.*

6. Quod ſi petas, quot debeant in aliqua Regulari degere domo, vt vere Cœnobium, ſeu Conuentus illa ſit, & dicatur? Dico, quod duo tantum degant, ſufficere. Probatur ex Regula: *Pluralis locutio, duorum numero eſt contenta*, la 40. *de Regulis iuris, lib. 6.* iuncta gloſſa & cap. *Is cui*, §. *ſi vero*, el 19. *de præbend. & dignitat. eod. libro*, ibi, *Huiuſmodi pluralitas debet ſolum ad duo beneficia ſine cura reſtringi.* Efficaciſſime autem probatur ex cap. *Nullus*, 1. *de electione*, vbi ſic Lucius Papa. *Nullus in Eccleſia, vbi duo, vel tres fuerint in congregatione, niſi eorum electione canonica Presbyter eligatur.* Et ibi gloſſa verb. *Duo*, ait. *Nota, quod duo faciunt congregationem, vt hic: tres Collegium, vt ff. de verbor: ſignificat. l. Neratius.* Et infra etiam ait. *Et quod dicit duo faciunt Congregationem, hoc intelligo vbi mortuo Prælato plures remanent in congregatione, ad minus duo, vt hic dicitur.* Hucuſque gloſſa. Conſonat Diana infra.

7. Idem tenuit Rota in Mediolanenſi iuriſpatronatus, 5. Iulij de anno 1619. coram Pirouano, deciſione, apud Viuianum *de iurepatronatus*, la 75. in qua duæ enunciatiuę pro pluribus habentur. Ipſe Viuianus *part. 2. lib. 10. cap. 4. num. 1.* & Rebuffus *in praxi beneficiaria, titulo de Vnionibus, num. 2.* idem docent, ac Eligius Baſſæus, verb. *Electio, num. 7.* vbi ſic ait. *Licet Collegium Eccleſiaſticum non poſſit conſtitui in vno, quia ius ciuile requirit ſaltem tres, Canonicum autem duos; conſtitutum tamen ſemel in multis, poteſt totum ius Collegij venire ad vnum, & conuerſari in illo*, (quod docet gloſſa cap. *Nobis*, verbo, *in Conuentuali*, el 25. *de iurepatr.* quod prius docuerat in cap. *Gratum*, verbo, *Pauciores*, 2. *de Poſtulatione*, ex l. *Sicut municipij*, in fine, *ff. quod cuiuſque vniuerſita.* & in c. *Si forte*, verb. *eod. el 9. diſtinct.*) & infra, ſub eodem num. verſ. *Sed petes*, docet, quod ſi duo tantum ſint in Collegio, vnus poteſt alterum eligere, & hic erit electus à toto Collegio, ſi alter, nempe eligendus, cedat ſuo iuri eligendi. Idem etiam docent doctiſſimus Paulus Layman, *in quæſtionibus Canonicis*, de Prælatis Eccleſiaſticis, *quæſt.* 18. ex Ioan. Andrea, *Regula* 80. *in 6.* ex gloſſ. in *l. Neratius*, 85. *de verbor. ſignificat.* & ex gloſſ. in *l. Deteſtatio*, 40. *ff. de eodem*, ſcilicet, *de verbi*

ſignific. & Diana,*part.*10.*tract.*13. *reſol.* 33. Paſqualigus *deciſ.* 253. *num.* 4. & alij. Vidal. *tit. de electione*, *num.*27.

8. Quod autem quilibet priuatus bene valeat renunciare voci ſuæ, tam actiuæ, quam paſſiuæ, quæ ei competit ratione iuris priuati, nouiſſimè aſſerit P. Iacobus Raggius, *de Regimine Regularium, centuria* 2. *dub.*178.*concl.*1. ex l. *Si quis in conſcribendo*, *C. de Epiſcopis*, *& Clericis*, *l.pen. C. de Pactis*, *cap. Tuis*, 39. verſ. *Niſi*, de teſtibus, cap. *Ad Apoſtolorum de Regularib. cap.Si de tertia*, *de priuileg.* ex Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 24.*num.*4. *cum ſeqq.* Socin. *Reg.* 8. Thoma de Thomaſet *in floribus legum*, *Reg.*58. Azor. *p.*1. *lib.*5.*c.*22. *quæſt.*10. Tuſco, *tom.*6. *lit. R. concluſ.* 170. Suar. *de legib. lib.*8.*cap.*6. *&* 33. Couar. *in cap. Quamuis pactum*, *part.*2.§.1. *n.*5. *&* 6. Gutier. *de iurament. confirmat.part.*1.*cap.*1.*à n.*1.*& cap.*16. *num.*50. Nauar. *in tract. in fin.human. actuum*, *n.*29. Bald. *in cap. Cum omnes*, *num.* 24. *de Conſtitut.* Panormit. *in c. In Geneſimum*, 10. *de electio.* Angelo, *tit. electio*, *num.* 19. Armill. *eod.tit. num.*20. Sigiſmund. *de elect. dub.* 13. *n.*4. Samuel. *de elect. tract.*1. *diſput.*2. *cont.*16. Miranda *tom.*2. *Manual. Prælator. quæſt.* 23. *art.*6. *concl.*5. & ex Tabiena tit. *electio*, 1. *n.*12.

9. Ratio autem ea eſt, quia quilibet poteſt proprio fauori renunciare, ſuóque iuri; ſecus autem dicendum de his, qui votum habent ex officio publico, exempli gratia Generales, Priores, Guardiani, Diſcreti, & alij, in aliis Ordinibus, vti idem Raggius, *notabili* 1. *& concluſ.*2. & in noſtro, Reuerendiſſimi Generales, Domni Abbates, Definitores, Electores, Magiſtri, & Prædicatores Generales, Procuratores vtriuſque Curiæ, Regiæ ſcilicet Matritenſis, & Romanæ Socius, & Secretarius Reuerendiſſimi Generalis, Viſitatores, & alij denique Vocales, tam generales pro tota Congregatione, quam particulares pro quolibet Conuentu, vulgo *los Padres del Conſejo:* ij voto renunciare non valent, ob contrariam rationem: Quia ſcilicet hoc ius eis non fuit conceſſum, in vniuſcuiuſque ipſorum fauorem, & in propriam eorumdem vtilitatem, ſed in fauorem, & vtilitatem officij, ac Congregationis, ſeu Cœnobij reſpectiuè. Publicæ enim vtilitati, nemini licet renunciare, *l. Ius publicum*, *ff. de pactis*, *l.*2. *§.ſed quia veremur*, *C. de iureiur. propter cal. & c.ſi diligenti*, el 12. *de foro competenti*, cuius gloſſam vide, verb. *Pacto priuatorum*, plura alia, tam ciuilia, quam Canonica iura recenſentem.

Ex dictis concluditur, domum quamlibet Regularem habentem duas tantum Regulares per- 10.
ſonas,

ſonas, quarum altera Superior ſit, & altera inferior, rigoroſè, & propriè loquendo, Conuentum, ſeu Cœnobium dici debere, & eſſe; expreſsè hoc docet gloſſ. in cap. *Nobis*, ver. *In Conuentuali.* 25. *de iurepatron. Conuentualis* (ait) *dicitur, ex quo duo, vel tres in Collegio ſunt.* Monaſterium vero, ſi hæc vox latè, & impropriè accipiatur. Huius generis ſunt, quamplures noſtræ Congregationis Prioratus.

11. Secundò ſuppono, in præfata Congregatione, ſicut in aliis Regularium Ordinibus, dari Hierarchiam Prælatorum, & Superiorum, Hierarchiæ Prælatorum vniuerſalis Eccleſiæ ſimilem. Confeſſarij enim in Religione, Parocho ſæcularis Eccleſiæ comparatur. Prælatus Conuentualis, ſeu localis, ille ſcilicet, qui toti Conuentui, aut Regulari domui præeſt, Epiſcopo: Archiepiſcopo in aliis Ordinibus, comparatur Prouincialis, & in noſtra Congregatione, Abbas Cœnobij principalis, Filiationes habentis, ſiue Abbatiæ illæ ſint, ſiue Prioratus, aut Grangiæ. Quia huiuſmodi Abbas viſitat illas in temporalibus, & ſpiritualibus, tam in capite, quam in membris, cum omnimoda, & priuatiua iuriſdictione pro vtroque foro, itavt Reuerendiſſimus Generalis, præterquam in appellationis gradu, de nulla huiuſmodi Filiationum cauſa cognoſcat. Conſtitutio enim noſtra ſic ſtatuit cap. 24. cui hoc eſt præfixum lemma: *Iuridicion, y poder del General.* videlicet

12. *Al Reuerendiſſimo General perteneçe el viſitar ordinaria, y extraordinariamente, todos los Monaſterios principales, Pralados, y Monges, y Frayles legos de ellos al tiempo, y de la manera, y con las limitaciones, que por conſtitucion le eſta ordenado.* Ergo in Monaſteriis non principalibus, ſeu in annexis, viſitationem ordinariam, aut extraordinariam non habet, quia *exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis.* Quæ Regula deſumitur ex *cap. Dominus, el 32. quæſt. 7.* & ibi gloſſ. ex *l. Qui libertatis, ff. de euic. &* *num 6. in fine*, ſic ait. *Mas ſi algun Religioſo hauiendo pedido alguna licencia, ſe ſentiere agrauiado de que el Prelado no ſe la quiere dar, podra tener recurſo al Reuerendiſſimo General, el qual le guardara juſticia, oydas las partes.* Et *num.* 12. *Si algun Monje eſtando fuera de ſu Monaſterio, Priorato, o Granja, en que viue, comitiere algun delicto, ſu Reuerendiſſima puede connoçer del tal delito en primera inſtançia.* Ergo ſecus *no eſtando fuera*, iuxta dictam iuris Regulam: *Exceptio firmat regulam*, &c.

13. Reuerendiſſimus denique Generalis, Patriarchis, & Primatibus

bus comparatur. Ita Mag. Fratr. Ioan. Baptiſta de Lezana *in ſumma qq. Regularium, part. 2. cap.* 13. *num.* 8. Emanuel Roderiq. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 12. *art.* 5. Hieron. Roder. *in eius compend. reſol.* 68. *num.* 7.

14. Tertiò ſuppono in eadem noſtra Congregatione, tria dari Priorum genera. Alij ſunt Priores Conuentuales; alij Clauſtrales; & alij dicuntur Priores ſecundi, qui verè Vicarij Priorum Clauſtralium ſunt, ad iſtorum abſentias ſupplendas, inſtituti. Prior Conuentualis eſt, qui toti Conuentui, aut domui Regulari præeſt, in qua Abbas, aut alius Superior reſidentiam cõtinuam non habet. Huius generis, ſæculis iam elapſis fuerunt, Prælati inſignium Cœnobiorum Sancti Benedicti Valliſoletani, Sancti Vincentij Salmanticenſis, Sanctæ Mariæ Najerenſis, & aliorum, quorum primus, totius Congregationis caput olim fuit: Secundus vero, & tertius, antiquo etiam tempore, Congregationis Cluniacenſis, Capitulares extiterunt, quos Hugo Quintus, decimus ſeptimus Cluniacenſis Abbas, Conuentuales Priores intitulauit, in ſtatuto, cui titulus eſt: *Quomodo veniant Priores ad Capitulum.* Ibi enim ait, vti in Bibliotheca Cluniacenſi, columna 1479. inueni: *Priores Conuentuales ad Capitulum venientes*, &c. Huius etiam generis vſque hodie ſunt omnes Priores Prioratuum præfatæ Hiſpanæ Congregationis, Cœnobiis principalibus annexorum, v. g. Prior Sancti Toribij de Liebana, Filiationis Sancti Saluatoris de Onnia, Prior S. Michaëlis de Pedroſo, ad Sanctum Æmilianum de Cuculla pertinentis: Prior S Georgij de Azuelu, Sanctæ Mariæ Najerenſis annexi: & ego omnium minimus, antiquiſſimi, & Regij Monaſterij Sanctæ Mariæ de Hyarte, & Abbatialis quidem, tempore Sanctij Maioris, Regis Nauarræ, Aragonum, &c. licet indignus Prior, Hyrachẽſi Cœnobio ſubiectus.

De quibus, & ſimilibus, citra 15.
dubium loquitur Conſtitutio noſtra cap. 24. citato, dum num. 1. dicit. *Mas por que la juriſdicion de los Abbades, y ſuperiores ſupremos decada Monaſterio, es juridicion de Ordinario Canonico de ſu Monaſterio, para quitar diferencias de juriſdictiones entre los Superiores de los Monaſterios, y el Reuerendiſſimo General, conformandonos con los decretos del ſanto Concilio de Trento, y con la voluntad de la Congregacion, muchas vezes declarada por conſtituciones hechas ſobre eſte articulo, interpretamos, y declaramos, ordenamos, y diſponemos, que la juridicion del Reuerendiſſimo General, y las de los Abbades particulares, ſean las*

que

que conforme a derecho, tiennen los Ordinarios Prelados ſobre ſus ſubditos de la manera, y en la forma, y con las limitaciones, que en eſta preſente Conſtituçion ira ordenado, y declarado.

16. Et quamuis in vltimis fere verbis, non fiat mentio aliorum Superiorum, quam Reuerendiſſimi Generalis, & Abbatum; indubitatum eſt in iure, illa etiam comprehendere quoſlibet alios Superiores ſupremos cuiuſlibet Monaſterij, tam principalis, quam annexi, ſaltim illius, quod Abbatiale iam fuerit. Primò, quia quibus conueniunt verba legis, conuenit ipſa lex. Vidal tit. *de Cenſuris, num.*30, *ex l.*4. §. *Toties, ff. de don.* Secundò, quia ex præfatione conſtitutionis, aut legis, hauriri debet vera illius intelligentia, cum ibi cauſa finalis illius contineatur, vt optimè ad rem præſentem doctus Lezana docet *tom.* 4. verbo: *Leges Regularium, num.*36. *&* 37. ex *l.*17. *ff. de legibus, l. Scire, §. Aliud, ff. de excuſat.* ex *cap. Humanæ aures*, 22. *quæſt.*5. *cap. fin. de Regul. iuris in* 6. & ex aliis iuribus, *& tom.* 5. *in Mare Magnum Carmelitanum, num.*40. *ex l. fin. ff. de hæred. inſtit. l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verbor. obligat. l. Item quia, §. Si, ff. de Pactis*, & ex Miranda, Granado, Barth. Baldo, & Panormitano, Caſtro Palaus *p.*1. *tract.*3. *diſp.*5. *punct.*3. §.3. *num.*10. ex Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa, limit.*1. *n.*65. Burgos de Paz *conſ.* 32. *num.*6. Mol. *lib.*1. *de Priuileg. cap.*5. *n.*3. 4.5. *& cap.*12. *num.*28. Gutier. 3. *pract. quæſt.*17. *num.*90. *&* 91. Salas *diſp.*21. *ſect.*3. verſ. *Tertia Regula.* Suar *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 11. Sanch. *lib.*2. *diſp.*37. *num.*3. *in medio.* Roderiq. *tom.*1. *qq. Regul. q.*11. *art.*6. verſ. 1. *Regula*, & conſtare ait ex *l. Regula*, circa finem, *ff. de iuris, & facti ignor.* & *l. fin. ff. de Teſtamentaria tutela.* Barth. & alij ibi, idem docet, vbi ſic fatur. *Materia autem legis, & præcepti, & conſequenter intentio legiſlatoris, ex nullo alio ita efficaciter colligi poteſt quam ex proœmio, & initio legis: ſæpe enim ibi apponitur finis & cauſa, ob quam lex fertur.* Hæc Palaus: *Sa*, ver. *lex, num.*1. Cum igitur cauſa finalis legis, mens, ratio, & intentio legiſlatoris, (quæ eſt veluti ſpiritus, & anima legis, & ita ab ipſa maximè, legis obligatio deſumi debet:) vt ex dictis iuribus, & Doctoribus probatur, ex legis præfatione hauriantur, & verba illa conſtitutionis noſtræ: *Mas porque la juridicion de los Abbades, y Superiores ſupremos*, &c. Proœmium ſunt, & præfatio iſtarum: *Interpretamos, declaramos, ordenamos, y diſponemos, que la juridicion del Reuerendiſſimo General, y las de los Abbades particulares, ſean*, &c. Neceſſariò ergo dici debet, in his vltimis, & in earum

diſpoſitione, comprehēdi etiam Superiores ſupremos cuiuſlibet Monaſterij, ſicuti continentur Abbates, quos omnes æque dicta comprehendit præfatiūcula.

17. Confirmatur, quia vti docet Vidal, *titulo de duello, inquiſitione* 5. *n.* 29. in lege, magis attendenda ſunt ea, quæ comprehenduntur ex mente, quam ea, quæ comprehenduntur ex verbis; vnde à verbis recedemus, quando de mente diſponentis apparet, *l. Non aliter cum. ff. de l.* 3. Cum igitur in præfata Conſtitutione, intentio fuerit noſtræ Congregationis, impedire competentias iuriſdictionum, inter Reuerendiſſimum Generalem, ex vna parte, & Abbates particulares, & *Superiores ſupremos* cuiuſlibet Monaſterij ex altera, hos omnes comprehendet illius diſpoſitio, quamuis eius verba ſolum Reuerendiſſimum Generalem, & Abbates exprimant.

18. Secundò confirmatur, quia in lege plus attenditur finis, & ratio legis, quam ipſa lex, & ceſſante fine, & ratione legis, ceſſat & ipſa lex, ſic definiente Concilio generali Lateranenſi, ſub Innocentio III. *c.* 36. ibi. *Cum ceſſante cauſa, ceſſet effectus.* Et habetur *cap. Cum ceſſante*, el 60. *de Appellationibus*, vbi gloſſa *in ſumma*, ſic: *Quia ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus*. & à fine denominatur res, *l. Si quis. à multis, ff. de non alien. C. de iud.* Ergo cum æque finis, & ratio Conſtitutionis dictæ, Superioribus ſupremis cuiuſlibet Monaſterij, etiam annexi, ac Abbatibus aſſiſtat, diſpoſitio illius æque Superiores huiuſmodi, ac Abbates debet comprehendere; quia vbi eadem eſt ratio iuris, eadem eſt & iuris diſpoſitio, *l. ideoque, ff. de legibus*; *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. ſignif.* Sa v. *lex*, *num.* 9. qui bene addit: *Quod intellige cum lex ratione vtitur, ſecus enim eſt ſi ſola voluntate legiſlatoris.* Qui *num.* 24. ſic etiam ait. *Standum eſt legis menti apertæ etiam contra verba: intelligitur autem mens legis ex ratione expreſſa.* Fauet can. *Marcion.* el 164. 1. *quæſt.* 1. ibi. *Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla; non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis*: Sic ibi ex Hier. *ad Galatas cap.* 1.

Vlterius firmatur doctrina 19. circa intelligentiam Conſtitutionis tradita, ex Sacræ Rotæ deciſione, in *Pampilonenſe Parochialis de ſtella, Vener.* 8. *Nouembris, de anno* 1602. coram Coccino Decano, quæ inter eius impreſſas, la 81. reperitur, fol. mihi 167. cuius hæc ſunt, ſub *n.* 7. verba. *Clarum ſiquidem eſt, quod præcedentia declarent ſequentia, l. ſi ſeruus plurium, §. fin. l. Qui filiabus, in princ. de legat.* 1. *& præcedentia*

cedentia magis influunt ad declarationem ſequentium, quam è contra, l. Quiſquis, & ibi Barth. de legat. 3. Iaſ. in l. 1. num. 5. C. de lib. præter. Pariſ. conſil. 43. n. 52. lib. 3. Hæc Rota, ex qua bene fit, diſpoſitionem Conſtitutionis præfatæ ibi: *Interpretamos, declaramos, ordenamos, y diſponemos*, &c. Declarandam eſſe per præcedentia verba, videlicet: *Mas por que la juridicion de los Abbades, y Superiores ſupremos*, &c. Ac per conſequens in eadem diſpoſitione comprehendi non ſolum Abbates, ſed Superiores omnes ſupremos cuiuſlibet Monaſterij, tam annexi, quam principalis.

20. Vltimò probatur, præfatæ conſtitutionis diſpoſitionem, omnes, & ſingulos Superiores ſupremos cuiuſlibet Regularis domus afficere; quia huiuſmodi conſtitutio, interpretatur alias, circa eundem articulum, à Congregatione ſæpe ſæpius emanatas, Conſtitutiones, *conformando ſe*, vt ipſa inquit, *con los decretos del ſancto Concilio de Trento.* Sed hoc ſacrum Concil. ſeſſ. 24. in decreto reformationis, c. 20. *Cauſæ omnes*, ſic decernit. *Cauſæ omnes, ad forum, Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omnino ſaltem infra biennium à die motæ litis terminentur.* Ergo cum Superiores ſupremi quorumlibet locorum, etiam annexorum, Ordinarij ſint illorum Superiores, coram eis, in prima inſtantia, cauſæ agitari debent, ex decreto S. Concilij, ac per conſequens ex Conſtitutione noſtra præfata, quia & iſti, ſicut & Abbates, à iure habent iuriſdictionem, in ſubditos, ordinariam quidem.

Notanter dixi, *num.* 16. in principio: *Saltem illius, quod Abbatiale iam fuerit.* Quia de Superiore illius ſupremo, dici debet, in citata Conſtitutione comprehendi, cum Abbatibus particularibus, non ſolum ob fundamenta, modo, per quinque præcedentes numeros adducta, ſed ex eo quod omne ius, & iuriſdictio olim competens Abbati locali dicti Monaſterij, competit cuilibet Superiori ſupremo illius, quocúmque nomine cenſeatur, ac decoretur. Patet ex dicendis infra *num. 99.* de Præſidentibus Monaſteriorum, in abſentia, aut defectu Abbatum, quia ſi Vicario Abbatis, Superioris immediati Domus Regularis id competit, pro tempore abſentiæ, aut defectus illius, id à fortiori ſpectabit ad eum qui ratione officij Prioris, adminiſtrationem ſuſcepit Domus, in locum Abbatis ſubrogatus: non vti Vicarius Prælati Conuentualis, ſeu localis abſentis, ſed tanquam principalis Prælatus.

21. Clauſtralis Prior eſt, qui poſt Abbatem, aut Priorem Conuentualem Cœnobij caput, & Prælatum, ad regimen Conuentus inſtitui conſueuit: qui etiam Præpoſitus appellari ſolet. Huius officium eſt adminiſtratio, cum iuriſdictione tantum circa ea, quæ ad obſeruantiam regularem ſpectant; non tamen cum iuriſdictione contentioſa: ſoletque etiam appellari Vicarius Abbatis, vt modo inſinuaui: & reipſa Vicarius eſt Abbatis Prior Clauſtralis

22. Sed pro dictis de Prioribus Conuentualibus, & Clauſtralibus, audiamus noſtrum Abbatum Aſcan. Tamburinum, de iure Abbatum, tom.3. diſput.2. quæſtiunc.4 *Ordinarius* (inquit) *Abbatis Vicarius, eiúſque vices gerens, eſt Præpoſitus, ſiue Prior Clauſtralis, qui in aliquibus Congregationibus à proprio Abbate; in nonnullis vero, à Capitulo, & Superioribus eligitur, vt dictum eſt: nihilominus, cum præter illius voluntatem nihil agere debeat, ex cap.65. Regulæ cenſendus eſt Abbatis Vicarius, eique in omnibus ſubiectus. Sed non hinc inferendum eſt eum ſemper ab Abbate deputandum, quia cum ipſe habeat iuriſdictionem ordinariam, non cogitur huic potius, quam illi eam delegare, niſi forte alicuius Congregationis Conſtitutiones abſentis Abbatis Vicariam ipſi Priori Clauſtrali ex conſuetudine committant.* Hæc ibi.

23. Diſputatione item nona, *q.3. num.*13. ſic idem Doctor ait. *Prior eſt duplex, alter Conuentualis, alter Clauſtralis. Prior Conuentualis eſt ille, qui Conuentui Monachorum, ſiue aliorum Religioſorum præficitur, nempe in Monaſterijs in quibus non adeſt Abbas. Clement. Ne in agro, §. Cæterum, de ſtatu Monachor. cap. Niſi eſſent, de præbend.* Et *num.* 14. ſequenti, poſtquam dixerat, quod appellatione Prioratus Conuentualis ex propria ſignificatione venit Eccleſia Collegiata Regularis, non autem ſæcularis, ait. *Tamen magis propriè Priores Conuentuales ſunt, vt diximus, qui Conuentui Religioſorum præficiuntur cum bonorum iurium adminiſtratione, & iuriſdictionē in ijs, quæ Regulam concernunt, & ſtatum regularem, ac curam vniuerſalem, tam ſpiritualem, quam temporalem habent Monaſterij, de quibus agit text. in cap. Niſi eſſent, de præbend. & Clem. 1. §. Cæterum, de ſtatu Monachor. cap. Nullam, 18. quæſt.2. vbi Nauar. num. 4. Petrus Gregorius Syntagm. Iuris, lib.18. cap.18. Rebuff. in praxi beneficior. titulo, Regulare beneficium, num. 4. Gonzal. in Regul.8. Cancel. gloſſa 8. num. 113. Corraſ. de Sacerd. part. 4. cap. 3. num.3. Galganet, de iure publ. lib. 3. tit.40. num. 2.*

24. Et *num.* 15. immediatè proſequitur dicens. *Huiuſmodi Prioratus*

tus non ſunt collatiui, ſed electiui, ex Clement. 2. de reſcriptis, vbi Imola in 5. not. & Selua, de benefic. part. 2. quæſt. 27. num. 45. & Rota in Carpenteraten. Prioratus 27. Nouembr. 1610. coram Buratto, inter eius impreſſas, deciſ. 492. Et huiuſmodi Priores Abbatibus comparantur, vt colligitur ex cap. fin. de Regularibus, vbi dicitur Patres, Abbates ſeu Priores.

25. Et ſtatim n. 16. *Hinc eſt, quod Priores Conuentuales, quos in aliquibus Religionibus vocant Præpoſitos, ſeu Guardianos, aut Superiores locales, habent eandem facultatem erga Monachos, & adminiſtrationem Monaſterij, quam habent Abbates, & ijſdem priuilegijs ſpectantibus ad eandem poteſtatem, & adminiſtrationem potiuntur.* Et *num.* 17. ſequenti docet, ex Azorio, Fabric. Maſſobrio, & Moneta, hos Priores Conuentuales, vt iudices delegatos à Sede Apoſtolica dari poſſe, idem docet Pax Iordanus, *tom. 3. lib. 13. tit. 6. num. 13.*

26. Idem Tamburinus loco citato, ſic *num.* 18. ait. *Prior Clauſtralis dicitur, qui Religioſis in Clauſtro, & Monaſterio præfectus eſt, & Abbati ſubijcitur.* Et *num.* 19. ſic. *Priores Clauſtrales poſt Abbatem Monaſterio præficiuntur cum adminiſtratione iuriſdictionis tantum circa ea, quæ ad Clauſtrum, & Regulam Monachalem ſpectant, qui ſolent etiam appellari Vicarij, de quibus agitur, vt diximus in cap. Cum ad Monaſterium, verſ. Prior, & in dicta Clement. 2. de reſcriptis, verbo, Prioratus, & Rebuffus loco citato, num. 5. Petrus Gregor. loco citato cap. 10. num. 26. Selua de Benefic. p. 1. quæſt. 2. n. 41. Gonzal. loco citato, gloſſa 8. n. 118. Ideo Rota in dicta Carpenteraten. Prioratus, cenſuit Prioratum de quo agebatur, non eſſe Clauſtralem: quia nullam habebat ſubiectionem, aut obedientiam.* Et infra, ex Federico de Senis, *conſil. 35. num. 2.* & ex Cardin. Tuſcho *Practic. concluſ. tom. 6. litt. P. concluſ. 710. num. 2.* docet, *quod Priores Clauſtrales non poſſunt eſſe Procuratores, executores, Iudices, neque agere, neque defendere: Vnde nullam habent dignitatem, ac proinde eis delegatio fieri non poteſt, vt reſoluit Grillezon, conſil. 50. n. 112. Maſſobrius, de Synodo Diœceſana, cap. 4. dub. 13. num. 40. Sanchez in præcept. Decalogi, tom. 2. lib 6. c. 13. num. 75.* Hæc Doctiſſimus Tamburinus noſter, cui addo gloſſam in cap. *Cum olim*, verbo, *& F. Monacho, el 14. de Priuilegijs*, & Pacem Iordanum, loco *n. 25.* citato.

Carolus Malletus, *tom. 1. de Sacramentis, Malleatione 45. Bractea 8.* ſic etiam, circa rem præſentem, nouiſſimè fatur. *Priores* (inquit) *Regulares, ſunt in duplici differentia, alij ſunt Conuentuales, qui Collegium, vel Conuentum ha-* 27.

 bent,

bent, cap. Scriptum, de electione, licet magis propriè Priores Conuentuales dicantur, qui Conuentui Religioſorum præficiuntur cum adminiſtratione bonorum, iurium, & iuriſdictionis in his, quæ ad Regulam concernunt, qui Prioratus non ſunt collatiui, ſed electiui. Clem. 2. de reſcriptis. Et Prioratum Conuentualem eſſe dignitatem, ſiue dignitatis nomen ſumatur pro officio Conſeruatoris, aut iudicis delegati Apoſtolici, ſiue pro beneficio Eccleſiaſtico, cap. Niſi eſſent, de Præbendis, & Clementina 2. de reſcriptis. Clauſtrales Priores ſunt, qui poſt Abbatem, ſeu Priorem Principalem eidem Conuentui intra Clauſtrum præficiuntur cum adminiſtratione iuriſdictionis tantum circa ea, quæ ad Clauſtrum, & Regulam Monachalem ſpectant. Qui Prior non eſt dignitas, ſicut eſt Prior Conuentualis. Ratio diuerſitatis eſt, quia Prior Conuentualis toti Conuentui, ſiue Collegio Monachorum præeſt; at Prior Clauſtralis non ita, quia non eſt niſi in Monaſterio, cui præeſt Abbas. Et ita ipſe eſt ſub Abbate, à quo conſtituitur vt Clauſtri in Monaſterio curam habeat iuxta Regulam, & Monaſticam diſciplinam. Hæc noſter Mallectus Ciſtercienſis, cuius opera lucem videre meruerunt, anno 1653.

28. Audiamus etiam, de vtroque Priore differentem, doctum Lezanam, *part. 2. qq. ſuarum c. 13. n. 41.* in editione 5. *fol. mihi 226.* in hæc verba prorumpentem. *Nota autem*, (inquit) *quod cum Priores ſint in duplici differentia, alij, qui vocantur Conuentuales, alij, qui ſolum dicantur Clauſtrales. Ex quibus Priores Conuentuales ſunt, qui Conuentibus, vel Monaſterijs vti veri Prælati præficiuntur. Clauſtrales vero illi, qui poſt Prælatos Monaſteriorum in illis inſtitui ſolent ad adminiſtrationem, & regimen Conuentuum.* Sic ille, qui pro dictis citat Clementinam. *Ne in agro Dominico*, cap. *Cum ad Monaſterium*, Canon. *Nullam*, Nauarrum, Gonzalez, & Tamburinum, *locis citatis*, & concludit. *Ideo prædicti Priores Clauſtrales idem videntur eſſe, ac Suppriores, ſeu Vicarij Conuentuum habentes ſupra ſe in eiſdem Conuentibus alios Superiores, de quibus diximus.*

De Priori Clauſtrali, ſimul ac 29
de Conuentuali, & de eorumdem poteſtate, & iuriſdictione, ſuppreſſis tamen eorum nominibus, egit doctiſſimus Franciſcus Suarez, Religioſiſſimæ Societatis IESV decus, & honor, dum *tom 2. de Religione, lib. 6. c. 7. num. item 7.* agens de his, qui in Religionibus valent vota Religioſorum irritare, diſertè, vti ſolet, materiam, & difficultatem reſoluit, ſic. *Dico quinto. Quilibet Ordinarius Prælatus Religionis, à proximo, vſque ad ſupremum, habet*

hanc

hanc poteſtatem irritandi vota Religioſorum cum aliqua ſubordinatione inter ſe. Probatur primò generaliter, quia votum obedientiæ ad hos omnes extenditur. Vnde omnes acquirunt ius, & poteſtatem in voluntatem Religioſi ad dirigendam, & moderandam illam in ſpiritualibus: & ideo omnes participant poteſtatem irritandi ſubditorum vota: Quia vero multitudo ſine ordine pareret confuſionem, neceſſe eſt, vt inter habentes hanc poteſtatem ſit ſubordinatio, & dependentia: nam ſuperior poteſtas ſemper maior eſt, & poteſt inferiorem cohibere, vt per ſe patet. Igitur habent hanc poteſtatem in primis Abbates, Priores, Guardiani, Rectores, & ſimiles, qui in vnoquoque Conuentu Prælati ſunt. Hi enim iuriſdictionem ſpiritualem habent, & præcipere poſſunt in virtute obedientiæ, & ideo ex vi ſui muneris hanc participant poteſtatem. At vero ſi quos habent ſub ſe coadiutores regiminis, vt Vicarios, vel Miniſtros, illi non habent hanc poteſtatem ordinariam, ſicut nec ſpiritualem iuriſdictionem habent, niſi delegatam accipiant, vel quando in abſentia Prælati, vicem illius gerunt cum tota iuriſdictione, iuxta vniuſcuiuſque Religionis conſuetudinem. Deinde continentur ſub his Prælatis omnes Superiores habentes vniuerſaliorem poteſtatem, vt Prouinciales, & Generales, & ſi qui ſunt intermedij. Nam hi omnes ſunt Ordinarij Paſtores, & vniuerſaliorem habent poteſtatem, quæ principaliter in Generali reſidet, deinde alijs cum proportione communicatur, & ideo de his nulla eſt dubitatio.

Hucuſque Doctor ille, cuius 30.
verba fideliter, & integrè, lubens exſcribere duxi, quia fœcundiſſima ad illuſtrandam doctrinam, à nobis traditam, & vlterius, in præſenti diſquiſitione, tradendam. In primis enim confirmant, & firmant Hierarchiam Prælatorum, & Superiorum Religionum. *Firmant*, quidem, (conſultò dixi:) quia firmiſſimum huiuſmodi Hierarchiæ fundamentum iaciunt, ibi. *Quia vero multitudo ſine ordine* (Hierarchico ſcilicet) *pareret confuſionem.* Secundò, ſupponunt, in vnaquaque Regulari domo, in qua plures degant, vnum neceſſariò eſſe, cui reliqui ſubiecti, & ſubordinati maneant. Ex eodem vtique ſolidiſſimo, & euerſibili fundamento: *Quia multitudo ſine ordine, pareret confuſionem.* Vnde addit: *in vnoquoque Conuentu Prælati ſunt.* Tertiò, ex ipſo infert fundamento, hos, & omnes alios ſuperiores Prælatos, ius, & poteſtatem in voluntatem Religioſi ad illam dirigendam, & gubernandam in ſpiritualibus habere, aſſerit, ibi. *Vnde omnes acquirunt ius*, &c. Quartò, poteſtatem non

ſolum

ſolum directiuam habere Prælatos, ſed & coërcitiuam, ſatis apertè demonſtrat, cum dicit: *Nam ſuperior poteſtas ſemper maior eſt, & poteſt inferiorem cohibere.* Ergo à fortiori, quælibet poteſtas, etiam ſi inferior illa ſit, ſubditos, nulla poteſtate pollentes, poterit cohibere: coërcitiua vtique vi. Quintò, docet hanc poteſtatem habere, non ſolùm Abbates, Priores, Guardiani, Rectores, ſed *& ſimiles*: qui autem ſint iis ſimiles, explicat dum dicit: *Qui in vnoquoque Conuentu Prælati ſunt.* Quaſi diceret. Quicumque immediatè domui præeſt Regulari, quocumque nomine decoretur, dictam poteſtatem, *& iuriſdictionem ſpiritualem habent, & præcipere poſſunt in virtute obedientiæ.* Vbi Priores omnes Conuentuales, tam Conuentuum principalium, quam annexorum includere, imo & Præpoſitos Grangiarum; vel ibi: *Priores*, vel ſaltem dum dicit: *Et ſimiles*; nemini negari fas eſſe exiſtimo. Priorem tandem includunt Clauſtralem, ſicuti & quemlibet alium Vicarium, ibi: *Si quos habent ſub ſe coadiutores regiminis:* vt ex ſupra dictis, & per ſe patet. Et de illo docet, non habere poteſtatem ordinariam, neque ſpiritualem iuriſdictionem, niſi delegatam illam accipiat, aut ſit in abſentia Prælati Præſidens cum omnimoda iuriſdictione illius, ſi id conſuetudo ſuæ Religionis ferat.

31. Dictis, de Priore Clauſtrali, conſonat Paulus Layman, *in concluſionibus Canonicis, de iuriſdictione ordinar. cap. 6. concluſione* 130. vbi ſic ait. *Qui officia, ſeu adminiſtrationes ſub Prælato gerunt, vt Prior Clauſtralis*, &c. *propriè dictam iuriſdictionem non obtinent. Suar. de Religione lib.* 10. *cap.* 11. *num.* 19. *Neque poteſtatem præcipiendi aliquid in virtute Sanctæ obedientiæ; niſi alicuius Ordinis, vel Monaſterij conſuetudo, aut ſtatutum, aliud exigat. Interim negari non debet, quin dictæ perſonæ iuxta facultatem ſibi commiſſam, vim aliquam gubernandi habeant, ita vt obediri ipſis, etiam in conſcientia debeat; ſicuti & ludimagiſtro in ſchola, Patrifamilias in domo.* Hæc præfatus Doctor, qui addit, idem ſentiendum, ſi plures ſimul ad ſtudia, verbi gratia, mittantur, & vnus eorum aliis præficiatur. Quod vtique in noſtra obſeruatur Congregatione, quando plures, ad Ordines recipiendos, mittuntur Monachi.

32. Ex dictis fit, quod licet Prior Clauſtralis Vicarius ſit Abbatis, (ſic enim appellatur à Tamburino ex aliis, ſupra *num.* 26. & ab Hieronymo Garcia, *in Politica Eccleſiaſtica, & Regulari, tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 1. *dub.* 1. *num.* 12. dicente: *Y ſe ſabe que los Priores de*

de las Ordenes de San Benito, y San Bernardo, (loquitur de his, quibus Abbates ſub eodem tecto præſunt) *ſon Vicarios de los Abbades*,) nullam poteſtatem, aut iuriſdictionem ſpiritualem, poſſe ratione officij Prioris præcisè exercere, ac per conſequens ordinariam.

33. Pro iis,quæ ſupra, *num.* 25. adduxi,ex Tamburino *tom.3. diſp.9. quæſt. 3. num.* 16. *& num.*27. ex Carolo Malleto,ex Lezana *n.*28. *& num.* 30. ex Patre Suarez, faciunt duodecima petitio facta per Congregationem noſtram ad Eugenium Papam IV. & eius conceſſio, & declaratio, in Priuilegio 48. noſtri Bullarij contentæ. Petitio ſic ſe habet. *Item quod quilibet Prior, ſiue Superior Monaſteriorum huiuſmodi, poſſit exercere, moderari, diſpenſare, cucullam, & habitum benedicere, profeſſionem à Religioſis*, &c. *recipere, in omnibus etiam, & per omnia facere, & diſponere in quibus Abbas ſecundum Regulam facere, diſponere*, &c. *poteſt.* Conceſſio autem, & declaratio, talis eſt. *Conceditur, & ſic eſt tenendum, quod circa prædicta, ſic poſſit Prior Conuentualis, aut alius Superior principalis, ſicut poteſt Abbas, quia quo ad regimen Monachorum & Regulæ directionem, non eſt vis in nomine, dum tamen ille ſit principalis Rector Monaſterij.* Hæc ibi.

34. Et quamuis huiuſmodi priuilegium fuerit viuæ vocis oraculo conceſſum, (ſcriptum tamen, & ſubſcriptum per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem,) & huiuſmodi oracula videantur reuocata per Gregorium XV. in Conſtitutione 27. *Romanus Pontifex*,& per Vrbanum VIII.Conſtitutione 18. alias 28. *Alius fœlicis*, (quamuis Gregorius exceperit, per Cardinales firmata:) nobis non obſtat: tum,quia priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, deſinunt eſſe oracula, aduenienre priuilegio Bullato, aut etiam in forma Breuis, in quo confirmentur; quod verum eſt, non ſolum quando in ſpecie,nominatim, & expreſsè referuntur in Bulla, aut Breui confirmatorio,ſed etiam quando in genere, & in communi,ſub nomine viuæ vocis oraculi innouantur, vt bene docet Lezana, *part.4. verbo, Oracula viua vocis,n.7.* cum Peirinis, *tom 3. Priuilegiorum Minimorum, cap.12. in additam.ad dictam Vrbani Conſtitutionem,num.*1. Prædictum autem Eugenij oraculum confirmatum,& innouatum fuiſſe per priuilegia Bullata, indubitatum omnino eſt, non quia idem Eugenius confirmauit, anno 1446. in priuilegio 41. Bullarij noſtri,à ſe ipſo,& ab aliis Pontificibus conceſſa:quod & fecerunt Sixtus IV. priuileg. 61. anno 1476. Paulus III. priuileg.86. anno 1535.& Pius V.priuileg.94.

anno 1567. cum neque in ſpecie, neque in genere quidem, vllam oraculorum ibi mentionem fecerint, quod neceſſarium erat ad eorum innouationem; ſed quia Innocentius Papa VIII. in Conſtitutione Bullata, quæ incipit, *Inter curas*, quarto decimo Kalendas Aprilis, Anni Incarnationis Dominicæ milleſimi, Quadringenteſimi, Octuageſimi noni, *auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia*, confirmauit, & approbauit *omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta per Sedem Apoſtolicam, & eius legatos, etiam viua vocis oraculo hactenus conceſſa, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur*, &c Hæc Bonifacius, in fauorem Congregationis S. Benedicti Hiſpaniæ, (tunc Valliſoletana nuncupabatur) priuilegio 65. In cuius etiam fauorem Clemens PP. Octauus ampliſſimam confirmationem conceſſit 24. Maij, de anno 1594. in priuilegio 124. Bullarij noſtri authentici, in quo ſic fatur. *Nos tenores huiuſmodi priuilegiorum, & indultorum, perinde, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, pro expreſſis, & incertis, habentes, ac ſupplicationibus dilectorum filiorum Generalis, & aliorum Abbatum, Diffinitorum, Viſitatorum, Priorum, aliorumque Superiorum, & Monachorum ipſius Congregationis, hac in parte inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, donationes, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, gratias, & indulta eidem Congregationi, eiuſque Generali, & alijs Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Prioribus, Monachis, Monialibus, alijſque perſonis, necnon ſingulis Eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, Domibus*, &c. *quomodolibet conceſſa, communicata, extenſa, confirmata, approbata, & innouata, authoritate Apoſtolica tenore præſentium (quatenus ſit in vſu, & Decretis 6. Conc. Trid. non aduerſentur) perpetuo approbamus, & confirmamus*, &c.

Tum etiam, quia præfatum oraculum Eugenij IV. & omnia alia noſtræ Religioni conceſſa, ante prædictum Pium V. ab ipſo Pio piè fuerunt confirmata, & innouata in Conſtitutione, *Etſi Mendicantium Ordines* la 41. apud Cherubini Bullarium, *tom.2.* §.5. *Ac inſuper*, ibi: *etiam viua vocis oraculo, in genere, vel in ſpecie, tam per recolendæ memoriæ Eugenium Quartum*, &c. 35.

Nec obſtat, in præfata Conſtitutione, nullam mentionem noſtræ Congregationis fieri, nec vllius quidem Ordinis Monachalis, ſed ſolum Mendicantium Ordinum; quia illa fuit ab eodem Pio V. ad Congregationes Montis Olíueti, Vallis Vmbroſæ, ad Ciſtercienſem, ad Carthuſienſ. nec non S. Hieronymi Hiſpaniarum, 36.

ſpaniarum, ad Camaldulenſes, & ad Congregationem Caſſinenſem extenſa decimo ſeptimo Kalendas Septembris, de anno 1567. in Bulla, *Ex ſuperna diſpoſitionis*, immediatè ſequenti. Priuilegiis autem Congregationis Caſſinenſis, gaudet, & vtitur noſtra Hiſpana Congregatio, vigore Conſtitutionis Iulij Papæ Secundi, *Ad ſacram Petri Sedem*, la 1. Bullarij noſtri, ſub die 18. Kalend. Iulij anni 1505. Ergò innouatum eſt prædictum Eugenij IV. oraculum, & manet iam Bullatum, in ſuo robore, & minime reuocatum per Gregorium, Vrbanum, aut alium denique Pontificem. Quod & pro aliis oraculis etiam adnotare duxi; ſi tamen conceſſa ante dictas Pij V. Conſtitutiones reperiantur. Quocirca Lezana, *loco citato*, docet cum Peirinis, *vbi ſupra*, viuæ vocis oracula conceſſa Religionibus Mendicantibus ante Pium præfatum, non reuocari per dictas Conſtitutiones Gregorij, & Vrbani.

37. Ex quibus fit poſſe Prælatos noſtræ Congregationis vti, ſicut vtuntur, facultate ipſis per Paulum III. viuæ vocis oraculo factam decimo quarto die menſis Aprilis, de anno 1544. qua conceditur, *Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, & alijs Prælatis dictæ Congregationis, eorúmque Vicarijs, & loca tenentibus facultas annis ſingulis prima die Lunæ Quadrageſimæ, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas religioſas, ac Donatos, & Eremitas præfatæ Congregationis, & ſub eorum cura exiſtentes, ab omnibus eorum peccatis, ac cenſuris, & pœnis propterea incurſis, etiam in caſibus quantumcunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluendi, in foro conſcientiæ tantum.* Et idem dicendum eſt, de omnibus aliis oraculis, quæ annum 1567. præceſſerunt, &, alio ex capite, reuocata non maneãt.

Et quamuis omnia dicta deficerent, nobis non obſtarent dictæ Conſtitutiones oraculorum reuocatoriæ; quia petitio Congregationis ad Eugenium facta, non contineretur in eis: imo neque Eugenij oraculum, prout explicat, & declarat poteſtatem Priorum Conuentualium, & aliorum Superiorum principalium, vt innuit Lezana, *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. ex Peirinis, *tom.* 2. *Priuileg. Minimorum*, Conſtitutione 8. Pauli V. *num.* 1. *& part.* 4. verbo, *Oracula viuæ vocis, num* 5. ex Nouario *in Lucerna Regularium*, verb. *Priuilegia, num. item* 5. & ex Bordono, *reſol.* 31. *quæſt.* 1. *num.* 7. 38.

Ex dictis, *à num.* 14. primum collige diſcrimen inter Priorem Clauſtralem, & Conuentualem: quod Conuentualis, per electionem, ad præfecturam, aſſumitur, vti probauit Tamburinus 39.

 noſter,

noſter, ſupra *num* 24. relatus, & habetur in Conſtitutione noſtræ Congregationis, cap. 57. *de los Prioratos*, num. 1. ibi, *Ordenamos primeramente, que los Abbades de Filiaciones, Priores de Prioratos, y Superiores de las Granjas ſe elijan por el Abbad, y Monjes del Conſejo de los Monaſterios, cuyos annexos ſon, guardando la coſtumbre, que cada caſa tiene de vſo, en la forma de elegir.* Prior autem Clauſtralis, non per electionem, ſed per meram Abbatis voluntatem præficitur, tam ex Sancti Patris noſtri Benedicti præſcripto, *cap.* 65. *Regulæ*, ibi: *Quemcunque elegerit Abbas cum conſilio Fratrum timentium Deum ordinet ſibi Præpoſitum:* quam ex Conſtitutione præfata, *cap.* 33. ita *num.* 1. ſtatuente. *Conformandonos con la buena diſpoſicion de nueſtro glorioſo Padre San Benito, cerca de la elecion del Prior del Monaſterio, para que eſte en todo ſubordinado al Abbad, ordenamos, y mandamos ſe elija el Prior en cada Conuento, de la manera, que en la Regla eſta tan expreſamente diſpueſto. Eſto es, que el Abbad tenga Conſejo con los ançianos del, y oydas las raçones de vnos, y de otros, nombre por Prior a quien juzgare mas conuenir al ſeruicio de nueſtro Señor, y buena adminiſtraçion del oficio.*

40. Et licet Conſtitutio conſilium ſeniorum, ad vtramque exigat aſſumptionem, Prioris ſcilicet Conuentualis annexi Prioratus, & Prioris Clauſtralis Monaſterij principalis, aliter tamen, & aliter: quia ad Conuentualis aſſumptionem, deciſiua Conſiliariorum ſuffragia exigit; ad Clauſtralis autem aſſumptionem ſolum conſultiua. Ex qua diuerſitate fit, quod ille verè, & propriè eligatur; ſecus vero iſte. Rurſus; quod ille, in rigore iuris, perpetuus ſit, & deſtitui non poſſit ſine graui cauſa iuridicè cognita, & probata. Patet ex c. Monachi, §. *Priores autem*, & ibi gloſſ. *in ſum.* & verbo, *non mutentur*, el 2. *de ſtatu Monachorum*, & docet etiam gloſſ. *in cap. Cum ad Monaſterium*, §. *Tales*, verbo, *Perpetuo*, el 6. *eod. tit.* Et nota, quod caput, *Monachi*, eſt Concilij Lateranenſis Decretum. Quod ſit præfatus Prior perpetuus, ex iure, docent etiam Hieronymus Garcia, *in Politica, tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 8. *dub.* 1. *punct.* 2. *num.* 9. ex Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 20. *art.* 2. Nauar. *commentar.* 2. *de Regularibus, num* 65. Azor. *part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 2. Antonin. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 117. *fol.* 60. Tamburinus noſter, *de iure Abbatum, tom.* 3. *diſputat.* 9. *quæſt.* 14 *num.* 11. ex Caſſadoro, *deciſ.* 4. *num.* 3. *de Præbendis*, eodem Azorio *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 26. *quæſt.* 15. Cardinali *in Clementina vnica*, §. *Præmiſſa*, *num.* 4. *de ſupplend.*

plend. neglig. Prælator. Anaſtaſio Germonio, *de indultis Cardin.* *§. Regularia beneficia*, *num.*51. & ex *cap. Ad fidem*, *de ſtatu Monachorum.* Clauſtralis autem Prior, manualis eſt obedientiarius, & ad nutum Abbatis amouibilis. Patet ex *cap. Cum ad Monaſterium*, *§. Tales*, citat. Idem Tamburinus, *loco proximè citato*, *num.* 1. Quod autem de vtroque Priore, circa perpetuitatem, & amobilitatem, dictum eſt, expreſsè reperio definitum in *cap. Monachi*, *§. Priores*, & ibi gloſſa, verbo, *Non mutentur*, el 2. *de ſtatu Monachor.*

41. Quod ſi quis forte dicat, Priores Prioratuũ Monaſteriis principalibus annexorum, quicquid de iure communi ſit de iure particulari Religionis, electiuos non eſſe, ſed obedientiarios, & manuales: tum, quia conſtitutio allegata, licet ordinet quod huiuſmodi Priores, & Superiores Grangiarum per Abbatem, & Conſiliarios eligantur, addit tamen limitationem hanc: *Guardando la coſtumbre, que cada caſa tiene de vſo, en la forma de elegir.* Vſus autem obtinuit, vt Abbates omnium Monaſteriorum Prioratus, & Grangias habentium, liberè pro eis Priores, & Superiores aſſumant, nullo vtentes deciſiuo ſuffragio Conſiliariorum, ſed conſultiuo tantum. Ergo Priores, & Superiores præfati in Congregatione noſtra, non electiui, ſed obedientiarij ſunt, & manuales, ſicut & Clauſtrales.

Tum etiam, quia in eadem Conſtitutione ſtatuitur, *quanto a los Monges ſubditos, que han de reſidir en los dichos annexos, todos ayan de ir con parecer de los del Conſejo, votando por hauas, precediendo juramento de que el tal Monge es el que cumple para el annexo donde ſe embia, y concurriendo la mayor parte del Conſejo:* Vbi apertè formam definit electionis ſubditorum cum deciſiuo Conſiliariorum voto, quod, pro electione Superiorum, non exprimit, ſed tacet. Sed ſic eſt, quod in lege, qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet: ex Regula iuris, in cap. *Nonne bene dicimus*, el 5. *de Præſumptionibus*, deſumpto ex noſtro Gregorio Magno, *hom.*18. *in Ioan. cap.*8. *verſ.*48. ibi. *Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, aliud tacendo conſenſit.* Ergo conſtitutio noſtra, excluſit à Conſiliariis ſuffragia deciſiua, pro Priorum annexorum electione. 42.

Pro obiectionis ſolutione, nonnulla præmittenda nobis ſunt. Primum eſt: In legis interpretatione, proprietatem verborum ſeruandam eſſe: & ſecundum illam proprietatem, legem latam eſſe intelligitur. Vt bene Caſtro Palaus *p.*1. *tract.*3. *diſp.*5. *punct.*3. *§.*3. *num.*2. ex Suarez *de leg. lib.*6. 43.

*cap.*1. *num.*7. Salas *diſp.*21. *ſect.*3. *num.*4. Azor. *part.*1. *lib.*5. *cap.*16. *quæſt.* 9. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 15. & ex *l. Non aliter, ff. de legat.* 3. & ex *l. Proſpexit, ff. Qui, & à quibus, & cap.* 2. §. *Sed neque, de Tranſlat. Epiſcopi.* Pellizarius, *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *n.* 331. *& tract.* 6. *cap.* 4 *n.* 9. *in fin.* Lezana *tom.* 4. *verb. Leges Regularium, num.* 32. gloſſ. *in Clementin. Etſi principalis*, verb. *eod.* 2. *de reſcript. ex c. ſi quem, de ſentent. excom. & cap. Si pater, de teſtam. lib.* 6. Et ratio eſt, quia legiſlator debet procurare legem claram, & diſtinctam eſſe, vt firma illa ſit, & cauillationes vitentur, text. in *cap. Abbate*, 11. *de verborum ſignific.* ibi. *Nec lex debet eſſe obſcura, & captioſa*, &c. Ergo in condenda lege vti debet verbis in propria eorum ſignificatione.

4. Quæ ratio adeo efficax eſt, vt etiam ſi legiſlator extra legem, dicat ſe aliter eam intelligere, quam ipſa verba ſonant, non teneamur eius ſtare interpretationi. Quia ex duplici capite teneremur. Vel quia interpretatio illa eſt clara mentis habitæ à legiſlatore cum legem condidit: Vel quia ipſius eſt legiſlatoris. Neutrum dici poteſt. Ergo nec quod teneamur eius interpretationi ſtare. Minor quoad primam partem probatur. Quia huiuſmodi declaratio clara non eſt, ſiquidem in ea ad impropriam recurritur verborum ſignificationem, & ſic non eſt imbibita in lege talis declaratio, cum non ſit præſumendum legiſlatorem improprie fuiſſe loquutum dum legem condidit. Declaratio autem, in lege non imbibita, non valet vnquam obligare, quia extendi non valet lex ad caſum in ea à principio non comprehenſum. Ergo huiuſmodi declaratio, quatenus declaratio mentis legiſlatoris, tempore, quo legem condidit, habitæ, obligare non poteſt.

Quoad ſecundam partem, minor etiam probatur. Quia dum legiſlator ſuam non promulgat declarationem, & per illam intendit obligationem inducere, non procedit vt legiſlator, & Superior, ſed vt Doctor particularis, cuius ſenſum ſequi non tenemur magis quam alterius Doctoris, cum verba legis, in propria eorum ſignificatione ſumpta in contrarium ſint. Ergo non tenemur ſequi ipſius declarationem, pro vt ipſius. Vide Palaum, *vbi ſupra*, & Sà *infra, num.* 52. 45.

Limitationes tamen præfata doctrina patitur. Prima eſt. Quãdo lex intellecta ſecundum proprietatem rigoroſam verborum, ius corrigitur, accipi illa debent, ſecundum ſignificationem non ita propriam, vt vitetur iuris correctio, v. g. ad electionem præſcribit 46.

ſcribit ius eligentium concordiam: ſi maior eorum pars conueniat, cēſentur omnes concorditer conuenire, ne iuri communi derogetur, vti docet Palaus *vbi ſupra num* 4. verſ. *Hæc tamen limitatio*. ex Suar. *de legib. lib.6.cap.*1.*num.* 18. Salas *diſp.* 21. *ſect. 6. num.* 16. Quod abunde conſtare ait, ex *cap. Cum olim, de re iudicata*, in fine, gloſſa & Panorm. ibi; ſed verba textus, illo in capite, id non probant: ait enim Innocentius III. *Mandamus, quatenus ſæpe dictum archidiaconatum* (*plena omnium veſtrum, qui præſentes fuerint in Eccleſia interueniente concordia*) *ordinare curetis*: bene tamen verba gloſſæ, verb. *Præſentes*, ibi. *Quod dicit, omnium veſtrum, vel maioris partis, ſupple, quia quod maior pars, & ſanior facit, valet, & canonicum reputatur.* Quod bene illa probat ex *cap. Quia propter*, el 42. *de electione*, vbi poſtquam ipſe Innocent. III. in Concilio generali Lateranenſi decreuerit, in electione canonica debere *omnes* in electum conſentire, addit vel maiorem & ſaniorem eligentium partem, ſi electio per ſcrutinium celebretur. *Eligatur*, inquit, *in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conſentit.* Quam diſiunctiuam approbat, dum dicit, *is collatione habita eligatur*, id eſt, vti ait gloſſa verbo, *collatione*, fiat collatio *numeri ad numerum, vt ſciatur in quem maior pars conſentit: & zeli ad zelum, & meriti ad meritum*, vt ſcilicet ſciatur, quis dignior ſit, quæ vtiquē collatio, locum habere numquam poſſet, ſi omnes in vnum deberent conuenire, vt per ſe patet. Eadem gloſſa verbo, *Vice omnium*, ait *quod maior pars facit, totum capitulum facere videtur.* Idem probatur *cap. Cum in cunctis*, el 1. *De his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, ibi. *Quocirca præſenti Decreto ſtatuimus, vt niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit, & oſtenſum, appellatione remota præualeat ſemper, & ſuum conſequatur effectum, quod à maiori, & ſaniori parte capituli fuerit conſtitutum.* Probat, inquam, etiam ex hoc capite, quod à maiori parte facta, ab omnibus facta reputentur. Gloſſ. in Reg. *Quod omnes*, infra, num. 65.

Secunda limitatio. Quando ex verbis legis in ſuo rigore, & proprietate intellectis, aliquod abſurdum, vel iniquitas in legiſlatore ſequeretur, intelligenda eſt lex in ſenſu non ita proprio verborum. Quia lex rationabilis, & iuſta eſſe debet: & ſic ex ea abſurdum, & iniquitas ſequi ex legiſlatoris mente non eſt præſumendum. Palaus *num.* 5. ex *l. Nulla iuris ratio, ff. de legibus*, & *l.* 18. & 19. *eodem tit.* Pellizarius *part, ſeu tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 180. 46.

*num.*180. Sà verbo,*lex,num.*1. Salas, & Suarez citatis, Lezana *tom.*4.verb.*Leges Regular.num.*32. Barboſa *Axiom.*130.*n.*3.

48. Tertia limitatio. Si ex proprietate verborum lex redderetur inutilis, ad impropriam ſignificationem debet recurri. Pellizar. *loco citato,n.*331. *& tract.6.cap.6. num.*16.cum Couar.*variar.cap.*3. *num.*9. Palaus *n.*5. ex eod.Couar. Felino, *in cap. Tranſlato, de Conſtitut.num.*14 Suarez *lib.6. cap.*2. *num.*7. Maſcardo, *de Probationib. concluſ.*596. *num.* 2. Sarmiento, *lib.* 1. *ſelect.cap.* 12. *num.*7. & ex Tiraquello *in l.connubial.gloſſa* 5. *num.*115. Sà verbo, *lex,num.*1. Lezana *tom.*4.ver.*Leges Regularium, num.* 10. hæc limitatio probatur ex *cap. Si ciuitas*, 17. *de ſentent. excommunic. lib.6.* vbi Bonifacius Papa VIII. decreuit, *Si ciuitas, Caſtrum, aut villa ſubijciantur Eccleſiaſtico interdicto, illorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo intelligi volumus* (inquit) *interdicta.* Et rationem ſuæ voluntatis, & legis, ſtatim hanc reddit. *Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu ne vilipendi valeat ſententia interdicti, (quod fieret ſi poſſet in ipſorum ſuburbijs, vel continentibus ædificijs licitè celebrari, vt prius) expedit interpretationem fieri laxiorem.* Et ex ſimili ratione concludit, *ſi ſit Eccleſia interdicto ſuppoſita, vel ſubiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis, poterit ſepeliri. Secus ſi ei contigua non exiſtant.* Hæc in Decretali illa. Vbi ſtatuitur, legem interdicti intelligi debere, non iuxta proprietatem verborum illius, ſed iuxta impropriam, ne lex illa *vilipendi*, (id eſt inutilis, & illuſoria reddi) valeat.

Cum autem duplex ſit ſignificatio propria verborum, vna naturalis, illa ſcilicet, quæ illis competit ex primaria hominum inſtitutione, (in hoc enim ſenſu naturalis dicitur, & non quia à natura illam habeat, cum omnia ad hominum placita ſignificent) & alia ciuilis, ſeu iuridica, quæ ex ſola iuris fictione, & per quandam quaſi tranſlationem ex vſu Iuriſperitorum, vocibus, ſeu verbis competit: ex gratia, *mors*, iuxta naturalem, ſeu communem apud homines ſignificationem, dicit ſeparationem animæ à corpore; & iuxta ciuilem, ſignificat profeſſionem in Religione. Similiter vox *filius*, iuxta priorem ſignificationem dicit filium naturaliter procreatum; & iuxta poſteriorem, adoptatum, dubitari poteſt iuxta quam iſtarum ſignificationum verborum, quæ propriæ vtique ſunt, debeat lex interpretari? 49.

Reſpondetur ſub diſtinctione. Aut lex, odioſa eſt, aut fauorabilis, aut denique, dubia. Fauorabilis 50.

rabilis eſt, quæ primario aliquibus prodeſt, quamuis aliis ſecundario proſit, vti aduertit Lezana, *vbi ſupra n.* 34. Si igitur lex pœnalis, odioſa, & præceptiua eſt, interpretari debet iuxta propriam ſignificationem naturalem verborum. Idem Lezana *num.*33. Marcus Vidal, *tit. de Monialibus, num.*106. Caſtrus Palaus, loco citato, *part. ſcilicet* 1. *tract.*3. *diſp.*5. *punct.*3. §.3. *n.*7. *iuncto* 8. in principio; Si vero lex fauorabilis ſit, interpretanda eſt iuxta ciuilem verborum ſignificationem. Sic etiam Lezana, *num.*33. Palaus, *num.*8. & alij communiter. Vtrumque probatur ex Regula, *Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.* la 15. *de Regulis iuris, lib.*6. Si autem dubia ſit lex, ita vt cognoſci non poſſit an fauorabilis, an vero odioſa, pœnalis, ſeu præceptiua ſit, attendi debet (ait Lezana *num.*34.) ad primarium legiſlatoris finem, ita vt ſi ille ſit fauorabilis, lex etiam fauorabilis ſit; ſi autem ſit odioſa, & lex odioſa cenſeatur. Vnde lex, quæ principaliter, publicam reſpicit vtilitatem, fauorabilis eſt, quia pluribus fauet.

51. Secundò ſuppono, legem nouam (etiam ab eodemmet legiſlatore, vel ab eandem poteſtatem habente conditam,) ſemper ſecundum antiquam interpretari debere. Ita Caſtrus Palaus vbi ſupra *num.*14. ex *l. Non eſt nouum,* & *l. Sed & poſteriores, ff. de legibus, l.*1. §. *Lex Falcidia, ff. ad legem Falcidiam,* & ibi, *Alexand. num.*7. *& gloſſ. in l. Sciendum, in gloſſa* 1. *ff. Qui ſatiſdare cogantur,* & ex Menochio, 499. *num.* 22. *& centur* 6. *caſu* 502. *num.*67. verſu, *Et quidem hæc opinio.* Quod adeo verum eſt, addit præfatus Author, vt licet antiquiores leges abrogatæ ſint, iuxta illas nouæ ſint explicandæ, ex Barth. & Ludouico Gomez notauit Burgos de Pax, *in legem* 1. *Tauri, num.*570. & Sanchez *lib.*2. *de Matrimonio, diſput.* 24. *num.* 6. Vnde per ius nouum aut legem; ab antiqua non eſt recedendum, niſi expreſsè id contineatur in noua, vt bene Sà, verbo, *lex, num* 16. Thomas Del-bene, *de immunitate Eccleſiaſtica, part.*1. *c.*2. *dub.*4. *ſect.*3. *n.*30. Quocirca docet Pelizar. *tom.* 1. *Manual. Regul. tract.*5. *cap.*4. *n.*37. quod omnes leges moderniores trahendæ ſunt ad ſenſum antiquiorum, cum de eadem re diſponunt, & antiquiores non abrogant. Vide ipſum *tract.*10. *cap.*5. *num.*6.

Notanter dixi: *Etiam ſi ab eodemmet legiſlatore, vel ab eandem poteſtatem habente, conditam.* 52.
Quia indubitatum omnino eſt, quod lex, ab inferiorem poteſtatem habente, condita, ſecundum ſui Superioris legem, maximè in corpore iuris inſertam, in dubio eſt interpretanda. *Standum*

dum eſt(inquit Sa vbi ſupra,n.23. *verbis legis, ſecundum interpretationem iuris, etiamſi legiſlator extra legem dicat ſe aliter intellexiſſe. A Papa quidem Innocentio IV. declarante ſuam mentem in Conſtitutione à ſe facta antea, receſſit Hoſtienſis, & cum eo alij Doctores. Vide lib. de conceſſione Præbendæ, cap.*1. Hæc Sà.

53. Tertiò ſuppono, quodlibet verbum legis, etiam minimum, debere aliquid operari. Marcus Vidal, *tit. de Duello, num.*26. Lezana, *loco citato, tom.*4. verbo, *Leges Regularium, num.*41. *& tom. Conſultorum, conſulto* 2. *num.*37. Auguſt. Barboſa, *Axiom.*222.*num.*11. *&* 12. & quamplures Doctores ab his recenſiti, ex *l.*3. *in princ. de iureiurand. l.fin. ff Nequid in loco publ. c. ſi Papa, in fin. de priuileg. in* 6. *cap. ſi à Iudice, de Appellat. eodem lib. l. item, ſi quando*, 109. *de legat.*

54. Quartò ſuppono, legem nullam Congregationis noſtrę, ſicut nec alterius Summo Pontifici ſubiectæ, iuri Canonico cōmuni, poſſe derogare, vel aliquid licitè, aut validè diſponere, vt infra latè probabimus, *num.*83. cum tribus ſequentibus.

55. Quintò ſuppono electionem Canonicam definiri per hoc quod ſit *Alicuius certæ perſonæ canonicè facta voluntaria vocatio à maiori parte intereſſentium, & habentium ius eligendi, legitimè congregata.* Ita Vidal, *tit. de electione Canonica, n.*3. ex Hoſtienſi, & Ioan. Andræa, Panormit. *in Rubric. de Poſtulat. Prælat. in* 6. Alter. *tom.*1. *de Cenſur. lib.*2. *cap.*2. *in princ.* Decio, *in Rubric. de electio. num.*1. & ex Megal. *in Promtuario*, verb. *Electio, num.*1. Addit etiam Vidal, *& ſecretis ſuffragijs celebrata.* Quæ quidem additio, locum tantum habere poteſt in electione, quæ per ſcrutinium fit, non vero quæ per compromiſſum, & per inſpirationem, vt per ſe patet, pro quo vtrique

Suppono ſextò, electionem Canonicam in triplici eſſe differentia. 56. Prima eſt per ſcrutinium, in qua, *præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe, aſſumuntur tres de Collegio fide digni, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi.* Hæc eſt prima electionis canonicæ differentia, & forma eius à iure præſcripta *in cap. Quia propter*, el 42. *de electione.* Secunda eſt, *ſi eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium eligant.* Tertia eſt, *ſi communiter eſſet ab omnibus, quaſi per inſpirationem abſque vitio celebrata.* Iſtæ omnes ſunt differentiæ electionis canonicæ, & eius formæ, & nullæ aliæ, vti expreſsè in citato definitur capite, ibi: *Aliter electio facta non valeat.*

Vltimò

57. Vltimò ſuppono, quod legiſlator, ſi velit actum aliter fieri, quam per aliam fuerit legem ſtatutum, illud debet exprimere. Sic Pellizarius *tom.1. tract.6. c.2. num.123.* ex *l. vnica,§.Sin autem, C. de caduc. toll. l.ſi ſeruum ,ff. de acquirend. hæred. §. Prætor.* verb. *Non dixit, & cap. 6. num.* 24. ex Suar. *tom.4. de Religione, tract.8. lib.2. cap.17. num.7. & num.123.* citato addit. *Quocirca præſumitur lex aliquid noluiſſe, ſi facile potuit exprimere, & non expreſſit, vt dicit Menochius conſ.30. num.8.* Quod autem lex non exprimit, aut diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de Præſ.ff. de offic. Præſid.* Bart. *in l. de pretio.ff. de Publiciana,* Lezana *tom.4.* verb. *Leges Regularium, num.35.* Pellizar. *tom.2. tract.6. cap.3. n.13.* Thom. Delbene, *de immunit. p.1. cap.1. dub.7. num.2. & cap.2. dub.7. ſect.1. num.11. dub.12. num.10.* Marc. Vidal, *tit. de caſib. reſeruat. n.79.*

58. Quibus poſitis ad obiecta ſupra *num.* 41. *&* 42. reſpondetur primò, non poſſe Religionem per iura ſua particularia, Conſtitutiones ſcilicet, ac definitiones, iuri communi vlla in re derogare niſi ad id expreſſam habeat Apoſtolicam facultatem, aut confirmationem, iuxta dicta *num.* 54. & rurſus *num.*83. 84. 85. *&* 86. dicenda. Vnde ſi Priores, aut Superiores Filiationum à iure communi electiui ſunt, non poſſunt manuales, & obedientiarij per Conſtitutiones Ordinis fieri, niſi expreſſa facultas Apoſtolica ſic conſtituendi procedat, aut ſaltim ſimilis approbatio, & confirmatio ſubſequatur.

Et non ſufficiet facultas quælibet, ſed quæ expreſsè contineat clauſulam: *Non obſtante conſtitutione in Concilio generali edita.* Quia *cap. Quia propter,* cit. conſtitutionem Conc. generalis Lateran. continet. Conſtitutionem autem huiuſmodi non reuocari niſi per ſimilem clauſulam, colligunt ex *cap. ex parte, cap. vlt. de Capel. Monachor. c. eam, de ætat. & qualit. & ex cap. Nonnulli, de reſcriptis,* Felin. *ibi, num.3.* Nauar. *in Manual. cap.27. n.265.* Molina, *de Iuſt. tom.1. tract.2. diſput.173.* Sanch. *de matrim. lib.3. diſp.26. num.7.* Rota, *in Mediolan. decimarum* 10. *April.*1606. coram Coccino, *la* 279. *num.6.* Tambur. *tom.1. diſp.5. quæſt.5. num.7.*

Secundò dico, conſtitutionem noſtram intelligi debere de electione canonica ad quam vocentur Conſiliarij Patres ſuffragium habentes, in Priorum annexorum electione, ex ipſiuſmet conſtitutionis præſcripto. Quæ quidem, vt ſonat, debet intelligi ſecundum propriam, & rigoroſam verborum ſignificationem naturalem, iuxta communem hominum intelligentiam acceptam, ob leges, ratio- 59.

nem, & authoritates Doctorum *num.*43.44.*&* 45. adductas. Tum etiam, quia quælibet lex, & Conſtitutio, debet interpretari iuxta ius commune, quia poſterior, & quia inferior, ex dictis *num.*51. *&* 52. Tum tandem, quia in lege, ſeu Conſtitutione debet aliquid operari quodlibet illius verbum, vt vidimus *num* 53.

60. Limitatio autem illa: *Gardando la coſtumbre, que cada caſa tiene de vſo en la forma de elegir:* Non militat contra nos; imo potius pro nobis eſt, & pugnat. Quia in aſſumptione Prioris annexi ſtatuit, vt forma electionis, ſeu eligendi, ſiue hæc, ſiue illa ſit, ſeruetur. Nulla autem electionis forma dari poteſt, in qua electores, ſeu qui ad electionem ſunt vocandi, ſuffragium, & votum non habeant deciſiuum, vt inductione patet, in annumeratis *cap. Quapropter, num.*56. relato, ad quas tres redacta eſt omnis electionis validæ forma. Ita vt omnes electiones factæ contra illas, ſint ipſo iure nullæ, vt patet ex illo textu, & ait Tambur. *tom.*1. *diſp.* 5 *quæſt.* 5. *num.*5. ex Innocent. *ibi, num.*6. & communi DD. Roman. *conſil.* 322. *num.*12. Miranda *in Manu. Prel. tom.*2. *quæſt.* 23. *art.* 2. *concl. vnic. poſt med.* Suarez *de Relig. tom.*1. *tract.*3. *lib.*2. *cap.*12. *n.*9. Sanchez *in ſum. lib.* 2. *cap.* 38. *n.*83. *& ſeq.* Sigiſmond. à Bononia, *de electio. & poſtul. Prælat. Regular. dub.* 4. *num.* 5. Caſtell. *tract. de electio. Prælat. cap.* 1. *num.* 3. verſ. *Forma igitur*, & Rota *in vna Treueren. Abbatiæ S. Maximini*, 24. *Nouembris* 1624. coram Coccino Decano. Ergo tantum abeſt, vt Conſtitutio noſtra votum auferat deciſiuum à Patribus Conſiliariis, in vllo caſu, vt potius illud in omnibus firmet ipſis, atque confirmet.

Praxim autem, & vſum aſſumptionis ad Prioratus per Domnos Abbates abſque voto deciſiuo Conſiliariorum, in contrarium aſſertum, omnino negamus: quia ille ſi daretur, non vſus, ſed abuſus melius, & corruptela diceretur, quia contra Conſtitutionem Ordinis, & contra ius commune actus irritans, introduceretur. Proponit igitur Domnus Abbas Patribus Conſiliariis in ſuo conclaui congregatis, ad ſonum Campanæ, vt plurimum, quem vult in Priorem eligere, & Conſiliarij ſuffragantur, vel ſecreto per calculos, vel per voces, aut ſigna ſuas manifeſtant circa electionem, vel repulſam, à Prælato propoſiti, voluntates. Si per calculos ſuffragia præſtantur, prima electionis Canonicæ forma per ſcrutinium ſeruatur: ſi per voces, aut ſigna, ſecunda ſeruatur, aut tertia. Secunda quidem, ſi Abbati cõmittant, vt omnium eligat vice, quod tunc, ſine 61.

dubio

dubio ſit, quando Conſiliarij ſuas voluntates, Abbatis voluntati accommodant, & adaptant. Tertia tandem quando per communem omnium acclinationem, quaſi per inſpirationem celebrant electionem.

62. Sed dices, quando per calculos Conſiliarij ſuffragia præſtant, non aſſumuntur tres ad ſcrutinium faciendum: Ergo nec forma præſcripta à iure ſeruatur, ac per conſequens non erit electio. Solum ergo Patres Conſiliarij vota conſultiua per calculos præſtant, non vero deciſiua.

63. Reſpondeo cum gloſſa *in cap. Quia propter*, citato, verbo, *Sanior*, tres aſſumi de Collegio Conſiliariorum, non eſſe de ſubſtantia electionis, dummodo tot ſint inquiſitores quod fraus fieri non poſſit, etiam ſi de eodem Collegio non ſint. Imo addit verbo, *Viris*, vni tantùm committi hoc munus bene poſſe, per textum *in cap. Cauſam, quæ*, el 8. *de electione.* Vbi Moniales quædam in Epiſcopum Abbatiſſæ ſuæ electionem contulerunt: poſtmodum re non integra, voluntatem ſuam mutare volebant; Papa tamen mandauit, *ipſam, quam prouiderit faciat ab eis in ſuam recipi Abbatiſſam.* Si igitur electio, quæ ab omni Collegio debet fieri, vel ſaltim à pluribus viris idoneis, de Collegij commiſſione, ex Concilij Lateranenſis, ſub Innnoc. III. Decreto, in citato, *cap. Quia propter*, poterat Epiſcopo committi, qui non erat de Collegio illo Sanctimonialium, quare ſcrutinium, quod minus multo eſt, non poterit vnico Conſiliario, Secretario committi? Poterit quidem, quia, *Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.* De Regul. iur. lib. 6. la 53. *& l.* 188. *ff. de Reg. Non debet cui plus licet, quod minus eſt non licere.*

Quæ vtique doctrina, maximè verum habet, vbi numerus eligentium non eſt copioſus, ſicut reuera non eſt in Congregatione noſtra, numerus Monachorum ad Conſilium deputatorum: Si enim tres ſcrutatores neceſſariò pro qualibet electione eſſent eligendi, ſequeretur in Collegio, ſeu Conuentu, in quo tres tantum habitant, electionem Canonicam validè celebrari non poſſe, contra iuris diſpoſitionem, *in cap. Nullus*, el 1. *de electione*, vbi ſtatuitur: *Nullus in Eccleſia vbi duo, vel tres fuerint in congregatione, niſi eorum electione canonica presbyter eligatur.* 64.

Ad illud tandem quod *n.* 42. obiicitur Monachos ſubditos per electionem, & ſuffragia deciſiua Conſiliariorum, ad conuentualitatem Prioratuum deſtinari; reſpondeo negando totum. Non enim exigit Conſtitutio, pro huiuſmodi deſtinatione, votum deciſiuum, ſed conſultiuum tan- 65.

tum. Quod ſic probo. Congregatio leges condere, ſeu Conſtitutiones ſtatuere non poteſt, ſupra ea quæ habentur in Regula. Lezana *tom.2.cap.12.num.9.* ex Angel. ver. *Religioſus*, *num.29.* Silueſtr. v. *Religio.6. quæſt.6.* Peirinis *tom. 1. de ſubdito Religioſo, quæſt. 1. de obedientia.* §.1. Pellizarius *tom. 2. part. 1. tract. 9. c.8. num.71.* ex Mirand. *in Man.tom.1. quæſt.26. art.10.* Sanch. *lib.6. oper. Moral. cap.2. num. 18.* Peirin. *loco cit. cap.8.* §.2. ob hanc duplicem rationem. Prima. Quia poteſtas legiſlatiua, eſt conceſſa Religionibus, ſolum pro obſeruantia Regulæ, non autem pro his, quæ ſupra Regulam ſunt, & multominus contra Regulam. Secunda. Quia in re communi pluribus, vt ſingulis, non valet quicquid maior pars facit, ſed requiritur, quod omnes conſentiant, quibus præiudicium fit, vt aduertit Panormitan. *in cap. Cum omnes, de Conſtit. num 5.* Eſtque Regula iuris: *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari*, la 29. *in lib. 6.* & ibi gloſſ. verbo, *Quod omnes. Et nota* (inquit) *quod dicit. Id quod tangit omnes, debere approbari ab omnibus: Ergo non valet, quod facit maior pars, & ſic contra 65. diſtinct. cap.1. ſupra de his, quæ fiunt à maiori part. cap.1. ff. ad municip. Quod maior.* Quod quidem argumentum ſic ſoluit. *Aut competit vt ſingulis, aut vt Collegio.* Quaſi diceret, ſi competit vt ſingulis, quod maior pars facit, factum non valet; ſecus ſi vt Collegio. Et ſic quod decernitur citatis capit. & lege competit ſingulis, non vt ſingulis, ſed vt Collegio. Tum ſic ſed Sancta Regula ſtatuit, vt bene obſeruat Abbas Tambur. *tom.3. diſp.1. q.7.* vt adhibitis ad conſilium Fratribus, *audiens Abbas conſilium Fratrum, tractet apud ſe prudenter, & quod vtilius iudicauerit, faciat.* Et paulo poſt, *Sed magis in Abbatis pendeat arbitrio, & quod ſalubrius eſſe iudicauerit, ei cuncti obediant.* Hæc *cap.3.* de adhibendis ad Conſilium Fratribus. Et *cap.65.* ſimiliter ait. *Ideoque nos prauidemus expedire propter pacis, charitatiſque cuſtodiam in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monaſterij ſui.* Ergo Conſtitutio noſtra non diſponit, quod Patres Conſiliarij ſuffragium deciſiuum præſtent pro Monachis ſubditis ad Prioratus, ſeu Filiationes mittendis, ſed conſilium tantum.

Addit Tamburinus, quod re- 66.
gulariter, quando quis conſilium aliquorum requirere debet, non tenetur illud ſequi, etiam in caſibus, in quibus ſi non requireretur actus eſſet nullus, per text. *in cap. Cum in veteri*, & gloſſ. verb. *in tract.* & verb. *Expectatum*, & Abb. *num.12.* et 52. *de electione*, per eundem Abb. *in cap. Ad*

Ad Apoſtolicum, n. fin. de Regularibus, & in *cap. Quando, num. 5. de his, quæ fiunt à Prælat.* Silueſt. verb. *Conſilium, quæſt.* 1. Gonzal. *ad Regul. 8. Caucel. gloſſ. 41. num 61. & gloſſ. 47. num. 7.* Barboſ. *Axiom. 55. num 2. & in Collectan. ad Regul. Nullus 62. n 3. de Regulis iur. lib. 6.* Menochium *de Præſumptionib. lib. 6. præſ. 4 num. 15.* & Sanchez *de Matrim. lib. 1. diſp. 34. n. 24.*

67. Neque contra nos vrget, quod ſtatuat conſtitutio: *Votando por hauas, precedtendo juramento:* Et infra: *Yconcurriendo la mayor parte del Conſejo.* Quia ſuffragari per fabas præmiſſo iuramento, non extrahit ſuffragium conſultiuum è propria ratione, & natura, in rationem, & naturam deciſiui ſuffragij: & ad hunc ſolum finem ſic ſuffragari præcipitur, vt omnino liberè, & ſecundum propriam conſcientiam, & Deum, nullo humano interueniente affectu, & reſpectu, conſilium ſuum quilibet Conſiliariorum exhibeat. Et illud: *Concurriendo la mayor parte.* Solum operatur, quod Domnus Abbas obſtringatur, ad ſequendum conſilium maioris partis conſiliariorum, non autem minoris, in caſu quo miſſurus ſit ad Filiationem, Monachum à ſe propoſitum; non autem abſolutè obſtringitur illos ſequi, ſeu eorum conſilia; tum ob ea, quæ diximus *num. 65.* ex Sancta Regula; contra cuius præſcriptum nihil poteſt Congregatio præſcribere. Tum etiã, quia vti obſeruat Tamburinus, loco citato, ex *l. in furto, § Recte, ff. de Furt.* & Felin. *in cap. Cum omnes, limit. 10. de Conſtitut.* ea eſt natura conſilij, vt quamuis excitet ad deliberandum; non tamen obligat ad ſequendum.

Ex dictis fit, Regulam illam iuris, *num. 42.* relatam, nihil contra nos dicere, aut præſumere. 68.
Ex illa enim ſolum præſumitur, Congregationem no uiſſe obligare, vt Priores, & Superiores annexorum, præmiſſo iuramento; & per ſecreta calculorum, ſeu fabarum ſuffragia eligerentur; non autem ſequitur voluiſſe ſuffragia deciſiua Patribus Conſiliariis pro huiuſmodi Priorum, & Superiorum electione denegare. Quia ſolum excludere cenſetur in aſſumptione Priorum, aut Superiorum, quod in ſubditorum exprimit deſtinatione. Sed in hac non exprimit Conſtitutio ſuffragia Conſiliariorum eſſe deciſiua, ſed ſecreta tantum, & præmiſſo iuramento. Ergo hoc tantum excludit in illa.

Imo poſſumus dicere, Regulam illam, *Qui vnum exprimit, & aliud tacet*, &c. intelligi debere de vno, eodémque ſubiecto; non autem de diuerſo: ita videtur manifeſtè, in loco illo Ioannis 8. v. 48. *Nonne bene dicimus nos quia* 69.

Samari

Samaritanus es tu, & Dæmonium habes? Et in illo Gregor.hom.18. *Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, & aliud tacendo conſenſit.* Ex quibus quidem Regula illa ſumpſit exordium, & in quibus ſine vllo dubio fundatur. Ex duobus enim, quæ Chriſto Domino à Iudæis illata fuerant, ſcilicet Samaritanum eſſe, ac Dæmonium habere: hoc vnum negauit, quia in nullo ſenſu Dæmonium habebat; illud tamen tacendo cõſenſit in eo ſenſu quod cuſtos ſit. Quod igitur tacet Conſtitutio noſtra, dum loquens de deſtinatione, ſubditorum, ſeu de miſſione illorum ad Filiationes, hanc præmiſſo iuramento, & per fabas fieri debere, exprimit, de eadem illud excludere cenſetur; non autem de electione, ſeu deputatione Priorum, & Superiorum, quæ diuerſa actio eſt.

70 Ea tamen, quæ *à num.* 43. dixi, ex abundantia dicta ſcias. Ad hoc enim vt Prior, & Superior Prioratus, vel alterius annexi verus Prælatus ſit, & dignitas, habeátque iuriſdictionem rigoroſam in ſuos ſubditos, non indiget perpetuitate, neque electione propria, per ſuffragia deciſiua Conſiliariorum celebrata: quomodocumque enim ad Prioratum aſſumatur vt caput, erit legitimus, & verus Prælatus, & habebit dignitatem, ac iuriſdictionem, vt tale. Patet primo ex *Clementina* 2. *Etſi principalis, de reſcript.* in qua Sacrum Concilium Viennenſe ſub Clemente V. explicans, *cap. Statutum, §. Sancimus,* el 11. *de reſcriptis, lib.6.* (vbi ita Bonifacius Papa VIII. definit: *Sancimus igitur, vt nullus niſi dignitate præditis, aut perſonatum obtinentibus, ſeu Eccleſiarum Cathedralium Canonicis, cauſæ, auctoritate litterarum Sedis Apoſtolicæ, vel legatorum eiuſdem de cætero committantur*, ſic ait. *Etſi principalis officialis Epiſcopi, aut Religioſus Conuentualem obtinens Prioratum, (quamuis ad Prioratum eundem Prior non conſueuerit per electionem aſſumi) à Sede Apoſtolica, vel legato eiuſdem, dari valeat delegatus: In officiali tamen foraneo, aut Religioſo, Monaſterij ſui Priore Clauſtrali, nequaquam hoc volumus obſeruari.*

Hæc omnia Concilium, & nihil amplius ibi. Sed gloſſa illius, multa ad rem præſentem. Pauca referam, verbo, *Iſta Clementina. Reſpondet* (inquit) *Papa, quod principalis officialis Epiſcopi, & Prior Conuentualis, quamuis non ſint aſſumpti per electionem, ſunt tamen tales perſonæ, quod eis poſſunt, & debent cauſæ à Papa de delegari, & erunt idonei iudices delegati.* Et infra, poſtquam repetit parentheſim Clementinæ, ſic. *Et quamuis Prior Conuentualis non conſueuerit aſſumi per electionem* 71.

ad

ad Prioratum: ſic concludit. *Nota quod Prior Conuentualis eſt in dignitate.* Rurſus, verbo, *Etſi, Principalis offi.ialis Epiſcopi, & Prior Conuentualis, licet obedientiarius, delegari poſſunt à Papa.* Sic ibi, & verbo, *Conuentualem*, ita. *Et hic patet approbatum, quod notat Abbas, de Præbendis, Niſi, ſcilicet, quod Prioratus eſt dignitas, ſi Conuentualis eſt, alias non.* Et verbo, *Per electionem.* Sic, *ſed per prouiſionem. Et intelligo de obedientiario, qui remoueri poteſt ad nutum ſui maioris: aliàs nulla fuiſſet dubitatio. De iſto veró, & de officiali quem Epiſcopus ad nutum remouet, merito dubitabatur, quaſi iſti non ſint in dignitate: ex quo non ſunt perpetui: ſed ſatis eſt quod poſſunt eſſe perpetui, id eſt quandiu viuent, ff. pro ſoc. l. 1. facit de his, quæ ſunt à Prælat. Cum Apoſtolica. Inſtit. de auctorit. tut. §. Neque, ff. de condit. indeb. l. Sufficit. Item per mortem, vel remotionem talium Priorum, licet obedientiarij, vacat Prioratus, vt patet infra de ſupplenda neglig. Prælat. Quia Regulares.* Hæc omnia gloſſa verb. *Per electionem*, citato. viden. 75.

72. Secundò patet aſſertio noſtra, à paritate; Domni enim Abbates in Congregatione Benedictina Hiſpana, quadriennales, ad ſummum ſunt, non perpetui, & aliqui eorum non per electionem Conuentus, aut diffinitorij, ſed per ſolius Reuerendiſſimi Generalis voluntatem, ad Abbatiam aſſumuntur: nihilominus omnes illi eandem Prælaturam, & dignitatem habent, ac haberent ſi perpetui eſſent, & per electionem Canonicam Conuentus electi: & tanta nunc iuriſdictione, & poteſtate pollēt, quanta tunc pollerent, vti omnibus notum, & manifeſtum eſt. Ergo etiam ſi dictus Prior Conuentualis Prioratus annexi, obedientiarius, & manualis forte ſit, eandem Prælaturam, & dignitatem habebit, quam haberet ſi eſſet perpetuus, & per Canonicam electionem ad Prioratum aſſumptus, & tantam poteſtatem, & iuriſdictionem pariter habebit.

Secundum diſcrimen principale inter vtrumque Priorem, 73. eſt, quod Clauſtralis (excepto caſu præſidentiæ,) non habeat adminiſtrationem bonorũ Monaſterij, nec iuriſdictionem, aut curam vniuerſalem in ſpiritualibus, & temporalibus, ſed ſolum circa obſeruantias Regulares, & qualem ei Abbas in caſibus occurrentibus, delegare voluerit: Conuentualis autem Prior, omnimodam adminiſtrationem, & iuriſdictionem in ſpiritualibus & temporalibus, & pro vtroque foro habet, niſi ſpecialiter per ſuperiorem Prælatum ex cauſa legitima, aut per Conſtitutiones, vel definitiones Ordinis, in aliquo, limitatam accipiat, quod

E &

& Abbates, imo & Generalis ipſe ſupremus Congregationis Præſul, circa poteſtatem, & iuriſdictionem ſuam, in multis experitur, vt adnotant Lezana *part.1. cap.* 18. *num.* 1. & Pellizarius, qui *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.*3. *num.*28. docet ſtatutis latis in Capitulo generali, obligari Prælatos etiam ſupremos, non ſolum quoad vim directiuam, ſed etiam quoad coactiuam. Et addit hoc certum eſſe.

74. Quod & videre licet in Conſtitutionibus noſtris, *c.*12.*num.*1. *cap.*14.*num.*7. & diximus ſupra *num.* 12. & 15. *ex cap.*24. *de la juridicion, y poder del General*, ibi, *con las limitaciones, que por Conſtitucion ira ordenado, y declarado.* Et ibi: *Y con las limitaciones, que por Conſtitucion le eſta ordenado.* Quod vtique prouenit ex ſubordinatione, quam Prælatus immediatus, Conuentualis, ſeu localis ad medium, & ſupremum Hierarchiæ: medius ad ſupremum: & ſupremus ad eum, à quo iuriſdictionem accepit, reſpectiuè habet. Quod dicimus, de limitatione poteſtatis inferioris Prælati, per ſuperiorem Prælatum, docent Suarez vbi ſupra *num.* 19. cuius doctrinam ibi adduximus, Lezana *loco citato, num.*87. & Pellizarius *tract. & capite citatis, quæſt.*7. *n.*8. Eman. Rodrig. *tom.*1. *quæſt. Regul. q* 17. *art.*7, Eligius Baſſæus, verb. *Prælatus, num.*16. Raggius, *de regimine Regularium, centuria* 2. *dubio* 158. *num.*3. Caſtr. Palaus, *p.*1. *tract.*3. *diſp.*6. *punct.*7. §.4. *num.*2. Et quod Prior Conuentualis omnimodam adminiſtrationem, & iuriſdictionem in ſpiritualibus, & temporalibus habeat, patet ex conceſſione, & declaratione Eugenij IV. *num.*33. relata.

Notanter dixi num.7. *ex cauſa legitima:* quia iſta deficiente, non poteſt Superior Prælatus inferioris Prælati, ſibi ordine Hierarchico ſubordinati, ſaltim licitè, iuriſdictionem, & poteſtatem in foro interno, aut externo, & contentioſo, vllo modo limitare. Ita Pellizarius, *num.* 9. Lezana, Roderiq. & Baſſæus *locis modo citatis*, Hier. Garcia *in Politica Canonica, & Regulari, tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.*8. *dub.*2. *num.*2. ex Miranda *in Manuali Prælat. tom.*2. *quæſt.* 19. *art.* 4. *concluſ.*2. Suar. *tom.*4. *de Religio. lib.*2. *cap.*2. *n.*22. Peirinis, *tom.* 2. *Priuilegior. Conſtitut.*7. *Pauli V. num.*38. & ex *cap. Cum Eccleſiarum*, iuncta gloſſa, verbo, *Eccleſiaſtica ſententia, de officio Ordinarij*, Franciſc. Raggius *loco citato*, idem docet cum Eminentiſſ. Cardinale de Lugo, *tom. de Pœnitentia, diſp.* 20. *ſect.*3. *n.*34. quoad limitationem iuriſdictionis in foro Pœnitentiæ, etiam ſi Prælati inferiores à ſuperioribus electi fuerint: *Quia y* (inquiunt) *licet eligantur* 75.

eligantur à Prælatis ſuperioribus, ſemel tamen electi, ſunt Parochi ſuorum ſubditorum, & non poſſunt Prælati ſuperiores auferre illum ordinem per Religionis conſtitutionem ſtabilitum. Sic illi. Quorum ratio æque militat pro foro externo.

76. Quæ autem communiter à Doctoribus ſupra recenſitis traditur, eſt: Quia quilibet Prælatus habet aliquod ius in re, quoad ſuam iuriſdictionem ordinariam, ideoque eo non debet, ſine cauſa, aut ſine culpa priuari. Sine cauſa quidem, quia hac deficiente, immutaretur ordo de ſe inſtitutus ad bonum commune: & ſic illicitè quis vſu ſuæ iuriſdictionis, cum magna ſui iniuria, priuaretur. Sine culpa: quia hac, & magna non interueniente, nemo à iure, à ſe acquiſito poteſt ſpoliari. D. Gregorius Magnus *lib.* 10. *Epiſt.* 8. *Regiſtri*, relatus *in Can. Satis, el.* 7. *diſt.* 56. Concilium Cabilonen. 2. *cap.* 42. relatum *in Can. inuentum*, iuncta gloſſ. verb. *Niſi graui, el* 38. 16. *quæſt.* 7. Idem D. Gregor. *lib.* 7. *Regiſtri, epiſt.* 35. & ex ipſo, *Can. Cognoſcentes, el* 2. *de Conſtitutionibus*, ſic fatur. *Cognoſcentes, quia res, quæ culpa caret, ad damnum vocari non conuenit.* Vbi gloſſa, verbo, *Culpa caret.* Ita ait. *Quia quod legitimè factum eſt, pœnam non meretur.* Et infra. *Et ita eſt hoc argumentum expreſſum, quòd nemo priuatur iure ſuo ſine culpa.* 56. *diſtinct. Satis peruerſum,* 16. *quæſt. vltima, inuentum, de de reſtitutione ſpoliator. Conquerente*, & gloſſa marginal. *Qui caret culpa careat me iudice pœna.* Vnde Regula: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* la 23. *de Regulis iuris, lib.* 6. cuius gloſſa, hanc ibi reddit rationem. *Quia pœna eſt menſura culpæ: vbi autem non extat menſurandum, menſura locum non habet. Ergo vbi non eſt culpa, nec pœna.* Ita illa, verbo, *Sine culpa.* Vide etiam *Can. Non afferamus, el* 22. 24. *quæſt.* 1. *& cap. Felicis, el* 5. *de Pœnis*, §. *illud autem*, leg. *Sancimus, C. de Pœn.* & legem, *Reſpiciendum, ff. de Pœnis.* Et in terminis, de Prioris Conuentualis mutatione, eſt expreſſum *in cap. Monachi*, §. *Priores autem*, & ibi gloſſa, verbo, *Non mutentur*, el 2. *de ſtatu Monachorum.*

Dixi: *Saltem licitè.* Quia controuerſum inter Doctores eſt, An limitatio, illicitè facta, teneat? 77.
Quidam aſſerunt; quidam vero negant. De iſtorum numero, Hieron. Garcia *in Politica, tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 8. *dub.* 1. *punct.* 1. *num.* 4. ex Lugo *de Pœnitentia, diſp.* 20. *ſect.* 4. *in principio*, & Peirinis *tom.* 2. *Priuilegior. Conſtit.* 7. *Pauli V. num.* 49. *& tom. de Prælato, quæſt.* 1. *cap.* 4. *num.* 79. & ait, quod Prælatus inferior, *Si ſin eſcandalo puede, no paſe por la limitacion. Por que aſi, como es conueniente ſe guarden los derechos del Superior, aſi tambien los es, que los inferio-*

res no ſufran las injurias, y agrauios, que ſe les hazen en los officios, cap. Cum in ſingulis, de ſtatu Monachor. Hæc Garcia cum Peirinis: quibus addo gloſſam *in Can. Nullam*, verbo, *Auctoritas, 18. q. 1.* Sic ad rem præſentem ſantem. *Neque etiam debent ſubditi, plus eſſe ſubditi, quam expediat.*

78. Emanuel etiam Roder. *tom. 1. qq. Regul. quaſt. 17. art. 7.* & Elig, Baſſæus, verbo, *Prælatus, num. 16.* Vno ore dixerunt. *Verumtamen eſt, quod nequeunt maiores Prælati reſtringere poteſtatem inferiorum Prælatorum Ordinariorum ſine cauſa iuſta. Quare ſi ſecus fecerint, peccabunt, licet factum teneat: & poſſunt tempore viſitationis de ea re conueniri, & puniri: quia ex eo quod Prælati omnes Regulares memorati, ſunt Ordinarij, & non delegati, habent ſuam authoritatem beneficio legis, non ſolum humanæ, ſed etiam diuinæ. Et ideo, ſi ad libitum reſtringantur, ſine iuſta cauſa, iniuria illis irrogatur.* Hæc præfati Authores, affirmatiuam, in controuerſia, partem tuentes, docent. Quos, quoad peccati incurſionem, ſequuntur omnes: ſed illius ſpeciem, & grauitatem, diuerſimode explicant. Hieron. Garcia, *tom. 2. tract. 10. difficult. 1. dub. 1. num. 5. & 15. & difficult. 8. dub. 2.* dicit. *Pecarian contra Iuſticia los que quiſieſſen quitar eſte poder a los Superiores reſpecto de ſus ſubditos.* Ecce ſpeciem. Marcus Vidal, *in ſua Arca Vitali, titulo de Prælatis Regularibus, num. 9.* Ita fatur. *Colligitur primo, Prælatos ſupremos peccare mortifere reſtringendo, vel amouendo iuriſdictionem Prælati inferioris ſine iuſta cauſa: tum, quia auferunt alienum: tum quia abſque ratione faciunt in re graui iniuriam: tum quia peccant contra charitatem, non ſeruando præceptum amandi proximum, ſicut ſe ipſum.* En ſpecies peccati: contra iuſtitiam, ſcilicet & Charitatem: & grauitatem, mortalis criminis. Pro ſe citat Vidal Franc. Suarez *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 2. & Portel. verbo, Prælati poteſtas, n. 119.*

Ex dictis ſequitur primò: Prælatos Religionum, etiam ſi Generales ſint, aliquem Religioſum eximere non poſſe ab obedientia Prælatorum inferiorum, v. g. Prouincialis, Prioris, Guardiani, Rectoris, Commendatoris, & huiuſmodi, in aliis Religionibus: & in noſtra Congregatione, Abbatis habentis Filiationes, Abbatis localis, Prioris Conuentualis, ſeu Prioratus annexi. Ita Lezana *part. 1. cap. 18. num. 23. & conſulto 22. num. 10. ex Canon. Frater noſter, 16. quaſt. 1.* Vbi ſupponitur, quod exemptio Epiſcopi à iuriſdictione Archiepiſcopi, ſolum ſpectet ad Summum Pontificem. Ex quo deducit, idem dicendum, de exemptione Religioſi à ſuo locali 79.

cali Prælato, propter eandem, vel ſimilem rationem. Antonin. Diana *part.* 9. *tract.*9.*reſolut.*38. ex Patre Leandro de Murcia *in qq. Regul.cap.*4. *ſuper cap.*8. *Regulæ*, cuius verba, ſic *ex num.*6. refert. *No puede el General eximir algun Frayle de la juridicion ordinaria de ſu Prouincial, o de ſu Guardian, o Prelado local: por que ſe ſiguirta manifieſta contradicion moral, y que fueſe ſubdito, y no lo fueſe; y gran confuſion, y cauſa de pleytos.* Et ex Silueſtro, Miranda, Peregrino, Roderiquez, Bordono *in conſil. Regul. tom.*2. *reſol.*80. *num.*49. Portel. *in dubys Regul.* verb. *Generalis, num.*3.& Peirinis, *ad Conſtitutionem* 5. *Iuly ſecundi*, *num.*6. Et concludit Diana. *Vnde apparet hanc ſententiam eſſe communem inter Doctores.* Bartholomæus à Sancto Fauſto *in Theſauro Religioſorum*, eandem tenet *lib.6.de voto Obedientiæ, quæſt.*146. *ex cap. Frater noſter, citato*, ex Silueſtro, verbo, *Cauſa*, *caſu* 5. & Roderiq. *in ſumma*, *part.*2. *c.*31. *num.*6.

80. Sed pro omni controuerſia, apud noſtros Prælatos, hac in re, extinguenda, prouide ſtatutum eſt, *cap.* 24. Conſtitutionis citato, *num.*6. in hanc, quæ ſequitur formam: videlicet. *El Reuerendiſſimo no podra eximir à Monje alguno, ni a otro Religioſo, ni Religioſa, ni exemptarlos de la obediencia deuida a ſu Abbad, Abbadeſa, o Superior, que tubiere, ni de que cumplan los mandamientos, y cenſuras, que reſpectiuamente, y conforme a conſtituciones les puſiere, y las licencias, y priuilegios que ſe ayan de pedir, para el modo de viuir ordinario dentro en los Monaſterios, como para no guardar los ayunos regulares, comer carne en dias prohibidos, vſar lienço, tener, y gaſtar dineros, y otras ſemejantes licençias, todas ſe ayan de pedir a los Prelados de los Monaſterios, y a ellos pertenece el darlas, conforme a Conſtituciones. Mas ſi algun Religioſo, hauiendo pedido alguna licençia, ſe ſentiere agrauiado de que el Prelado no ſe la quiere dar, podra tener recurſo al Reuerendiſſimo General, el qual le guardara juſtiçia, oydas las partes.*

Benigniorem ſe hic alma exhibuit Congregatio noſtra, quam Authores, quos ſuppreſſo nomine citat Gloſſa *in cap. Si Religioſus*, verb. *Obtenta*, el 27. *de electione*, *lib.6.* dum dixerunt, quod ſi Superior licentiam Religioſo dare noluerit ad acceptandam electionem de ſe factam, niſi habeat iuſtam cauſam denegandi, compellendus eſt per ſolum Papam. Verba gloſſæ huiuſmodi ſunt. *Sed quia ſolius Principis priuilegium videtur priuare aliquem re ſua, dicunt quidam, per Superiorem*, (per quem ſcilicet ſuppleri debeat negligentia Prælati ordinarij immediati) *Papam intelligendum* 81.

telligendum. Quibus eadem gloſſa fauere videtur, cum immediatè dictis addat: *Et ſic loquitur illa decretalis*, *Nullus*, nempe la 17. de iurepatronatus,) *quæ in Papa loquitur*. Hæc gloſſa citata.

82. Secundò ſequitur ſuperiorem Prælatum auferre ab inferiori Prælato non poſſe iuriſdictionem procedendi contra aliquem Religioſum ſubditum ſuum, in caſu contento intra limites iuriſdictionis Prælati inferioris, ſiue mediatus iſte ſit, ſiue immediatus, ſeu localis; niſi aliter per Ordinis Conſtitutionem à Sede Apoſtolica confirmatam, aut de eius facultate factam, ſtabilitum ſit. Pellizarius, *tom. 2. p.1. tract. 9. cap. 3. ſect. 3. num. 69.* cum Portel. *in dubijs Regularium*, verbo, *Prælati poteſtas, num.* 8. tum ob rationes ſupra *num.* 77. 78. *&* 79. ex Vidal, Murcia, & aliis allatas. Tum etiam ob Decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. de Reformatione, definientis quod cauſæ omnes coram locorum Ordinariis terminentur: ita vt ante biennium dictis Ordinariis, pro cauſarum terminatione præſcriptum, à Superioribus quibuſcumque illæ non auocentur.

83. Notanter dixi: *Niſi aliter per Ordinis Conſtitutionem à Sede Apoſtolica confirmatam, aut de eius facultate factam*, &c. Quia Conſtitutio aliter facta, iniuſta eſſet, & nulla: vt pote, quia ordinata contra ius commune, maximè Tridentini, loco citato, à non habentibus vllam contra illud ſtatuēdi facultatem. Noſter Abbas Tamburinus, *de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 5. quæſtiunc. 12. num. 6. & tom. 3. diſput. 3. quæſt. 2. num. 2.* Diana *part. 3. tract. 2. reſolut.* 87. *ex cap. Quod ſuper his*, el 9. *de Maioritate, & obedientia.* Auſonius Noctinot, verbo, *Prælati Regulares, num.* 27. Quocirca, Sacra Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ, facto verbo cum Sanctiſſimo, anno 1617. declarauit, vti refert Pellizarius, *tom. 2. part. 1. tract. 9. cap. 8. num. 65. ex Conſtitutione 51. Vrbani VIII. apud Cherubinum tom. 4. Bullarij*, non licere Fratribus Auguſtinianis Diſcalceatis Italiæ, neque in Capitulis generalibus, facere contrarias, aut contraria Conſtitutionibus Apoſtolica authoritate firmatis, eaſque non potuiſſe, nec poſſe practicari, antequam à tribus Capitulis generalibus diſpoſitæ, & à Sede Apoſtolica confirmatæ fuerint. Vide ipſum *num.* 75. referentem Nauar. Portel. & Peirin.

Prædictam doctrinam tenent 84. Lezana *part. 2. cap. 12. num. 3.* ex Nauar. *tom. 1. conſil. tit. de Conſtit. conſil. 9. n.* 14. Suar. *de legib. lib. 4. cap.* 19. & ex Caſtellino, *de electio. Canonic. Prælator. cap. 1. num. 3.* Idem Lezana *ibid. num. 6.* ex Peirinis,

tinis, *tom.* 1. *Priuilegior. Minimorum, in Conſtitut. Pyrrhi*, Eman. Roderiq. *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 17. *art. vltimo*, verſ. *Nec contra*, exemplum adducens in Conſtitutione in Capitulo facta, de eo quod ad profeſſionẽ quis admitti poſſit ante decimum ſextum ætatis annum contra Tridentini diſpoſitionem. Pellizarius *loco citato, num.* 75. ex Nauar. *lib.* 3. *conſiliorum, de Regularibus, conſil.* 5. *n.* 10. & ex Portel. *in dubijs Regul.* verb. *lex, num.* 10.

85. Quam quidem doctrinam tenuit etiam noſtra Congregatio, in fine Conſtitutionum ſuarum Sancti Facundi, de anno 1611. ibi: *Y por que en ellas hemos eſtatuydo, acordado, y decretado algunas coſas, que ſegun la diſpoſicion de los tiempos preſentes, nos pareçieron conuenir a la buena gouernaçion eſpiritual, y temporal de toda la Congregacion, y de los Monaſterios, y Religioſos, y Religioſas de ella, las quales pareze ſon fuera de la forma del derecho comun: ſuplicamos humilmente a ſu Santidad, ſe ſirua de aprobar, y confirmar las dichas Conſtituciones, como van ordenadas, y diffinidas. Y a la Mageſtad del Rey Don Phelipe nueſtro Señor, aſsi miſmo ſuplicamos ſe ſirua de hazer merced a toda la Congregaçion, de interponer ſu authoridad Real, para con ſu Santidad, y dar ſu auxilio, y fauor afin de que ſe confirmen las dichas Conſtituciones. Y al Reuerendiſsimo General remitimos haga eſtas diligencias, aſsi con ſu Mageſtad, como con ſu Santidad. Y mandamos, que haſta que ſu Santidad confirme las dichas Conſtituciones, no ſe guarden, ni ſe publiquen. Mas deſpues de confirmadas, remitimos a ſu Paternidad Reuerendiſsima las mande imprimir, y executar, como en en ellas ſe contiene.*

Imo, dato quod per priuilegium Apoſtolicum ſit Religioni conceſſa ampliſſima ad condendas Conſtitutiones, & leges, poteſtas, nihil omnino contra ea, quæ in iure ſunt expreſſa, ordinare poteſt, niſi ſpecialis ad id faciendum & expreſſa facultas concedatur. Emanuel Roderiq. *quaſt. Regul. tom.* 3. *quaſt.* 17. *art. vlt.* Lezana *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *in fin.* Aſcan. Tamburin. *tom.* 3. *de iure Abbatum, diſp.* 3. *quaſtiunc.* 2. *num.* 2. verſ. *Et notandum, & n.* 3. ait, non ſufficere allegare priuilegia communia, & incerta, ex Abbate, & Decio *in cap. Si duobus, de Appellat.* Roderiq. *tom.* 3. *quaſt.* 11. *art.* 1. Nauar. *lib.* 1. *conſilior. conſil.* 3. *num.* 1. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 1. *cap.* 1. *quaſt.* 1. *num.* 2. Suar. *de legib. lib.* 6. *c* 26 *num.* 7. *& habetur* (ait) *deciſum apud Ludouiſium, deciſio.* 267. *& in alijs deciſionibus à Ludouiſio allegatis, & in deciſ.* 103. *num.* 7. *part.* 2. *diuerſorum.* Quod prius docuerat ipſe Tamburinus *tom.* 1. *diſput.* 5. *quæſtiunc.* 11. 86.

*ſtiunc.*1. *num.*5. *ex cap. Quod ſuper his, de maioritate, & obedientia,* & ex *deciſ. Rotæ* 267. *num.*7. *&* 8. *coram Greg. XV.* Franc. Raggius, *de Regim. Regul. centur.*2. *dub.*159. verſ. *Aduertendum*, ex Nauar. *lib.*4 *conſil. tit. de Regularib. conſil.*3. Sic ait. *Quando Summus Pontifex dat licentiam generalem condendi ſtatuta aliqua in communi, ac denique in generali confirmat, intelligitur dummodo ſint licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus non aduerſentur.* Ita ille, cuius interpretatio, conſonat Regulæ: *In generali conceſſione, non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus*, la 81. *de Regulis iuris lib.*6. Sà verbo, *lex*, *n.*31. Similiter ait. *Papa confirmans ſtatuta, intelligit, modo ſint conformia iuri communi, aut ab eo non valde aliena.*

87. Tertiò ſequitur Prælatos ſuperiores non poſſe diſpenſare in pœnis taxatis, ſiue impoſitis ab inferioribus Prælatis, vti ab homine, illas remittendo. Lezana *part.*4. verb. *Prælatus Regularis, num.*16. ex Miranda *in Manuali, tom.*2. *quæſt.*30. *art.*11. *concluſ.*1. & ex Portel. *in dub. Regular.* verb. *Prælatus, num.*12. Hier. Garcia *in Politica tom.*2. *tract.*10. *difficult.*8. *dub.*1. *num.*7. ex Murcia, *cap.*4. *in cap.*8. *Regulæ*, *num.*13. & ex Peirinis, *tomo de Prælato*, *q.*1. *cap.*8. *num.*17. *&* 20. Caſtrus Palaus *part.*1. *tract.*3. *diſp.*5. *punct.*6. *num.*13. Antonin. Diana, *part.*8. *tract.*3. *reſol.*31. *& part.*9. *tract.*9. *reſolut.*38. ex dicto Murcia *loco citato, num.*6. cuius verba, de Generalibus Religionum loquentis, in hunc modum refert.

No pueden diſpenſar en la pena impueſta por el Prelado inferior, verbi gratia, por el Prouincial. Emanuel Rodriquez eandem ſententiam ſequens, in ſequentia prorumpit, *tom.*1. *qq. Regul. quæſt.*22. *art.*8. prope finem. *Si pœna ſit impoſita à iudice & Prælato Ordinario, non poteſt Superior illam tollere contra voluntatem ipſius Prælati Ordinarij. Exempli gratia. Demus Prouincialem condemnaſſe Religioſum aliquem iuſte, in priuatione actuum legitimorum, aut ſuſpenſione Ordinum, non poteſt Generalis Miniſter talem pœnam tollere contra voluntatem Prouincialis, qui pœnam tulit.* Hucuſque Roderiquez. 88.

Iſtam ſententiam citati Authores, & alij fundant in Concilio Tridentino, *ſeſſ.*14. *de Reformatione, cap.*1. Vbi ſtatuitur. *Qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus; nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, ſiue honores reſtitutio ſuffragetur.* 89.

Cui Conciliari decreto, addo textum *in cap. Cum ab Eccleſiarum Prælatis*, & ibi gloſſ. per totam,

tam, el 3. *de offic. Ordinarij*, vbi Alexander Papa Tertius, Epiſcopo Florentino præcipit in hunc, qui ſequitur modum. Videlicet: *quatenus ſi quando Plebanus Sancti Pancratij in Clericos, vel laicos parochianos ſuos, interdicti, vel excommunicationis ſententiam rationabiliter*(quod ſemper præſumitur donec probetur contrarium, ait Gloſſa, verbo, rationabiliter.) *ipſam facias inuiolabiliter obſeruari, & eam ſine congrua ſatisfactione, & abſque eiuſdem Plebani conſcientia, non relaxes.* Hæc Alexander. Quod autem Conſtitutio noſtra ſtatuat idem fieri, ſeu obſeruari debere, à Prælatis ſuperioribus, in ſententiis, ab inferioribus Prælatis, latis, apertè patet ex eius decreto, ſupra num. 15. relato, ibi: *conformandonos con los decretos del Sancto Concilio de Trento*, &c.

91. Prædictam tamen ſententiam, merito omnes limitant Doctores, vt illa locum non habeat in caſu, quo Prælatus, qui pœnam tulit, mortuus fuerit, aut ſuo functus officio: aut in quo denique per appellationem, ad ſuperiorem Prelatum præfatum, cauſa ſit iuridicè deuoluta. Quia in his caſibus, non cenſetur contemni Ordinarius à quo pœna fuerat impoſita. Quocirca doctiſſimus Pax Iordanus, *tom.3. de re iudiciali, lib.14. tit.26.* de Appellatione, *num.* 501. ſic ait. *Deueniendo ad iudices Ordinarios Eccleſiaſticos, ponitur concluſio. Quod appellandum ſit gradatim: quia Eccleſia ex vario dignitatum gradu, ad inſtar, cæleſtis Eccleſiæ triumphantis mirificè decoratur: & niſi cuique ſua iuriſdictio ſeruaretur, Eccleſiaſticus ordo, & neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ turbaretur. cap. 39. Peruenit, 11. q. 1. Card. Alexand. in Rubrica noſtra n. 20 pluribus exornans. Scaccia, tract. de Appellat. q. 8. num. 51. verſ. Ad tertium artic. ſummum namque in rebus bonum eſt colere iuſtitiam, & cuique ſua iura ſeruare. cap. Si ſæculi, 12. quæſt. 2.* Hæc Iordanus.

Tertium diſcrimen inter Priorem Clauſtralem, & Priorem Conuentualem domus principalis, aut Filiationis, ſeu Prioratus, annexi alteri principali repertum, eſt, quod quilibet Conuentualis Prior, ſiue pluribus Religioſis, ſiue vni tantum præſit, ſemper eſt dignitas Eccleſiaſtica, & verus Prælatus. Patet ex Clementina, *Et ſi principalis*, cum ſua gloſſa verb. eod. & verb. *Iſta Clementina*, & verb. *Conuentualem*, la 2. *de Reſcriptis*, iuncto *cap. ſtatutum*, §. *Sancimus*, *el* 11. *eod. tit.* de quibus latius ſupra numero 70. & 71. diximus. Et vlterius probatur, quia habet adminiſtrationem cum iuriſdictione in vtroque foro, vti ex 92.

 dictis

dictis patet, præcipuè num. 23. 27. 28. 29. & 30.

93. Quod & conſtare videtur ex noſtræ Congregationis Conſtitutionibus, & Definitionibus. In Conſtitutione enim, c. 3. n. 18. dicitur: *Mandamos con el mismo precepto a los Abbades guardin lo que ſe les ordena en eſtos dos parrafos, con los Monjes de los Prioratos, y Filiaciones, y de los demas annexos de las Caſas. Ya los Superiores dellos mandamos con el miſmo precepto, guarden con los Monjes, lo que ſe manda a los Abbades, a ſi en tenerlos recogidos en ſus Caſas para el dia, que los Abbades ſe ayan departir a Capitulo general, como en no darles licencia para ſalir della, mas que por el diſtrito de la clauſura, que les eſta ſeñalado, por todo el tiempo, que durare el Capitulo, haſta que en las Caſas aya Abbades nueuos.* Hæc ibi. Et cap. 34. num. 9. præcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs, contra proprietarios in iure, & Sacris Canonibus Conciliorum, ſtatutis, nullum Monachum, aut Fratrem laicum, poſſe apud ſe, aut alias perſonas, argentum, aurum, lapides pretioſos, aut gemmas vltra viginti quatuor horas retinere, aut intra illas expendere, *ſin licencia expreſa del Abbad, o Preſidente del Monaſterio, o Priorato.* Et cap. 57. num. 1. *Ordenarios, que los Abbades de Filiaciones, Priores de Prioratos, y Superiores de las Granjas, ſe elijan por el Abbad, y Monjes del Conſejo.* Et num. 5. *Mandamos, que las Caſas de todos los annexos eſten cerradas, y eſte determinada la clauſura, adonde ſe puede eſtender el Religioſo, que en el annexo viuiere, con licencia del Superior, y ſin ella.*

In definitionibus denique, vltimi Capituli generalis, anno 1653. celebrati, ſic §. 1. *num.* 8. fuit definitum. *Ytem ſe declara, que los Monges, y Frayles legos, que viven en qualeſquiera Prioratos, eſtan ſujetos en todo, y por todos a los Priores, o Superiores de ellos, a ſi en el gaſtar, y ſalir de caſa, como en las demas acciones, que pueden caer debaxo de obediencia, como, y de la manera, que eſtan ſujetos a ſus Abbades los demas Monjes, que viven en los Monaſterios principales.* 94.

Ex quibus, euidens fit, Priores Prioratuum huiuſmodi, habere adminiſtrationem cum iuriſdictione in vtroque foro: & conſequenter Dignitatem, & Prælaturam propriam, & rigoroſam. Aliàs enim non eſſent, qui in Prioratibus degunt, Prioribus ſubiecti, *en todo, y por todo, como y de la manera, que eſtan ſujetos a ſus Abbades, los demas Monjes, que viuen en los Monaſterios principales.* Quocirca Tamburinus 95.

nus noſter, *tom. 2. de iure Abbatum, diſp. 1. quæſtiunc. 4. num. 2.* Sic ait. *Confirmatur, quia Abbates, & Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſua diœceſi, in iuriſdictione non diſtinguuntur ab Epiſcopis, ſicut & Prælati locales, qui domui alicui præſunt, eadem iuriſdictione quaſi Epiſcopali fruuntur in ſuos ſubditos, vt probant Sanch. de Matrimonio, lib. 2. diſp. 3. num. 8. Nauar. lib. 1. Conſilior. in 2. editione, titul. de tempore Ordin. conſil. 36.* Hæc Tamburinus,

96. Sanchez autem, non loco citato, ſed *lib. 8. diſput. 3. num. 9.* id docet, his, quæ ſequuntur, verbis. *Idem cenſeo* (poſſe ſcilicet ſecum diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus poſſunt cum ſuis ſubditis, de quo num. 8.) *de Prælatis Regularibus, ſiue Generalibus, ſiue Prouincialibus, ſiue Præpoſitis localibus, qui toti domui præſunt, & eorum abſentium vices gerentibus, vt ſunt Vice-Rectores, Vice-Priores: hi enim omnes poſſunt ſecum diſpenſare in quibus poſſunt cum ſubditis, quod hi omnes iuriſdictione quaſi Epiſcopali fungantur in ſuos Religioſos, ac poteſtate Ordinaria diſpenſandi in ieiunijs, ac votis dictorum, ac alijs præceptis ratione ſui muneris, inſtar Epiſcoporum cum ſuis ſubditis, vt bene docet Azor. lib. 7. cap. 19. quæſt. 6. Nauar. lib. 1. conſil. in 2. editio. tit. de tempore Ordin. conſil. 36. num. vnico, & in ſumma cap. 12. n. 75. Et ratio eſt, quia ſunt Paſtores Ordinarij ſuorum Religioſorum, ſicut Epiſcopus ſæcularium. Ergo idem dicendum eſt de ipſis, quod de Epiſcopis diximus numero præcedenti. Secundò, quia militat eadem ratio.* Hæc omnia Doctiſſimus Thom. Sanchez, cuius doctrina omnino conſonat doctrinæ Patris Franciſci Suarez, *ſupra num. 29.* exſcriptæ, quam hic non iterum exſcribo, ne oneri ſim. Adnotentur tamen in ea, verba illa: *Et ſimiles, qui in vnoquoque Conuentu Prælati ſunt.* Et pariter illa Tamburini. *Sicut & Prælati locales, qui domui alicui præſunt.* Ac ſimilia Sanchez: *Siue Præpoſitis localibus, qui toti domui præſunt.*

Eandem doctrinam tenuit Ludouicus Bellus, *in Conſilijs Poſthum. conſil. 59. num. 1.* cum dicat. 97.
Correctio enim, & diſciplina regularis obſeruatio, de iure ſpectat ad Superiorem Monaſterij ſui Collegij Regularis, ſiue Abbas, ſiue Prior, ſiue quocumque nomine nuncupetur, cap. Cum ad Monaſterium, cap. Quanto, de offic. Ordinarij. Sed & criminum coërcitio hoc caſu ad dictum Priorem ſpectare debet, cum ſint à iuriſdictione dicti Archiepiſcopi exempti, ad quem alioquin, huiuſmodi exemptione ceſſante, pertinuiſſet. Canon. Hoc cautum. Can. Abbatem, 18. quæſt. 2. Auffrer. ad Capell. Toloſan. quæſt. 408. Chenu en ſon recueil des reglemens, tit. 1. cap. 17. verſ. Eſt vne, maximè, pag.

mihi 18. *Prior enim propter dictam exemptionem ſuccedit in authoritatem Archiepiſcopi, ne delicta maneant impunita.* Hæc Ludouicus præfatus.

98. Prior autem Clauſtralis, ſeu Monaſterij, quantumuis principalis, Abbatem habentis, non habet dignitatem, & Prælaturam. Gloſſ. *in Clement. Etſi principalis*, verſ. *Ita Clementina*, & expreſſius, verbo, *Conuentualem*, 2. *de reſcriptis*, & Doctores mox citandi Et ratio eſt, quia non habet adminiſtrationem vniuerſalem Monaſterij cum iuriſdictione in vtroque foro, vti patet ex dictis *ſupra n.* 21. 26. 27. 28. *&* 31. Si tamen aliquam contentioſam habent iuriſdictionem, non illa propria eſt, & ordinaria, ſed delegata; quæ, & quanta ſit, ex Abbatis delegatione, erit colligendum. Ita Tamburinus *loco in n.* 95. *citato*, *num.* 4. *& tom.* 3. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *& diſput* 9. *quæſt.* 3. *n.* 19. Nicolaus Brauo, *in cap.* 71. *ſancta Regula*, *n.* 6. Eligius Baſſæus, verbo, *Prælatus, num* 1. verſ. *Inter.* Silueſter *eodem* verbo, *quæſt.* 2. Pellizar. *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *c.* 1. *n.* 5. Habet tamen Perſonatum, quia ex Conſtitutionibus Sancti Facundi, *cap* 33. *num.* 6 *& cap.* 50. *num* 8. præeminentiam præcedentiæ, vltra eam, quæ ratione ſuæ profeſſionis illi competit, obtinet: & hac de cauſa poteſt fieri delegatus iuxta Clement. 2. *de reſcriptis*, de qua ſupra *num.* 70.

Sed bene cum ſupradictis ſtat, 99. vt Prior Clauſtralis, in caſu quod Præſidens ſit Monaſterij, per Abbatis defectum, vel abſentiam, dignitas, & Prælatus verus ſit: habeátque eandem adminiſtrationem, poteſtatem, & iuriſdictionem in vtroque foro, quam habent Abbas, & Prior Conuentualis; exceptis excipiendis, iuxta Ordinis limitationes. Gregor. Sayrus *lib.* 3. *de cenſuris, cap.* 33. *num.* 22. *&* 23. Tambur. *tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 5. *& diſp.* 13. *quæſtiunc.* 11. *n.* 3. Leonard. Leſſius *in Auctuario*, verbo, *Abſolutio, caſu* 9. *per totum*, & verbo, *Prælatus, caſu* 1. Thom. Sanch. *in Decalogum lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 88. Eman. Sà, verbo, *Delegatus*, *n.* 1. Pellizar *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *c.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 1. *n.* 49. *&* 50. *cap.* 5. *ſect.* 3. *num.* 108. *& tract.* 9. *cap.* 1. *num.* 5. *& cap.* 3. *ſect.* 4. *num.* 225. Bauny *in praxi Beneficior. diſp.* 1. *quæſt.* 6. Caſtr. Palaus *p.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 6. *punct.* 7. §. 4. *num.* 2. Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 7. cuius doctrinam *ſupra num.* 29. exſcripſi. Hieron. Garcia *in Politica*, *tom.* 2. *tract.* 10. *difficult.* 1. *dub.* 1. *num.* 3. *&* 12. Lezana *in ſumm. qq. Regular. part.* 1. *cap.* 18. *num* 3. *& part.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. 39. 41. *&* 50. Thom. Del-bene, *de Immunit. Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 14. *dub.* 18. *ſect.* 9. *num.* 1. *dub.* 19. *n.* 2. *& cap.* 15, *dub.* 7. *num.* 34. Anton. Naldus,

Naldus, verbo, *Abeſſe, num.* 11. & verbo, *Abſolutio, num.* 25. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, titulo, Prælati Regularis*, *num.* 70. 71. *&* 72. Diana, *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 1. *&* 23. *in fine, & reſol.* 28. *& part.* 6. *tract.* 8. *reſolut.* 15. Noctinot, verbo, *Prælati Regularis priuilegia, num.* 47. Eman. Roderiq. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 18. *art.* 2. *& q.* 20. *art.* 3. Bonacina *tom.* 3. *diſputat.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 8. *n.* 7 Thom. Zerola *in praxi Epiſcopali*, verb. *Prælatus*, verſ. *Primo*. Silueſter *eod. verb. quæſt.* 2. Nicol. Brauo *in cap.* 71. *Sanctæ Regulæ*, & Baſſæus, verbo, *Prælatus*, *num.* 1. *verſ. Inter.*

100. Qui tamen tres vltimi doctrinam limitant, dicentes, Priorem Clauſtralem, aut Vicarium, non eſſe Prælatum, niſi amoto, aut mortuo Abbate, Priore, Rectore, aut Prælato principali loci. Sed omnes alij recenſiti Doctores docent, non ſolum in duobus his caſibus exceptis, ſed in omni caſu defectus, aut abſentiæ principalis, Vicarium eſſe verum Prælatum. Quibus adde Carolum Malletum, *tom.* 1. *de Sacramentis*, *Malleatione* 45. *Bractea* 10. ſic dicentem: *Hinc apparet propriè in iure dici Prælatos eos Religioſos, qui Monaſtici Conuentus, ſiue Cœnobij totam curam, & adminiſtrationem cum iuriſdictione ordinaria habent.* Hæc ille. Certum autem eſt, quod in caſu defectus, & etiam abſentiæ Abbatis, totam curam, & adminiſtrationem habet cum iuriſdictione ordinaria Prior Clauſtralis, aut quilibet alius Præſidens Monaſterij. Et merito quidem, quia vt bene dicit Tamburinus *tom.* 2. *diſput.* 13. *quæſt.* 11. *num.* 3. Monaſterium nunquam dicitur deſtitutum aliquo Superiore, qui in Monachos iuriſdictionem exerceat; alias Monachi peioris eſſent conditionis, quàm ſubditi Epiſcopi. Vnde non minus bene ipſe Doctor, *diſput.* 1. *quæſtiunc.* 4. *num.* 5. & Leſſius *in Auctuario*, verbo, *Abſolutio*, *caſu* 9. docent, quod abſente, vel non exiſtente Abbate, iſtius poteſtas, & omnimoda iuriſdictio, deuoluitur ad Priorem Clauſtralem, imo ad Priorem Secundum: & ad quemlibet alium Monaſterij Præſidentem, addit Leſſius, cuius verba hic non grauabor exſcribere.

Abſente Abbate, & Priore, hæc poteſtas deuoluitur ad eum, qui in locum eorum in gubernando Monaſterio ſuccedit, ſiue is Secundus Prior ſit, ſiue Tertius, ſiue alius; modo cum vera iuriſdictione in abſentia, vel defectu aliorum præſit. Ac proinde hic quoque ſubdelegare ad factum aliquod particulare poterit. Hæc omnia doctiſſimus Leſſius dicit, & dicere omnes debent, ob rationem modo ex Tamburino allatam, quam amplexus eſt Lezana, *p.* 2. *c.* 13. *n.* 41. 101.

Eandem doctrinam prius tenuit noſter Beatus Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus, *in ſuis Decretis, c.3.pag.mihi 277.* vbi duplicem Priorem in Monaſterio diſtinguit: vnum, quem Priorem maiorem (ſicuti apud noſtram Congregationem) appellat, & Præpoſitum; & alterum, quem Clauſtralem nominat, & correſpondet noſtro Priori ſecundo. Sic circa Prioris Maioris poteſtatem, ſtatuit. *Ea quoque, quæ extra Clauſtrum ſunt,* (id eſt, quæ non pertinent ad Clauſtrum, ſeu ad obſeruantias Monaſticas, & Regulæ, in quo adæquatè eſt comprehenſa Prioris Maioris, ſeu Clauſtralis poteſtas, iuxta dicta ſupra, *num.21. 26.27.28.& 31.*) *ſi Abbas deeſt,* iuxta ipſius arbitrium (ſcilicet Prioris) *diſponuntur. Si Abbas longius à Monaſterio fuerit, ipſe deponere poteſt eos, quos intellexerit non iuxta proficuum Eccleſiæ res ſibi commiſſas tractare.* De Priore autem Secundo, ita decernit. *Abſente Maiore Priore Capitulum ſeruientium debet tenere, & ſecundum culpas, vindictas inferre; ſed non eſt ſui iuris quemlibet addere, vel auferre.* Hæc D. Lanfrancus.

102. Sacráque Congregatio noſtra, magna ex parte tanti Patris ſui ſtatutum ſequuta, ſic in conſtitutionibus, cap. 33. num. 5. decreuit. *Et Prior mayor en auſencia del Abbad fuera del Monaſterio, es Preſidente del.* Et n.13. *Et Prior ſegundo en auſencia del Abbad, y del Prior fuera del Monaſterio, es Preſidente del, ſi el Abbad, con garezer de los del Conſejo, no dejare oro Preſidente.* Et præter alias limitationes circa poteſtatem vtriuſque Prioris, quas in citato capite ponit, num.11. hanc inducit. *Mandamos en virtud de ſancta obedientia, y ſo pena de excomunion mayor lata ſententiæ, y degriuacion de officio de Prior, que ninguno de los Priores, ni Priores ſegundos, aunque eſten por Preſidentes por ſuſpenſion de Abbad, puedan mudar Abbad de Filiacion, Prior de Priorato, Mayor domos, ni Prior ſegundo de las Caſas Principales, ni Sacriſtanes mayoris, ni pueda mudar Iuez, ni otro Miniſtro, ni Official de Iuſticia Eccleſiaſtica, ni ſeglar, ni hazer obra alguna en la Caſa, ni foro, ni arrendamiento, ni vita, ni preſentacion de beneficio, ni haga tomas reſidencia a los Iuezes: ni finalmente, en nada mude el gouierno del Monaſterio, ni de ſus annexos, atta que el Abbad buelua a la Caſa, o ſi fuere de nuebo electo, tome la poſſeſſion de ſu Abbadia.* Hæc ibi. Vbi demonſtratur, Priores maiores, & ſecundos, eſſe Monaſterij Præſidentes, non ſolum Sede Abbatiali vacante, & in Abbatis ſuſpenſione, ſed & in eiuſdem Abbatis abſentia,

abſentia, contra id, quod Silueſter, Brauo, & Baſſæus, *locis num 99.citatis*, docent: & habere omnimodam adminiſtrationem, & iuriſdictionem in non exceptis iuxta ea, quæ dicemus numero 117. cum ſequentibus tribus.

103. Conueniunt igitur Præſidentes, quicumque illi ſint, in Conuentibus magnis, & paruis, principalibus, & annexis, ſiue Abbates, Priores, Guardiani, Rectores, Commendatores, ſiue alio quocumque decorentur nomine, in eo, quod non habeant in Conuentu, aut Monaſterio, Abbatia, Prioratu, Guardiania, Rectoria, Commenda, &c. Superiorem, ſed ipſi ſint Superiores, & Capita cum adminiſtratione, & iuriſdictione pro vtroque foro, tam perſonarum. quam rerum: ac per conſequens in eo, quod eorum.quilibet verè ſit Dignitas, & Prælatus: & quod poſſit, debeátque ratione officij, & ex iuſtitia, omnia illa facere, quæ alij immediati Prælati facere poſſunt, & debent. Sed hoc acutis calamis delineare libuit.

104. *Inter Superiores immediatos Cōuentuum, iure veniunt connumerandi* (ait Lezana, *part.2.* cap 13. num.39.) *hi, qui Vicarij Conuentuum, & Vicarij in Capite appellari ſolent: illi ſcilicet, qui in Conuentibus ipſis, non habent Superiorem. Sunt enim veri Prælati, vt tom.1.cap. 18. num.3. diximus. Rodrig. tom. 1. qq. Regular. quæſt.12. art.6. Vnde etiam ſunt dicendi habere dignitatem Eccleſiaſticam. Rodriq. ibid. Cum autem ſint verè Prælati, omnia illa poterunt facere, quæ alij Prælati immediati Conuentus, Priores, Abbates, Guardiani, &c. nuncupati, facere poſſunt. Portellus in Dub. Regular. verbo, Vicarius in Capite.* Hæc Lezana, *qui dicto cap.13. num.41. & 50.* eadem confirmat

Leſſius item, *in Auctuario*, verbo *Prælatus, Caſu* 1.huic quæſitui: *Vtrum Decanus Eccleſiæ Cathedralis Sanctæ Mariæ Antuerpiæ cenſendus, & dicendus ſit Prælatus?* Sic reſpondet. *Reſpondeo breuiter, propriè, & ſtrictè, ſecundum iura, prædictum Decanum eſſe Prælatum, & Decanatum ipſius eſſe Prælaturam. Quod confirmo hoc ſyllogiſmo. Propriè, & ſtrictè Prælatus dicitur, qui habet curam animarum cum iuriſdictione, ita ut poſſit ſubditos corrigere, & punire: Atqui Decanus Antuerpienſis habet curam animarum cum iuriſdictione, qua poſſit ſubditos ſuos punire,* &c *Ergo eſt Prælatus.* Maior *eſt communis ſententia Doctorum, vt refert Panormitanus, in cap. de multa, num.21. vbi ſic ſcribit: Concluſio communis eſt, vt is dicatur habere dignitatem, qui habet iuriſdictionem. Vnde quilibet Rector, ſeu Prior Eccleſiæ Collegiatæ, dici-* 105.

tur

[illegible] habere dignitatem, vt notat [illegible] in Clementina 1. de Electione & in Clement. Ne in agro, de ſtatu Regul. Domini de Rota, deciſ. 160. & talis propriè, & ſtrictè appellatur Prælatus. Idem confirmatur apertè, ex cap. cum ab Eccleſiarum, de Officio Ordinarij, vbi Pontifex omnes Eccleſiarum Rectores, qui poſſunt excommunicare, vocat Eccleſiarum Prælatos, Vnde & Plebani, qui excommunicare poſſunt, verè, & propriè ſunt Prælati, vti ex illo capite colligitur, vbi idem luculenter tradit Gloſſa. Eadem confirmantur ex cap. 2. iuncta Gloſſa, de Iudicijs, & ex Clement. Dudum, de Sepulturis. Minor abundè probatur ex aſſiduo vſu, & ſcripturis, quæ in fauorem Decanatus illius proferuntur. Quare non videtur dubitandum quin Decanatus ille propriè ſit Prælatura, & Decanus ſit appellandus Prælatus. Idem ſentiunt omnes Summiſtæ, verbo, Prælatus. Angelus, Sylueſter, Fumus, & alij. Neque vllam in contrarium dubitandi rationem inuenio.

107. Hæc omnia doctiſſimus Leonardus Leſſius, cuius verba, imo & integrum Caſum, ad vnguem, vt aiunt, hic exſcribere duxi, vt doctrina ſuprà tradita, magis ſua auctoritate, & doctrina pariter illuſtretur. Sed vt in ore trium, omne hoc ſtet verbum, audi & noſtrum Abbatem Tamburinum, de iure Abbatum, *tomo 2. diſput. 1. quæſt. 4. num. 6.* ſic argumentum concludentem.

Igitur abſente, mortuo, vel amoto Abbate, ſiue Prælato Conuentuali, Prior Clauſtralis, ſeu Vicarius, cenſebitur Ordinarius Iudex, & Prælatus Monachorum illius Conuentus, ac Ordinarius iuriſdictionem ex vi ſui muneris, in tali caſu obtinens. Hæc non minus eruditus Tamburinus, qui *in tomo 1. diſputat. 22. quæſtiunc. 1. num. 7.* ſic dixerat. 108.

Notandum, quod hæc poteſtas (ſcilicet ad benedicendas ſacras veſtes, & Eccleſiaſtica ornamenta, de quibus *num.* 1. docuerat iure ordinario earum benedictiones Epiſcopis tantum conſecratis competere, cum ſit, ait, Ordinis, non autem iuriſdictionis:) *non ſolum Abbatibus conceſſa eſt, verum etiam extenditur ad Priores, & Vicarios ipſorum Abbatum, per priuilegium conceſſum Congregationi Sanctæ Iuſtinæ ab Innocentio Octauo, anno Domini* 1487. *Qui conceſſit Prioribus dicti Ordinis, & Vicarijs in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuſcumque Monaſterij, poſſe benedicere Corporalia, veſtimenta, cæteráque ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum diuinum pertinentia, tam ſui Monaſterij, quam etiam vndecumque ſint. Ita refertur in libro priuilegiorum dictæ Congregationis, folio* 132. Hucuſque Tamburinus eiuſdem 109.

eiuſdem priuilegij meminit Vidal, *tit.de Iuriſdictione, inquiſ.*4. *num.* 25. & ibi, & in ſeqq. late probat, in ſuo vigore illud hodie permanere, non obſtantibus declarationibus,& decretis S.Congregationis in contrarium per Gauantum adductis, quibus ſit ſatis. Quod priuilegium valde notabile eſt pro firmanda doctrina ſupra tradita. Quia ſi Vicarius, ſeu Præſidens, Abbati,& Priori in his, quæ Ordinis ſunt, ſuccedit, quid mirum, quod & in his, quæ iuriſdictionis ſunt, ſuccedat? Et quidem non ſolum ſacras veſtes, & paramenta Eccleſiaſtica poſſunt benedicere Abbates, Priores Conuentuales, & eorum Vicarij, ſeu Præſidentes, ſed etiam Oratoria, Cœmeteria, & Eccleſias proprias, ſolemniter benedicere queunt, Tamburinus, *tom.*1.*citat. diſp.* 23. *quæſt.*9. *num.*3. Pellizarius, *tom.*2.*tract.*8. *cap.*5.*ſect.*2. *num.*67. *& ſect.*3 *num.*101. & Lezana, *tom.*3. verb. *Eccleſia n.* 7. qui, ex Sorbo, notat, ſolemnem benedictionem illam eſſe, quæ cum illa fit ſolemnitate: *Adiutorium noſtrum,&c. Sit nomen Domini benedictum*, &c. Prout in Pontificali, ſeu Rituali Romano. Quod aſſertum, præter priuilegia Abbatibus conceſſa, & à Tamburino, & ſuppreſſo nomine, ſeu in genere citata,nonnulla alia Apoſtolica tuentur diplomata. In primis enim Alexander Papa Sextus, die 8. Maij, anni 1493. Prioribus Canonicorum Regularium S. Saluatoris Bononienſis inter alia conceſſit, vt Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, & alia loca quæcumque ſuæ Congregationis, & Cœmiteria pro tempore quomodocumque polluta, reconciliare perpetuo valeant. Habetur hoc priuilegium à Tamburino loco citato exſcriptum, ex lib. Priuilegior. Canon. Regular. Mediolan. impreſſ. pag. 382.

Iulius etiam Secundus in Conſtitut. *Dudum ad ſacrum Ordinem Minimorum*, la 10. huius Pontificis apud Cherubinum, tom.1.Bullarij, ſic §.22. conceſſit Minimorum Prælatis. *Ac quod ipſius Ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles, ac Prouinciales, eorúmque vicegerentes, omnes, & ſingulas eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, Cæmeteria, Capitula, & Oratoria, tam in dicta Diœceſi Iſpalenſi, quam vbicumque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda ſolemni benedictione benedicere. Ac etiam illas,ſeu illa, & earum quamlibet ſanguinis, ſiue ſeminis effuſione, ſiue aliàs quomodocumque pollutas, ſiue polluta, quotiens opus foret, aqua tamen prius per aliquem catholicum Antiſtitem, vt moris eſt, benedicta reconciliare.* Ita Iulius, 5.Calend. Aug.de anno 1506.

Tertiò fundatur aſſertum, in Conſtitutione Leonis X. ſexta in recollectione Eman. Roderici, incipit, *Dilecti filij*, ſub 3. Februarij, Anni 1514. ſic Minoribus conceſſit, videlicet. *Ac veſtri Ordinis Generalibus, & Prouincialibus, Vicarijs, & Cuſtodibus, ac Guardianis pro tempore exiſtentibus, & præfatis, vt omnia, & ſingula eiuſdem Ordinis, & obſeruantia Eccleſias, Cœmeteria, ac Capitula, & Oratoria, vbicumque exiſtentia, receptas, & recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ac paramenta, & ornamenta, ac alia quæcumque ad diuinum cultum, & vſum veſtrum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit, pro veſtro vſu tantum, ſolemni benedictione, ac etiam per Vicarios, ſeu Guardianos, aut alios, ad hoc à vobis, in veſtris Capitulis Generalibus, prouidè deputandis, benedicere, ac illos, ſeu illa, & eorum quodlibet, ſanguinis, ſeminis effuſione, ſeu aliàs quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aqua per vos, præſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum, aquam Benedicentem, per duas dietas, adire non poteritis benedicta, reconciliari, libere, licite valeatis, authoritate Apoſtolicæ, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.* Hæc Leo.

Notetur dictio *Præſertim*, in hoc addita priuilegio, ratione cuius poſſunt Regulares Prælati aqua à ſemetipſis benedicta, tam in benedictione prima, quam in reconciliatione ſuarum Eccleſiarum, &c. vti, etiamſi Epiſcopus in loco propinquo ſit. Quia dictio illa comparatiua eſt, & importat idem quod *maxime*, ſeu *præcipue*, Barb. *de dictionibus vſu frequentioribus dict.* 277. Eſtque implicatiua, ſeu inuolutiua eiuſdem iuris. *Barb. ib. ex Azeued. l. 3. n. 2. tit. 7. lib. 3. noua Recopilat.* Exprimitque caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem. Barb. ex *l. fin.* & ibi gloſſ. *V. Præſertim, ff. de liber. exhibendis. C. Pro humano* & ibi Doctores, *de homicidio, in 6.* Denotat igitur dictio hæc idem iuris eſſe in caſu contrario. Barb. ibid. ex Natt. Caſſad. & Cened.

Ex dictis fit Priores Conuen- 110.
tuales, tam Conuentuum principalium, quam annexorum, ſeu Prioratuum noſtræ Cõgregationis, & Præſidentes præfatos, poſſe ſibi Confeſſarium intra, & extra Ordinem eligere, ex *cap. Ne pro dilatione, & 16. de Pænit. & Remiſſ.* concedente Epiſcopis, & Prælatis ſuperioribus, & inferioribus, ſeu minoribus exemptis: *Vt etiam præter ſui Superioris licentiam, prouidum, & diſcretum,*

tum ſibi poſſint eligere Confeſſorem. Diana *part.3.tract.2. reſolut.1.& part.4. tract.4. reſolutio.1.* Noctinot, verbo, *Pralati Regularis priuilegia, num.*47. Hieron. Garcia, *in Politica, tom. 2. tract.*10. *difficult.1.dub.1.num.9.&* 10. Lezana, *part.1.cap.*18.*n.*81. *iuncto* 3.

111. Quartum diſcrimen inter Priorem Conuentualem, & Clauſtralem repertum, eſt, quod Conuentualis, Abbati comparatur. Tamburinus, *tom.3.diſp* 9. *quaeſt.* 3. id bene colligit, ex *cap. Ne Religioſi*, & gloſſ. *in Summa*, el 24. *& finali, de Regularibus*, vbi præcipitur, *vt Patres Abbates, ſeu Priores fugitiuos ſuos, & eiectos de Ordine ſuo, requirant ſolicitè annuatim:* & quod Abbates, & Priores compellantur ad receptionem ipſorum; Clauſtralis vero, Vicario cuiuſlibet Prælati Conuentualis, ſeu localis comparatur. Ita in terminis de Prioribus, Clauſtralibus ſcilicet noſtri Ordinis, præfatus Domnus Tamburinus *tom.* 3. *diſp.* 2. *quaeſtiunc.4. & dicta diſput.9. quaeſtiunc.* 3.*n.* 19. Hier. Garcia, *loc. cit.n.*12. Lezana, *part.2. cap.* 13. *num.*41. quorum verba ſupra retulimus *num.26.* 28.*&* 32.& Pellizarius, *tom. 2. part.1. tractat.9. cap.1.num* 5.

112. Quartò ſuppono, omnes Prælatos, tam infimos, ſeu Conuentuales, aut locales, quam medios, & ſupremos noſtræ Congregationis, & omnium aliarum, & Ordinum ab Epiſcoporum iuriſdictione exemptorum, duplici poteſtate circa omnes, & ſingulos ſubditos ſuos reſpectiuè, potiri. Alia eſt dominatiua, per profeſſionem ipſis, ab eiſdem ſubditis tradita: quæ conſiſtit in iure, quod Religio, & Prælati acquirunt ad imperandum Religioſo, eiuſque vtendum operibus, prout conueniens iudicauerint. Eo enim ipſo, quod quis profeſſionem emittit, per obedientiæ votum ſe, in ſe ipſum, dominio priuat, & illud in Religionis Prælatos transfert. Et hinc, in eis poteſtas dominatiua Religioſi, ita ſe tradentis oritur. Tamburinus, *tom. 2. diſput.1.quaeſtiunc.2.num.2.* Lezana, *part.1.cap.*18.*num.*1. *& part.5. in Mare Magnum Carmelitarum, num.*399. Baſſæus, verb. *Pralatus, numero* 2. & Paulus Layman *in Concluſionibus Canonicis, de Iuriſdictione ordinaria, cap.* 6. *concluſione* 117.

Alia poteſtas politica eſt, & iuriſdictionis ſpiritualis, ad Claues Eccleſiæ pertinens, à Chriſto Domino ipſis immediatè communicata, vt Emanuel Roderiq. *tom.1.qq.Regular. quaeſt.*17. *art.7.* Baſſæus, verbo, *Pralatus, num.* 16. & alij grauiſſimi ſentiunt Doctores; vel mediante ſuo Generali Vicario, Romano Pontifice, vt communior tradit 113.

 opinio.

tradit. Eſtque quaſi Epiſcopalis; & eius virtute, ea omnia erga ſuos ſubditos facere poſſunt, quę erga Clericos ſibi ſubditos valet facere Epiſcopus. Eo enim ipſo, quod ab Epiſcopi iuriſdictione fuerunt Religioſi exempti, remanſerunt Summo Pontifici, & eius iuriſdictioni immediatè ſubiecti. Sed quia non poterant conuenienter immediatè per Papam, aut eius Commiſſarios, aut delegatos gubernari, & in omni, & ſingula Congregatione, & Conuentu, neceſſarij ſint ordinarij Paſtores, quibus illius cura, ex vi proprij muneris incumbat, ſicuti in qualibet Parochia, quã-uis minima, per exemptionem ab Epiſcopi iuriſdictione, cenſetur hæc à Summo Pontifice eximente, in Superiores Religioſorum ipſorum tranſlata, ordine quodam Hierarchico, non ſolum in Generalem, & in Prouinciales, & Abbates habentes Conuentus, Monaſteria, & Prioratus, atque Grangias, Conuentibus, quibus immediatè præſunt, annexas; ſed in Superiores omnes immediatos Conuentuales, & locales cuiuſlibet Cœnobij, Monaſterij, Prioratus, ac Grangiæ.

114. Ita docent Tamburinus, *tom.* 1. *diſput.* 1. *quæſtiunc.* 8. verſ. *Confirmatur*, & verſ. *Item*, & tom. 2. *diſput.* 1. *quæſtiunc.* 2. verſ. *Suppoſito*, & verſ. *Vnde*, *quæſtiunc.* 4 *num.* 2. *diſp.* 21. *quæſt.* 1. *num.* 3. *&* 8. *tom.* 3. *diſput.* 17. *quæſtiunc.* 5. *num.* 4. & expreſſius *in praxi criminali, quæſtiunc.* 1. *num.* 11. *& quæſtiunc.* 15. *num.* 3 *ex cap. Ea quæ, de ſtatu Monachorum*, Panormitano ibi, *& in cap. Si quis contra Cleric. de foro competenti.* Lezana, *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. ex communi Doctorum *in Clement.* 1. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*, verbo, *Proprijs*, *& cap. Abbatis*, *de Priuilegijs*, *lib.* 6. *& num.* 22. 40. 49. 54. 55. 90. *&* 91. *& part.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. 26. *&* 37. *& part.* 5. *in Mare Magnum Carmelitarum*, *num.* 399. *& tom. Conſultorum*, *conſulto* 6. *num.* 7. Pellizar. *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 1. *num.* 6. *tractat.* 9. *cap.* 1. *num.* 8. *& cap.* 3. *num.* 195. Caſtr. Palaus *p.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *punct.* 7. §. 1. *num.* 3. *&* §. 4. *num.* 2. Marcus Vidal, *tit. de Prælatis Regularibus*, *n* 5. 88. 89. *&* 91. Diana, *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 1. verſ. *Non grauabor*. Baſſæus, verbo, *Prælatus*, *num.* 1. verſ. *Prælati Ordinum*, iuncto verſu, *Inter*, & num. 2. Raggius *de regimine Regularium centuria* 2. *tract.* 2. *dubio* 114. *n.* 2. *& dub.* 147. *tract.* 8. *dub.* 157 *num.* 2. *& dub.* 158. *n.* 12. Hieron. Garcia *in Politica Regulari*, *tom.* 2. *tractat.* 10. *difficult.* 1. *dub.* 1. *num.* 13. Thomas Del-bene, *de immunitate Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 14. *dub.* 19. *num.* 2. *& cap.* 19. *dub.* 3. *num.* 4. Rota *in Vliſbonen. Monaſterij*, 19. *Nouembr. de anno* 1625. coram Coccino, apud

Abbatem.

Abbatem Tamburinum, præfatum, *tom.3. la 82. deciſ. pag. mihi*, 194.

115. Quæ doctrina tenet etiam ſi Superiores præfati non eligantur à communitate, ſed ab aliquibus, puta Diffinitoribus, vel Conſiliariis. Immo etiam ſi à ſolo Superiore maiore inſtituantur, vt praxis obtinuit, & docent Tamburinus *tom.1. diſput.1. quæſtiunc.8.* verſ. *Item*, ex Panormitano, *in Clement. Et ſi principalis, num.6. de reſcriptis, & tom.3. in praxi criminali, quæſtiunc.1.n.11.* & Raggius, *centur. 2. tractat.8. dub.157.* verſ. *Dices, & tractat.2. dub.114. num. 2.* Quocirca vide, quæ ſupra diximus, *num. 70. 71. & 72.*

116. Tenet etiam ſi Superiores huiuſmodi non ſint perpetui, ſed ad tempus; atque ad nutum Superiorum amouibiles. Ita idem Tamburinus *tom.1. diſp. 17. quæſtiunc.5. num.5.* ex communi Doctorum, & praxis. Et ſequitur ex dictis, præcipuè *num.70.71. & 72. citatis, & num.99. cum ſeqq.*

117. Quocirca adnotare libuit, tantam poteſtatem, quoad iuriſdictionem in ſuos ſubditos, præfatos habere Prælatos, & eorum quemlibet, quantam habent in ſuas oues Epiſcopi. Et circa eos, ea omnia poſſe, ſi ſpecialiter non ſunt prohibiti, quæ poſſent Epiſcopi ſi ab eorum non eſſent iuriſdictione exempti: immo, & quæ poteſt ipſe Summus Pontifex. Vide infra *num.137. in fine.*

Patet ex cap. *Nuper*, el 29. *de ſententia excommunic.* vbi Innocentius Papa III. ſic §. *In ſecundo*, decernit. *Quia tamen conditor Canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.* Et gloſſa, verbo, *Non retinuit*, ita ait. *Et eſt hic arg. Epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita, arg. ſupra, de ſponſalibus, Cum apud, 16. quæſt.1. Sunt nonnulli. Et conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum, ff. ex quibus cau. ma. l. Nec non, §. Quod eis.* Hæc gloſſa. Item gloſſ. in Can. *Conſuluiſti*, el 20. 2. *q.4.* verbo, *Superſtitioſa*, ſic ait. *Omnia conceſſa intelliguntur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur, vt inuenit cap. lex diuina & extra, de ſent. excommunic. c. Nuper 6. & ff de teſtibus, l. Quæſitum, C. de teſtib. l. Sancimus.* Ita ibi. 118.

Quibus conſonat D.Thomas, dum opuſculo 18. de Perfectione vitæ ſpiritualis, cap. 26. ait: *In quo etiam notandum eſt, id ſolum Religioſis eſſe illicitum, quod eis eſt ſecundum ſtatuta ſuæ Regulæ interdictum.* 119.

Idque in terminis de præfatis Prælatis Regularibus docent Abbas Tambur *tom.2. diſput.17, quæſtiunc.8. num.1.* Lezana, *part.2. cap.13. num.86. part.4.* verbo, *Prælatus* 120.

latus Regularis, *num.* 15. *ex cap. Nuper*, *de ſentent. excommunicat. cit.& p.* 5. *in Marc. Magnum Carmelitanum*, *num.*399.*&* 479. Pellizar. *tom.*2. *part.*1. *tract.* 9. *cap.*3. *ſect.* 4. *num.* 109. Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi*, *part.*3. *allegat.* 105. *num.*3. *&* 4. ex Nauar. *conſil.*23. *de Priuileg. in nouiſ.* & ex noſtro Gregor. Sayro, *in Floribus deciſionum*, *eod. tit. deciſ.* 25. Hieronymus Garcia *in Politica*, *tom.*2. *tract.*10. *difficult.* 1. *dub.*1. *num.*13. Eman. Roderiq. *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.*17. *art.*6. ex Victoria, *in Relectione de poteſt. Eccleſ. q.*2. *n.*28. & ex Soto, *in* 4. *diſtinct.*27. *quæſt.* 1. *art.* 4. idem Emanuel, *quæſt.* 22. *art.*8. & Hieron. Roderiq. *reſolut.* 68. *n.*9. *pag. mihi* 493. cuius hæc ſunt verba. *Generales, & alij Prælati Regulares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, poſſunt circa ſuos ſubditos quidquid Epiſcopi poſſunt erga ſuos. Vnde ſicut Epiſcopi, ſi non eſſent prohibiti, potuiſſent in ſua Diœceſi quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, vt inſinuant præſtantiſſimi Theologi, ita Generales Religionum* (adde vti ſupra: & alij Prælati, &c.) *Si non eſſent prohibiti, potuiſſent in tota familia, ſeu Congregatione, quidquid Pontifex in vniuerſali Eccleſia poteſt facere.* Hucuſque Hier. Roderiq. & eadem, eiſdem fere verbis omnes relati Doctores, & plures alij, hic non recenſiti.

Multi ſunt, qui aſſerant prædictam iuriſdictionem habere omnes Religionum Prælatos, ſupremos, medios, & infimos, ſeu locales, immediatè à Summo Pontifice, ſiue illa conſideretur ab ipſo dimanata per actum, ſeu priuilegium, exemptionis ab Epiſcoporum iuriſdictione, ſiue per diuerſa alia priuilegia: ita vt Capitulum generale, Definitorium, aut alij denique eligentes, vel inſtituentes Prælatos, ſolum habeant deſignare perſonas, quibus Pontifex, eo ipſo iuriſdictionem communicet; Lezana vero, *part.*2. *cap* 13. *num.*12. probabilius iudicat, quod regulariter loquendo, hæc iuriſdictio immediatè dimanet à Religione, quæ illam accepit à Papa. Quod mihi, quantum ad noſtram Congregationem, non probabilius tantum, ſed indubitatum, & euidens omnino eſt, cum in Conſtitutionibus Sancti Facundi, à Paulo Papa Quinto approbatis, non ſemel definitoribus, & alijs Electoribus, ſed & ipſi Reuerendiſſimo Generali præcepta, & cenſuras, tamquam veris ſuis iniungat ſubditis. Et *cap.*24. cuius lemma eſt: *Iuridicion, y poder del General.* ſic ſtatuit num.2. *Pero en el decidir, diſponer, ordenar, diffinir, y mandar, y hazer leyes, y Conſtitutiones generales para toda la Congregacion, y particulares para cada Monaſterio,* 121.

ſaluo

ſaluo el derecho, que cada vno tiene adquirido, la Congregacion tiene la ſuprema Superioridad: y ſus mandamientos, y ordinaciones, y cenſuras, han de ſer preferidos a los mandamientos, ordinaciones, y cenſuras del Reuerendiſſimo General

121. Quod autem cuilibet prædictorum Prælatorum, etiam Conuentualium, ſeu localium, dicta competat iuriſdictio iure ordinario, & non ex delegatione, communis fert Doctorum opinio. Abbas Tamburinus, *tom. 2. diſp. 1. quæſtiune 4. num. 1. & ſeqq. diſput. 13. quæſtiunc. 11. num 3. diſput. 17. quæſt. 8. num. 1. & tom 3. in praxi criminali, quæſtiunc. 1 numero 11.* Lezana, *part. 1. cap. 18. numero 1. & 86. & part. 2. cap. 13. num. 37. & part. 4. verbo, Prælatus Regularis, num. 40.* Raggius, *centur. 1. parte 3. dub. 54. num. 1. & centuria 2. part. 3. dubitat. 157. num. 2.* Pellizarius, *tom. 2. part. 1. tract. 9. c. 1. n. 5. & 8. & c. 3. n. 195.* Marc. Vidal, *tit. de Prælatis Regularibus, num. 72. 82. & 83.* Diana *part. 3. tract. 2. reſol. 2.* Baſſæus, verbo, *Prælatus, numero 3.* Qui omnes pariter, conſequenterque docent, poſſe illam delegare. Quod & ſequitur ex *Cap. Inter cætera, el 15. & cap. His quibus ex officio, fin. de offic. ordinarij, & ex c. Cum Epiſcopus,* cum gloſſ. verb. *Per alium, el 7. eod. tit. in 6.*

123. Iuriſdictio, quam omnes, & ſinguli Prælati Regulares habent, non ſolum eſt directiua, qua ſubditos poſſunt, & tenentur dirigere in bonum, æquum, & iuſtum, ſed coactiua, & coercitiua, qua poſſunt, & debent illos corrigere, & punire ſpiritualibus, & corporalibus pœnis: & ex iuſtitia quidem. Abbas Tamburinus *tom. 2. diſputat. 14. quæſtiunc. 1. num. 5. & quæſt. 2 per totam. & tom. 3. in praxi crimin. etiam per totam, præcipuè quæſt. 10. q. 12. q. 15. & quæſt. 16. numero 1. & tom. 4. de Iure Abbatiſſarum, diſput. 12. quæſt. 2. num. 29.* Hier. Garcia, *in Politic. tom. 2. tract. 10. difficult. 8. dub. 1. num. 7.* Lezana *part. 1 cap. 18. num. 15. 16. 17. & 22. & capit. 27. numero 16. & part. 4.* verbo, *Prælatus Regularis, n 9.* Raggius, *centur. 1 part. 1. dub. 30. num. 1. & part. 3. dub. 72. num. 2. centur. 2. dub. 114. num. 1. & 2. & tract. 8. dub. 157. num. 2.* Pellizar. *tom. 2. part. 1. tract. 7. cap. 1. ſect. 1. num. 5. 6. 51. & 96.* Diana *part. 9. tract. 7. reſolut. 49. & tractat. 8. reſol. 59.* Baſſæus, verbo, *Prælatus, num. 1. verſ. Prælati.* Caſtr. Palaus, *part. 3. tract 16. diſput. 4. punct. 14 per totum.* Paulinus Berti *in Praxi criminali Regularium, addita ad quæſtiones Regulares Emanuelis Roderici, per totam,* & P. Franc. à Sancto Iuliano *in Tribunali Regulari, quod lucem in publicam cito prodibit, præcipue cap. 6. de confeſſione rei.*

Quod

114. Quod poſſint omnes dicti Prelati pœnis ſpiritualibus cenſurarum ſubditos afficere, conſtat ex *cap. Cum in Eccleſiis*, & ibi Gloſſa in ſumma, & verbo, *Excommunicationis*, el 10. *de Maioritate, & obedientia.* Vbi Prior Canonicos Regulares ſibi inobedientes excommunicauit; quos Papa, recepta prius cautione iuratoria obediendi Priori ſuo præfato, ab excommunicatione, ob inobedientiam incurſa, abſoluit, & ſub debito iuramenti, eis præcepit: *vt ad ſuum clauſtrum de quo exierant, redeuntes, Priori ſuo ſecundum Deum deuote, ac humiliter obedirent.* Et cap. *Sicut tuis literis*, iuncta gloſſa, in Summa & verbo, *Sub interminatione*, el 33. *de Simonia*, vbi Abbas electus, nondum ab Ordinario confirmatus, Monachos excommunicauit. Gloſſa item in Capite, *Quanto deuotio*, verbo, *Si Prælati 7. de officio iudic. ordinarij*, ibi. *Sic patet quod coerctio, & correctio Monachi primo loco ſpectat ad Abbatem. Hug. dicit, quod ſi agatur in figura iudicij, ſolus Epiſcopus cognoſcere debet de eius cauſa* (intellige de cauſa Monachi non exempti;) *ſecus ſi agatur ſecundum Regulam Clauſtralem. Sed probabilius videtur dicendum, quod Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ habet iuriſdictionem, vt 16. q. 5. cap. 1. vt dictum eſt ſup. eo. Cum ab Eccleſiarum. Et quod Abbas, ſiue Prior poſſit excommunicare Monachos ſuos, eſt expreſſum infra, de Maioritat. & obed. Cum in Eccleſiis. & infra, de Simonia, Sicut.* Hucuſque Gloſſa, quæ *in Canon. de perſona*, verbo, *Aut Monachum*, el 28. 11. *quæſt.* 1. ſic ait. *Alij dicunt, quod Abbas habet ordinariam iuriſdictionem ſuper Monachos ſuos, & excommunicare eos poteſt.*

Ratione autem quoad vtriuſque generis pœnas probatur. 115. Quia natura humana per peccatum corrupta, ita eſt ad malum inclinata, & propenſa, vt vnuſquiſque propriam inclinationem, & affectionem ſequatur, quantumuis bonus videatur. Vnde eſt, quod ſepties in die cadit iuſtus. Prouerb. *c.* 24. *verſ.* 16. Vt igitur in communitate, etiam religioſa viuentes, in ordine, pace, obſeruantia regulari, & iuſtitia ſe contineant, Superiore indigent, duplici poteſtate pollente: directiua vna, qua legibus, ſtatutis, & præceptis dirigat: & altera coactiua, & coercitiua, non ſolum in foro animæ, & in contentioſo ſpirituali, ſed etiam ad corporales vindictas iniungendas, apta. Prima enim poteſtas ſine ſecunda regulariter, & in plurimum, omnino inefficax eſſet, & inutilis, vti ex Ariſtotele *Ethicor. cap.* 5. docet Tamburinus mox citandus. Quod etiam D. Thomas docuit

docuit, 5. *Politic. lect.* 12. dicens. *De facili contemnitur, qui non timetur.* Et non obſcurè Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Reformatio. cap.* 3. *in principio*, ibi: *excommunicationis gladius, ad continendos in officio populos, valde ſalutaris.* Data igitur Regularibus Prælatis directiua poteſtate, & coercitiua data cenſetur: quia conceſſo aliquo, ſimul ea conceduntur omnia, ſine quibus illud nequit expediri. Text. in *cap. Preterea*, & ibi gloſſa, verbo, *Ex eo quod cauſa*, *el.* 5. *de officio, & poteſtate iudicis delegati.*

116. Dicta ratio, non ſolum in Monaſterio, ſeu potius Cœnobio plurium valde, in communi viuentium, ſed in quolibet in quo duo tantum degant, militat. Vnum enim ex iſtis, alterum neceſſariò regere debet, vt in officio contineatur. Quod illuſtrat D. Thomæ doctrina, ſic *in opuſculo de regimine Principum, lib* 1. *cap.* 1. dicentis. *Magis igitur homo eſt communicatiuus alteri, quam quodcumque aliud animal, quod gregale videtur, vt grus, formica, & apis. Hoc ergo conſiderans Salomon in Eccleſiaſte ait. Melius eſt eſſe duos, quam vnum. Habent enim emolumentum mutuæ ſocietatis. Si ergo naturale eſt homini, vt in ſocietate multorum viuat, neceſſe eſt in hominibus eſſe, per quod multitudo regatur. Multis enim exiſtentibus hominibus, & vnoquoque id, quod eſt ſibi congruum prouidente, multitudo in diuerſa diſpergeretur, niſi etiam eſſet aliquis de eo quod ad bonum multitudinis pertinet, curam habens, ſicut & corpus hominis, & cuiuſlibet animalis deflueret, niſi eſſet aliqua vis regitiua communis in corpore, quæ ad bonum commune omnium membrorum intenderet. Quod conſiderans Salomon dicit. Vbi non eſt gubernatio, diſſipabitur populus. Hoc autem rationabiliter accidit: non enim idem eſt, quod proprium, & quod commune. Secundum propria quidem differunt, ſecundum autem commune, vniuntur: diuerſorum autem diuerſæ ſunt cauſæ. Oportet igitur præter id, quod mouet ad proprium bonum vniuſcuiuſque, eſſe aliquid, quod mouet ad bonum commune multorum. Propter quod & in omnibus, quæ in vnum ordinantur, aliquid inuenitur alterius regitiuum. In vniuerſitate enim corporum, per primum corpus, ſcilicet cæleſte, alia corpora ordine quodam diuinæ prouidentiæ reguntur, omniáque corpora per creaturam rationalem. In vno etiam homine, anima regit corpus: atque inter animæ partes, iraſcibilis, & concupiſcibilis, ratione reguntur. Itemque inter membra corporis, vnum eſt principale, quod omnia mouet, aut cor, aut caput. Oportet igitur eſſe in omni multitudine, aliquod regitiuum.* Omnia hæc Angelicus Doctor.

Finem huic articulo impono, 117.

doctrina, imo & verbis ipſis, Marci Vitalis vtens, ſic *Vitali Arca, titulo, de ſubdito, num.* 5. dicentis. ***In lege humana duplicem eſſe vim, vna eſt præcipiendi, alia puniendi, nempe vna obligat ad culpam, alia ad pœnam ſubeundam: Et inter illas datur dependentia, nam vna ſequitur alteram. Vnde, qui poteſtatem puniendi non habet, neque illam habet ad præcipiendum, id eſt certum apud Doctores.*** Hucuſque ille.

His præſuppoſitis, facilis eſt quæſtionis propoſitæ reſolutio, quam ad duas concluſiones, claritatis gratia, reducere duxi.

Prima concluſio.

118. Abbas, Prior, aut quocumque alio nomine decoretur Superior Conuentualis, ſeu localis, aut maior, Abbatiæ, Prioratus, aut Grangiæ, cuilibet Cœnobio principali Cógregationis Benedictinæ Hiſpanæ ſubiectæ; & annexæ eſt verus, & proprius Parochus, & habet curam animarum, ſtrictè ſumptam, ſeu pro foro Pœnitentiæ, & Sacramentali reſpectu omnium, & ſingulorum Monachorum, & Fratrum laicorum, ſeu Donatorum in ſua Abbatia, Prioratu, & Grangia degentium, itavt poſſint, & teneantur per ſe, vel per alios idoneos Sacerdotes, illis Sacramenta Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ-Vnctionis miniſtrare.

Probatur hæc concluſio. In 119. Prælatos cuiuſlibet Congregationis Religioſæ exemptæ, eſt tranſlata cura, quam Epiſcopus, & Parochus habebant circa iſtas oues, itavt habeant ordinariam iuriſdictionem ad abſoluendum ſibi ſubditos, & hoſpites Ordinis à peccatis, & cenſuris, quam poſſunt delegare: & huiuſmodi ſubditi non poſſunt aliis confiteri, niſi de ſuorum Prælatorum licentia, vti docent Lezana *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 25. *& ſeqq.* ex Suar. *tom.* 4. *de Religione*, *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 15. *& tom.* 4. verbo, ***Prælatus, Regularis***, *n.* 10. *& tom.* 5. ***in Mare Magnum Carmelitarum, num.*** 399. Diana, *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 2. verſ. ***Sed difficultas***, & verſ. ***Verum ego.*** *& part.* 9. *tract.* 4 *reſolut.* 52. Raggius, *centuria* 2. *tract.* 8. *dub.* 157. *num.* 2. & verſ. ***Ex hac doctrina.*** Pellizarius, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 1. *num.* 9. verſ. ***Sic Samuelius.*** Sed prædicti Abbates, Priores, aut Superiores ſunt vere, & propriè Prælati Conuentuales, ſeu locales præfatarum Abbatiarum, Prioratuum, & Grangiarum, vti ex ſæpe dictis conſtat præcipuè *n.* 73. 92. 93. 94 104. 105. *&* 106. Ergo in ipſos eſt tranſlata cura animarum Regularium omnium ſuorum ſubditorum, ex vi cuius tranſlationis, veri, & proprij illorum Curati ſunt, & Parochi, itavt per ſe, vel per alios Sacramenta

menta illis poſſint, & teneantur miniſtrare, & illi ab ipſis ea recipere.

130. Nec valet dicere. Superiores præfati curam exercent nomine Abbatis Cœnobij principalis, cui Abbatia, Prioratus, aut Grangia, eſt annexa, & ſubiecta. Ergo non ſunt verè, & propriè Curati, & Parochi. Ideo enim in quæſtionibus de iure Parochi vnitarum diximus Vicarios Eccleſiarum annexarum, non eſſe earum Curatos, ſeu Parochos, ſed Conuentum, aut Prælatum, quia iſtius nomine, & in ſuo proprio, curam exercent.

131. Non inquam valet. Quia prædicti Superiores non exercent, vti obiicitur, nomine Conuentus principalis, aut illius Prælati curam, ſicut exercent illam Vicarij Eccleſiarum vnitarum, ſed illam nomine exercent proprio. Alias enim nec eſſent, nec dici poſſent Prælati Ordinarij ſuarum Abbatiarum, Prioratuum, aut Grangiarum, cum Prælati, omnes illi ſolum ſint, qui iuriſdictionem propriam habent, & proprio nomine illam exercent.

132. Neque ſubiectio, quam huiuſmodi Superiores, & eorum domus reſpectu Cœnobiorum principalium, & Prælatorum eorum habent, ſimilis eſt ſubiectioni, quam reſpectu eorumdem habent Eccleſiæ ouium ſæcularium, & iſtarum Vicarij; ſed ſubiectioni, quam ad totam Congregationem, & ad Reuerendiſſimum Generalem iidem Prælati medij, & ipſorum Cœnobia habent. Vnde eſt, quod ſicut non obſtat Domno Abbati, verbi gratia, Hyrachenſi, ad hoc vt ſit verus Curatus, & Prælatus Monachorum, & Fratrum in Hyrachenſi habitantium Cœnobio, quod iſtud ad totam ſit Congregationem generalem vnitum, & quod eidem, & Reuerendiſſimo Abbati Generali ſit ſimul cum ſuo proprio Abbate ſubiectum, & quod idem Domnus Abbas ab eodem Reuerendiſſimo Generali ſit in Abbatia inſtitutus, ita neque obſtabit Priori de Hyarte, ad hoc vt ſit verus, & proprius Parochus, & Prælatus Conuentualis ſuæ domus, & Regularium habitantium in ea, quod hæc eidem ſit Hyrachenſi Cœnobio vnita, & ſubiecta ſimul cum Priore eidem, & Domno illius Abbati, & quod ab eo ſit cum ſuis Conſiliariis, electus ipſe Prior, aut ſi ita quis forte velit, à ſolo Domno inſtitutus Abbate.

Secunda concluſio.

Abbas, Prior, & quilibet alius Abbatiæ, Prioratus, & Grangiæ Superior quamuis Cœnobio principali, & iſtius Abbati ſubiectæ, habet curam animarum latè ſumptam, iuriſdi- 133.

 ctionem

ctionem ſcilicet ſpiritualem, & temporalem Ordinariam, & contentioſam erga omnes, & ſingulos Monachos, & Fratres ſuæ domus.

134. Probatur hæc concluſio. Prædicti Superiores ſunt Superiores Conuentuales, & locales immediati Abbatiæ, Prioratus, & Grangiæ ſuæ, ita vt in ea alium Superiorem reſidentem non habeant. Sed Superior Domus Religioſæ, tam duorum tantum, quam plurium Religioſorum in communitate degentium, eſt verè Prælatus, & Dignitas cum iuriſdictione pro vtroque foro, vti probatum eſt *num.* 23. 28. 73. 92. 93. 94. 104. 106. 113. 116. *cum ſequentibus vſque ad* 127. Ergo prædicti Superiores ſunt verè Prælati, & Dignitates cum iuriſdictione Ordinaria, & contentioſa ſpirituali, & temporali erga omnes, & ſingulos Monachos, & Fratres ſuæ Domus.

135. Maior eſt certa. Minor autem breuiter hoc Syllogiſmo Leonardi Leſſij probatur, de quo ſupra *numero* 106. Propriè, & ſtrictè Prælatus dicitur, qui habet curam animarum cum iuriſdictione, ita vt poſſit ſubditos corrigere, & punire: Sed Superior cuiuſlibet domus Religioſorum in communitate degentium, ſiue Abbatia, Prioratus, aut Grangia illa ſit, habet curam animarum cum iuriſdictione, ita vt poſſit ſubditos corrigere, & punire: Ergo eſt vere Prælatus cum iuriſdictione pro vtroque foro. Minor iſtius ſyllogiſmi patet, tum ex immemorabili conſuetudine: tum ex Definitione *numero* 94. relata. Quia ſubiectio in omnibus, quæ ſub obedientia cadere poſſunt, non poteſt eſſe in Monachis, & Fratribus in Prioratibus verbi gratia degentibus reſpectu ſuorum Superiorum, Priorum ſcilicet, ſimilis ei, quam habent Monachi, & Fratres in Monaſteriis principalibus degentes reſpectu Abbatis, niſi in Priore Prioratus ſit imperandi poteſtas ſimilis Abbatis poteſtati. Ergo cum Abbas Monaſterij principalis habeat poteſtatem iuriſdictionis Ordinariæ contentioſæ cum facultate ſubditos ſuos corrigendi, & puniendi, eandem habebit Prior, & quilibet Superior Cōuentualis Abbatiæ, Prioratus, aut Grangiæ annexæ.

Confirmatur. Obligationi 136. obediendi, correſpondet poteſtas imperandi, quia ſine poteſtate imperandi, non poteſt eſſe obligatio obediendi. Ergo ad tantam obligationem obediendi Priori Prioratus per ſubditos ſuos quantam habent obediendi Abbati degentes in Monaſteriis principalibus, tanta debet eſſe imperandi poteſtas in huiuſmodi Priore, quanta in Abba-

Abbate. Ac per conſequens, cum non detur poteſtas imperandi, ſine coercitiua, vti diximus *num.* 125. *&* 127. ſi tantam habent directiuam Priores Prioratuum, quantam Abbates, Monaſteriorum principalium, tantam habebunt coactiuam, & coercitiuam.

137. Ex dictis ſequitur quemlibet Priorem ſeu Superiorem Prioratus, aut alterius annexi, poſſe ſubditos ſuos cenſuris Eccleſiaſticis punire: quod & docent Abbas Tamburinus, *tom. 2. diſput. 14. quæſtione. 1. num. 5. & diſput. 21. quæſtione. 2. num. 5.* Lezana, *part. 1. cap. 18. num. 12.* Pellizarius, *tom. 2. part. 1. tract. 7. cap. 1. num. 51. & 96.* Raggius, *cent. 2. dub. 114. num. 1. & 2.* & alij communiter. Imo contrarium dicere ridiculum eſt, & blaſphemiæ vicinum, ſuppoſitis dictis, *n.* 117. *& ſequentibus decem*, & propoſitione iſta D. Thom. *Opuſc.* 19. *contra impugnantes Religionem, cap. 4. pagina mihi* 239. *Ergo rediculum eſt dicere, & blaſphemiæ vicinum, quod Epiſcopus non poſſit vſum clauium exercere in quemlibet ſuæ diœceſis, ſicut & Chriſtus poſſet.* Vide *p. 3. q. 2. n.* 10. De iure Parochi, vbi integrum iſtud D. Th. argumentum exſcripſimus.

138. Quæ doctrina, maximè locum habet, ſi inobedientes, Superioribus præfatis, ſubditi eorum fuerint. Eſt textus expreſſus in *Cap. Quod ſuper his*, el 9. *de Maioritate, & obedientia*, vbi Papa decreuit vt Epiſcopus Abbates, & Sacerdotes, ſibi lege diœceſana ſubditos, per cenſuram Eccleſiaſticam ad Synodum venire, *& debitam obedientiam, & reuerentiam ſibi exhibere compelleret.* Cuius rationem ibi reddit Gloſſa, verbo, *Obedientiam. Quia* (inquit illa) *iudex, ſiue Prælatus iuriſdictionem ſuam defendere poteſt pœnali iudicio, ff. Si quis ius dic. non obtemp. l.* 1. Hæc Gloſſa. Quod vlterius probatur. Quia qui delegatam habet iuriſdictionem poteſt ne illa eluſoria reddatur, rebelles, inobedientes, & quo quomodo illam impedientes diſtrictione Eccleſiaſtica coercere. Textus eſt expreſſus in cap. *Quia* el 1. & cap. *Præterea*, el 5. *de offic. & poteſt iudic. delegati*, vtrobique gloſſ. *in Summa*, & Pax Iordanus, *tom. 3. lib. 13. tit. 6. num. 60.* cum Menoch. *de Arbitr. cent. 5. caſu* 438. Ergo potiori ratione, & iure, poterit qui ordinariam illam habet, inobedientes, & impedientes diſtrictione Eccleſiaſtica coercere. Patet conſequentia. Quia, cæteris paribus, dignior eſt Ordinaria, quam delegata iuriſdictio, & magis inconuenit illam, eluſoriam reddi, quam iſtam.

A quibus cenſuris poterunt 139.
ipſimet Superiores Prioratuum,

& aliorum annexorum ſubditos à ſe innodatos abſoluere. Vaſquez, *tom.4. in 3. p. D. Thomæ, de excommunicat. dub. 18. num. 12.* Leſſius, *in eodem tractatu, cap 7. dub. 2.* Lezana, *part. 3.* verbo, *Cenſura, num. 12. & part.4.* verb. *Prælatus Regularis, num.16.* (imo *part.2. cap. 13. num 29.* ait poſſe Prælatos locales abſoluere Apoſtatas excommunicatos, etiam in foro externo, tempore, quo eorum Domus viſitantur à Viſitatoribus, non obſtante, quod ſentiat non poſſe tempore Viſitationis iuriſdictionem exercere contentioſam.) Abbas Tamburinus, *tom.2. diſp.21. quæſtiunc.2. num. 9. iuncto quæſtiunculæ titulo, & ijs, quæ docuerat tom.1. diſp. 1. quæſtiunc.8. & diſputat.2. quæſt.7. num. 3.* vbi de Prioribus Conuentualibus Prioratuum noſtri ordinis. Emanuel Roder. *tom.1. qq. Regular. q.22. artic. 8.* qui, & alij tenent non poſſe ab alio Superiore ſupremo, aut medio abſolui, niſi de conſenſu infimi, ſeu localis excommunicantis. Tum quia aliàs facile iſtum ſubditi contemnerent. Tum etiam, quia perturbaretur ordo iudicandi, & iuriſdictio Prælati illam ſententiam ferentis, quod fieret, ſi aliquis ſe intromitteret in abſoluendo eo, quem ipſe per ſententiam ſpecialem cenſura ligauit. Videantur, quæ diximus *ſupra n.79.82.87.* præcipuè *n.88. 89. & 90.*

Franciſcus Anſaldus, de iuriſdictione, part.2. tit.8. cap.11. n.1. ſic ad rem præſentem ait. Hanc credimus eſſe tenendam regulam, quod is, qui excommunicauit, abſoluere debet. cap. inferior, 4. diſtinct. 21. Gratian. in ſum. 26. quæſt. 6. cap. Per tuas, 40. cap. Sacro, 48. de ſent. excommunicat. cap. Ad reprimendam, 8. cap. Paſtoralis, 10. §. Præterea poſtulaſti, de offic. Iudic. Ordinar. cap. Ab excommunicato, 41. de reſcriptis. Hæc ille. Et gloſſa in dicto cap. *Inferior ſedes,* verbo, *Inferior,* ſic ait. *Ex hoc capite, & infra ea. Denique, tres colliguntur regulæ. Prima hæc eſt. Inferior Superiorem non poteſt ligare, vel ſoluere. Secunda hæc eſt. Qui poteſt ligare, poteſt & ſoluere. Tertia talis. Qui poteſt ſoluere poteſt & ligare.* Quibus regulis has opponit exceptiones. Primæ, *Cum maior ſe ſubdit arbitrio minoris, 11. quæſt.1. Peruenit.* Secundæ, incendiarij, & excommunicati, qui debent per Papam abſolui, *de ſent. excommunicat. tua, & de offic. delegat. Quærenti.* Et excommunicati propter rem iudicatam vltra annum poſt ſententiam, qui per Papam abſoluitur. Iſti enim à ſecunda excipiuntur regula. Tertia tandem fallit in eo, qui alium tempore neceſſitatis abſoluit, ſiue periculi, quem tamen ligare non poſſet. 140.

Vltimò probatur præfatos Priores Prioratuum annexorum, ſubditos 141.

ſubditos ab ipſis, cenſuris innodatos, abſoluere bene poſſe. Quia eodem in loco, dedit Chriſtus Dominus poteſtatem abſoluendi, ac dedit ligandi. *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in cælo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Matth. cap. 18.

142. Secundò ſequitur, dictos Priores, Prioratuum annexorum, poſſe ſubditos ſuos punire cum carcerum intruſione, verberibus, & aliis pœnis corporalibus in Congregatione noſtra, per Conſtitutionem taxatis, & iniungi ſolitis delinquentibus, & non expreſsè exceptis, & interdictis, iuxta dicta *ſupra num.* 73. 75 117. cum tribus ſequentibus: Et quia ſine huiuſmodi poteſtate, in plurimum, inutilis eſſet, aut ſaltem redderetur poteſtas directiua, imo & coërcitiua ſpiritualis, vti vidimus *num.* 125.

143. Tertiò ſequitur, poſſe eoſdem Superiores abſoluere ſubditos non ſolum à cenſuris Papæ reſeruatis, quæ à iure ſunt Epiſcopis commiſſæ, ver. gr. ab excommunicatione Canonis, *Si quis ſuadente Diabolo*, vti aiunt Lezana *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 30. Pellizarius, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 109. Sed etiam ab iis, quarum abſolutio delegata eſt Epiſcopis per Concil. Tridentinum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de Reformat.* cum limitatione tamen ibi pro Epiſcopis expreſſa, videlicet, *in foro conſcientiæ*: Et poſſe cum eis pariter diſpenſare in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum: quod etiam ibi concedit Tridentinũ Epiſcopis.

Prior pars, quod poſſint ſcilicet abſoluere ab iis, quæ iure communi ſunt Epiſcopis commiſſæ, patet, quia habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vti diximus *num.* 113. 117. *&* 120. Poſterior vero, ſequitur ab Henriq. *in Sum. lib.* 6. *capite* 16. §. 1. Emanuel. Roderiq. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 24. *artic.* 13. *&* 17. *& quæſt.* 61. *art* 9. Flores de Mena *Var. lib.* 3. *quæſt.* 24. *numero* 18. Gregorius Sayr. *in Claui Regia*, *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 83. *in fine*, Auila *de Cenſuris*, *part.* 7. *diſputat.* 10. *dubit.* 6. Thoma Sanch. *in Decalogum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 5. Duardo *in Bullam Cœnæ Domini*, *lib.* 3. §. 2. *quæſt.* 8. *num.* 55. Moneta *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. *num.* 455. & Fr. Sigiſmond. à Bononia *de Elect. dub.* 51. *n.* 8. quatenus ampliant & extendunt dictam Concilij diſpoſitionem, teſte Barboſa *tract. de Appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione*, *Appellat.* 89. *num.* 22. ad Prælatos inferiores habentes 144.

Iuriſdi-

Iuriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem. Quorum quidem ſententiam probabilem, & veram idem Barboſa pronuntiat. Quæ vtique in noſtro caſu, veriſſima, & euidens eſt, quia Pius Papa Quintus fœlic. recordat in Conſtitutione, *Romani Pontificis*, la 13. *apud Bullarium Emanuel. Roderiq.* 21. die Iulij, de anno 1571. ſic conceſſit, & declarauit: videlicet.

145. *Et inſuper, quia ſacrum æcumenicum generale Concilium Tridentinum conceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ, ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout ſeſſione 24. cap. 6. habetur, ne Prior Conuentualis, & Superiores Prælati dicti totius Ordinis tam in dicta Prouincia, quam extra eam vbilibet, in hac parte deterioris conditionis quam Clerici, aut ſæculares exiſtant, eiſdem Priori Conuentuali, & ſuperioribus Prælatis vt ipſi per ſeipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & laicos ſibi ſubiectos, tam quoad abſoluendi, & diſpenſandi huiuſmodi, quam alias quaſcumque facultates eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus.*

146. Et licet hæc Conſtitutio fuerit in fauorem Ordinis Patrum Prædicatorum emanata, omnibus tamen aliis Ordinibus exemptis prodeſt: non ſolum quatenus concedit; (ſi tamen communicationem habent in priuilegiis Dominicanis) ſed quatenus declarat Concilium: Videlicet conceſſionem factam per Concilium Epiſcopis, factam fuiſſe Prælatis Dominicanis, ne in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, & ſæculares exiſtant. Quare, cum hæc ratio, etiam militet in omni alio Ordine exempto, maximè Monachali, propter ſtrictiorem eius incluſionem, declaratio præfata, extenſa ad omnes Ordines, præcipuè Monaſticos, cenſeri debet, quamuis non haberent priuilegiorum communicationem cum ſacro Prædicatorum, & Dominicanorum Ordine.

Quod tamen Congregatio noſtra Hiſpana, & omnes Prælati, Monachi, & Fratres eius, Monaſteria, ſeu Cœnobia principalia, Prioratus, Grangiæ, & bona illius gaudeant omnibus, & ſingulis priuilegiis, conceſſionibus, & indultis, ac gratiis, quibus gaudet dictus Patrum Prædicatorum Ordo, & alius quilibet, conſtat ex Bulla Gregorij Papæ XIV. *Romanus Pontifex*, pro Congregatione Ciſtercienſi Hiſpana, 28. Iunij, de anno 1591. *apud Bullarium Roderiq. tom.* 2. la 3. huius Pontificis, concedentis quidem illi Congregationi, *omnia,* 147.

nia, & ſingula priuilegia, prarogatiuas, conceſſiones, antelationes, fauores, facultates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, ſtationes, indulgentias, etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemptiones, libertates, praeminentias, & indulta cuiuſuis generis exiſtentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, tam eidem Ciſtercienſi, eiuſque Abbati, & Capitulo, etiam Generali, ac quibuſuis illius Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis de Firmiate, Pontiniaco, Claraualle, & Morimundo, quam etiam Sancti Benedicti, ac quibuſuis alijs, ſimilium, & diſſimilium Ordinibus, & Religionibus, ſub quibuſuis Regulis, Conſtitutionibus, aut ordinationibus degentibus, ſeu militantibus, & quibuſuis illarum reſpectiuè Congregationibus, Militijs, earumque profeſſoribus, ac vtriuſque ſexus eorum Monaſterijs, Domibus, Eccleſiis, nec non Collegijs, Vniuerſitatibus, Confraternitatibus, piis, ac charitatiuis locis, &c.

148. Quæ vtique ampliſſima conceſſio, & communicatio priuilegiorum, communicata quidem fuit noſtræ Benedictinæ Congregationi Hiſpanæ Nigrorum, per Clementem Papam Octauum, per Bullam quæ etiam incipit, *Romanus Pontifex* in Bullario noſtro authentico *la* 123. *in ordine*, *folio* 241. data ex certa ſcientia, ſub die 30. Septembris, anni 1591.

Videantur Abbas Tamburinus, *tom.* 2. *diſp.* 14. *quæſtiunc.* 15. *num.* 8. verſ. *ita ſupradicta*, *fol.* 187. *& tom.* 4 *diſput.* 19. *quæſt.* 5. *num.* 2. Barthol. à Sancto Fauſto, *de Voto paupertatis*, *lib.* 8. *q.* 232. Lezana, *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 31. *&* 46. *& part.* 2. *cap.* 13 *num.* 37. Pellizarius *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 6. *numero* 20. *tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 133. *cap.* 3. *num.* 73. *tractat.* 9. *c.* 3. *num.* 109. *&* 110. & Diana *p.* 7. *tract.* 2. *reſol.* 5. verſ. *Sed, Quidquid*, aſſerentes prædictam facultatem Concilij Tridentini, competere Prælatis Regularibus, & Conuentualibus, in vniuerſum, per Bullam præfatam Pij Quinti: Vnde & noſtris vtique competeret Prælatis, etiam ſi dictam communicationem Priuilegiorum Patrum Prædicatorum non haberemus. 149.

Sed dicta, pro diſquiſitione propoſita, ſufficiant. Omnia autem, & ſingula à me dicta, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ omnis veritatis columna eſt, & Magiſtra, Superioribus meis, ac doctioribus, & eorum iudicio, lubens ſubmitto. 150.

F. PETRVS DE MVRGA,

DISQVISITIO IVDICIALIS CANONICA, ET REGVLARIS, DE IVRE, ET POTESTATE Reuerendiſſimi Generalis, & Definitorum cuiuſdam Ordinis.

In qua multa de Officio, & Poteſtate Iudicis Delegati, de Officio Iudicis Ordinarij: De Appellationibus, & alijs iudicialibus, ſcitu digna, iudicibúſque omnibus apprimè neceſſaria.

Casvs discvtiendi series.

1. IN quadam Regularium Congregatione Hiſpana, per Generalem, iuxta illius Conſtitutiones & Bullas Apoſtolicas, tanquam ſupremum eiuſdem caput, ordine Hierarchico, gubernari ſolita, per Conſtitutionem ab Apoſtolica Sede confirmatam erectum fuit tribunal trium Definitorum, ad quod recurſum haberent dictæ Congregationis perſonæ, Prælati, & ſubditi, in caſu grauaminis per Reuerendiſſimum Generalem, in actu Viſitationis, aut alias, contra Conſtitutionum præfatarum diſpoſitionem illati. In qua quidem Tribunalis erectione cautum fuit, vt eius Iudices, Delegati eſſent Congregationis, & plenariam illius poteſtatem haberent, cùm limitationibus tamen, in præfata expreſſis Conſtitutione. Accidit autem, quod quidam Religioſi ad Definitorum Tribunal Epiſtolam, propriis manibus ſubſcriptam, miſerint, in qua de Secretario publico Congregationis dixerunt, grauiter in ſui officij fidelitate defeciſſe, in probatione quadam à Reuerendiſſimo Generali, per illius præſentiam, & teſti

teſtimonium recepta, in qua fuerant ipſi Religioſi in teſtes producti, & aliter quam ex cauſæ actis apparebat, depoſuiſſe affirmabant. Dicta ad Secretarium præfatũ peruenit Epiſtola, quam ſimul cũ querela criminali cõtra dictos Religioſos coram Reuerendiſſimo Generali. Qui cauſa ad definitiuam concluſa ſententiam, iſtam in forma ſequenti pronunciauit. Videlicet,

2\. *En el pleyto, y cauſa, que antenos ha pendido, y pende, entre partes de la vna, el P. M. Fr. N. Secretario de noſtra Sagrada Religion actor demandante, y de la otra los P. Preſides Fr. N. Fr. N. Fr. N. Fr. N. y Fr. N. reos demandados, ſobre que los dhos eſcriuieron vna carta a los Padres Diffinidores Iuezes, açerca de la qual dio querella contra ello el dho. P. M. Fr. N. por decir, que le hauian injuriado grauemente contra la legalidad de ſu Officio. Y contra el P. Fr. N. por hauer lleuado la dha carta, y entregadola a los Padres Diffinidores Iuezes.*

3\. *Fallamos atento los autos, y meritos deſte proceſo, que ſin embargo de articulo introducido por los ſobredichos acuſados, (que en caſo neçeſario declaramos ſer el miſmo, que en la querella ſe pretende, y en la ſentencia ſe deue expreſar) deuemos declarar, y declaramos, que el dicho Padre M. Fr. N. prouo, lo que prouar le conuino: Damos lo, y pronunçiamos lo por bien prouado; y que los ſuſo dichos no probaron ſus exceptiones: Damos las por no prouadas. En conſequencia de loqual, declaramos al dicho Padre M. Fr. N. Secretario de noſtra Sagrada Religion, por bueno, fiel, y legal Miniſtro, y hauer cumplido con las obligaçiones de ſu Officio: y que no caben en el las coſas, que en dicha carta ſe refieren. Y por quanto contra el Padre Fr. N. ſolo ſe prueua la poca cautela, y reparo en mirar lo que firmaua, y ſi en eſto hubo alguna culpa, la purgo con la deuida ſatiſfacion, que ha dado, y eſta en el proceſſo, le abſoluemos, y damos por libre. Y lo miſmo hazemos con ſu P. el P. Fr. N. por no conſtar hauer hecho otra coſa mas, que lleuar vna carta, que lo dio ſu Superior.*

Aſſi miſmo declaramos, que deuemos exortar, y exortamos a los dichos. Padres Predicadores Fr. N. Fr. N. Fr. N. y Fr. N. que no ſe junten mas en vniones, y juntas illicitas, y reprouadas, para deſdorar el credito, y fama de las perſonas, que exercitan Officios publicos: Y que en los juramentos, que hizieren, tengan attencion a la circunſtancias, que los deuen acompañar. Y por lo que reſulta del proceſo, vſando con ellos de toda benignidad, por raçones, que a ello nos mueuen, y entre otras, porque Noſtro Señor lleuo para ſi el principal motor, y culpado en eſta cauſa: y a otro, que aunque no era tanta ſu culpa, los ſobre dichos Padres procuran carga 4.

ſela, les condenamos a recluſion en ſus celdas por eſpacio de tres meſes, ſaliendo a los actos Conuentuales de noche, y de dia. La qual recluſion cumpliran en los Monaſterios, que les ſeñalaremos: Y en los viernes de los dos primeros meſes, ſe les dara a cada vno vn Iuicio en carnes en Capitulo: y comeran pan, y agua en Refectorio, y andaran las poſtraciones. Y por eſta nueſtra ſentencia diffinitiua mente Iuzgando, aſsi lo pronunciamos, ſentenciamos, y mandamos en el Monaſterio de N. a onçe de agoſto, de mil, ſeiſcientos, y cinquenta, y ſeis.

5. *Otro ſi, para que eſta nueſtra ſentencia tenga la diuida execucion; mandamos a los dichos Padres en virtud de Sancta obediencia, y ſo pena de excommunion mayor lata ſententia, cumplan las dichas penitencias, como a qui van expreſadas; Y a los Patres Abbades, Priores, o Preſidentes de las caſas a donde fueren a cumplirlas, mandamos deuaxo del miſmo precepto, y cenſura, que aſsi lo hagan guardar, y cumplir durante el tiempo ſeñalado para illas. Fecha vt ſupra.*

El General. de N.

Por mandado de ſu P. Reuerendiſsima

Fr. N.

6. A qua vtique ſententia per dictos reos condemnatos fuit, ad P. Definitorem Tribunalis Præſidentem appellatum, qui iuxta Ordinis Conſtitutionem, epiſtolam ad Reuerendiſſimum Generalem miſit, acta petens huius cauſæ. Sua vero Reuerendiſſima Paternitas reſpōdit cum denegatione remiſſionis actorum huiuſmodi, præfatam ſententiam inappellabilem eſſe, & à ſe ipſo debitæ tradendam executioni. Pro qua quidem ſuas expediuit litteras, quibus Prælato locali reorum, ſub præcepto, & cenſura excommunicationis maioris latæ ſententiæ præcepit & mandauit vt illos ad Cœnobia à ſe, pro adimplendis pœnitentiis, & pœnis luendis præfixa mitteret. Cuius oppoſitum, eidem Prælato, Definitorum Tribunal, per ſuas litteras, ſub ſimili præcepto, & cenſura iniunxit: ac reos, pro tunc ſaltem, ab obligatione ſubeundi pœnas præfatas abſoluit. Litteras pariter expediuit, quibus Reuerendiſſimo Generali ſub præcepto, & excommunicatione, acta cauſæ ad Tribunal mittere, & ab ulteriori illius cognitione, ac ſententiæ executione abſtinere præcepit. Reuerendiſſimus autem Generalis nouas literas dedit, quibus idem, quod prius, Prælato reorum præceptum, ac cenſuram iniunxit: quarum intimationem faciendam in reorum Cœnobio, cum facultate ibidem, in caſu inobedientiæ,

Præla

Prælatum eorum excommunicatum denunciandi, cuidam alteri Prælato commiſit. Qui illo in proprio non inuento Cœnobio, inuento tamen in alieno, eidem Reuerendiſſimo Generali ſubiecto, ibi commiſſionem ſuam, quoad intimationem & publicationem præcepti,& cenſuræ præfatæ executioni dedit. In hoc igitur caſu

Quæritur, quid iuris?

7. Quæſtio quidem grauis diſſoluenda proponitur, ac fœcunda: implicat enim non paucas, ſpeciali diſcuſſione dignas. Selegi præcipuas, quas in ſex articulis dilucidandas decreui.

Artic. I. An ſententia præfata appellabilis ſit ad Tribunal PP. Definitorum?

Artic. II. An Reuerendiſſimus Generalis. an vero Definitorum Tribunal debeat iudicare de eo, quod appellabilis ſit, vel non, dicta ſententia?

Artic. III. An dictum Tribunal Reuerendiſſimo Generali inhibere valeat?

Artic. IV. An Reuerendiſſimus Generalis poſſit præfatam ſententiam exequi?

Artic. V. An Reuerendiſſimus Generalis licitè valeat ſententiæ executioni ſuperſedere, & acta cauſæ ad definitorium tranſmittere?

Artic. VI. An in caſu retentionis cauſæ, poſſit dictus Reuerendiſſimus contra omnes, & ſingulos quoquomodo exercitium ſuæ iuriſdictionis, & ſententiæ præfatæ executionem impedientes, procedere, & in eos animaduertere?

Sed vt cuilibet iſtarum difficultatum, quas ex viſceribus quæſtionis propoſitæ in lucem prodire curaui, fiat ſatis, operæpretium duxi præmittere leges, ac ſtatuta in dictæ Congregationis Conſtitutionibus, ad rem præſentem facientes, & hic adamuſſim proferre, ac ad apicem vſque exſcribere. 8.

In primis enim in cap. 24. cuius lemma eſt: *Iuriſdiccion, y poder del General*, hæc lex, la 20. reperitur. Videlicet

El Reuerendiſſimo Generali no puede alterar, ni mudar Conſtitucion, ni ceremonia comun de la Religion, pero a ſu Reuerendiſſima pertenece declarar la duda, o difficultad, que ſe ofreciere cerca de la intelligencia de alguna Conſtitucion, o practica della. Mas declaramos, que la declaracion, que ſu Reuerendiſſima diere, no ſea tenida por ley general, ni por declaracion de ella, mas de para ſolo el caſo, en que ſu Reuerendiſſima la declarare. Y juntamente permittimos, que ſi en la tal declaracion alguna Caſa, Prelado, o Monge, ſe ſintiere reciuir a grauio, pueda el

agrauiado tener recurſo a los Diffinidores Iuezes, y eſtara ſe por ſu determinacion, y de ella ſe podra tam bien recurrir al Capitulo General.

9. In capit. 25. præfatarum Conſtitutionum, cui hoc thema adeſt: *Iuriſdicion, y poder de Diffinidores, y Iuezes de agrauios, confirmado por ſu Sanctidad.* Sequentes reperiuntur leges.

Prima in ordine, huius tenoris eſt. Videlicet

Attendiendo a la poca vtilitad conocida por larga experiencia y al mucho gaſto, que ſe recrece a la Congregacion de celebrar Capitulo priuado, o intermedio en el quadrienio, de aqui adelante ſe ſobre ſea, y extingua del todo el Capitulo. Pero por ſi los Reuerendiſsimos Generales hizieron algunos agrauios en la adminiſtracion de ſu officio, en las viſitas, o fuera dellas, o algun Prelado, o Monge ſe tubiere, por tal agrauiado, tenga recurſo a pedir Iuſticia, y deſagrauio ſin dilacion de tiempo, y mas en breue, y con mayor efficacia, que antes ſe proueya en Capitulo priuado, ordenamos, y mandamos, que en el Diffinitorio aya vn tribunal de tres Iuezes, en quien eſte toda la Iuridicion plenaria, delegada por la Congregacion, para deſagrauiar, hy hazer Iuſticia al que la pidiere, con las condiciones, y leyes eſtatuydas, y ordenadas por la preſente Conſtitucion.

Et infra ſexta in ordine hæc habetur.

Los tres Diffinidores de los nuebe, que en ſu eleccion fueren nombrados, y pronunciados por primeros, y Iuezes de agrauios, y han de reſidir en las Caſas del diſtricto de Campos, que por Conſtitucion eſtan ſeñaladas, ſon Iuezes del Tribunal de agrauios, y tienen la plenaria Iuridicion, para lo tocante a ſu officio, que tiene la Congregacion toda, como Delegados ſuyos, y la han de exercer, y adminiſtrar, por las leyes ſiguientes. 10.

Et immediatè ſic ſtatuitur in ſeptima dicti capitis lege.

El Prelado o Monge particular, o Abbadeſa, o Religioſa, que ſe ſintiere agrauiado de Reuerendiſsimo General en viſita, o fuera de ella, ſi el agrauio fuere priuacion, o ſuſpenſion de Prelacia, o de officio, o de voto, o recluſion, que paſe de tres meſes, o penitencias publicas de Iuicios en carnes, y pan y aqua, o otras ſemejantes, o mas graues que ayan de durar por tiempo de los dichos tres meſes, o ſi el General no quiſiere ſentenciar ſu cauſa, ſino tener ſe la ſuſpenſa, aunque ſea remetiendola al Capitulo General, y en los otros caſos en que en particular la Conſtitucion permite recurſo a los dechos Iuezes: el tal Prelado, o Prelada, Religioſo o Religioſa particular, podra embiar peticion al Diffinidor Iuez primero, por eſte tenor. 11.

Formu

Formulam petitionis ſtatim num. 8. tradit. Numero autem 12. hæc ſtatuitur lex. Videlicet.

12. *Si el Prelado ſupplicante no allegare lo ſobre dicho, ſino que conſienta ſe fenezca ſu cauſa con el proceſſo hecho por el Reuerendiſsimo General i y lo miſmo ſi el ſupplicante, que ſe querella fuere Monge particular, de qualquier manera que ſupplique, y lo miſmo ſi fuere Abbadeſa, o Monja particular, no ſe execute la ſentencia; que el Reuerendiſsimo huuiere dado, en todo ni en parte, haſta que ſe confirme por los Iuezes, por ſu ſentencia en ſegunda inſtantia, y le ſea notificadas como ſe dira, al reo condenado. Y deſde eſte punto de la notificacion de la ſentencia de confirmacion començara a correr el termino de la priuacion, o ſuſpenſion, o de otra qualquiera pena a que aya ſido condemnado.*

Numero 16. 17. & 18. præfati capitis, leges ſequentes, hoc ordine, prout ſequitur, ſtatuuntur.

13. *Si la cauſa fuere priuacion, o ſuſpenſion de Prelado, dentro de vn dia deſpues, que hubiere el Iuez Preſidente reciuido la informacion, que hizo ſu Com ſſario, y no hauiendo ſido neceſſario hazer informacion, dentro de tres dias deſpues que reciuio la peticion de la ſupplicacion. eſte obligado, ſo pena de priuacion de officio perpetuamente, y de no aſiſtir en el Capitulo General proxime futuro, de embiar al Reuerendiſsimo General dandole cuenta de la ſupplicacion interpueſta, y pidiendole ſe ſirua ſu Reuerendiſsima de embiar el proceſſo, y autos de la cauſa originalmente, de qualquiera manera, que en ella ſe aya procedido.*

Eſta diligencia podra el Preſidente Iuez hazer eſcriuiendo vna carta al Reuerendiſsimo que embiara, o con la eſtafeta, ſi la hubiere, tomando certificacion, o con algun otro meſajero, que ſe ofrezca, con la miſma certificacion, y no ſe ofreciendo en los dichos tres dias, pida al Mayordomo de la Caſa en que reſidiere, vn moço proprio para embiar, y podra le compeller a que ſe le de, con preceptos, y cenſuras, o por la via mas conueniente, que le pareciere. 14.

En reciuiendo el Reuerendiſsimo General la carta del Iuez Preſidente, aunque eſtamos ciertos que ſu Reuerendiſsima dara luego el proceſſo, y autos, como ſe le pidieren, toda via por cumplir con lo deuido al buen orden en materia de Iuſtitia, mandamos a ſu Reuerendiſsima en virtud de Sancta obediencia. y ſo pena de excommunion lata ſententia, que dentro de vn dia natural ſin eſcuſa, ni otra dilacion, de omande dar con effecto el proceſſo, y autos de la cauſa, que ſe le piden, original, y enteramente, o embiandole por la eſtafeta, ſi la hubiere, tomando certificacion de 15.

la

la entrega, o dandole al menſajero que ſe le traxo, con la miſma certificacion. Y no lo haziendo ſu Reuerendiſsima ſi el Abbad ſuſpenſo, o priuado, eſtuuiere fuera de ſu caſa, como le eſta ordenado, le mandara boluer a ella el Preſidente Iuez, y exercer ſu officio. Y al Reuerendiſsimo ſe le hara cargo de ello en el Capitulo General como de culpa grauiſsima: ſin que ſe pueda dexar de proceder contra el, aunque na die lo pida. Y en el dicho Capitulo ſe concluyra la cauſa, que ſe hauia de concluyr, y ſentenciar en la ſegunda inſtancia.

16. In capite denique 61. & vltimo Conſtitutionum dictæ Congregationis, cui titulus eſt: *Penas de delictos.* ſic num. 6. ſtatuitur. videlicet 16. *Eſtas penas pueden poner ſolos los Generales, y Abbades, y agrauarlas, y multiplicarlas, conforme a las circunſtancias, y a las reiteraciones de las culpas, como en quanto a carceles, y Iuicios en carnes, y comer pan y agua no paſe la pena de tres meſes adelante: que para mas tiempo ſolo el Reuerendiſsimo General las puede poner, con recurſo de los ſentenciados a los Diffinidores Iuezes de agrauios. Las otras penitencias podran los Abbades alargarlas haſta vn año con pareZer, y conformidad de la mayor parte de los ancianos del Conſejo.*

17. In Definitionibus eiuſdem Congregationis, vim quidem legum habentibus, iuxta ipſius Conſtitutionem cap. 2. num. 3. quia ſcilicet in tribus Generalibus Capitulis confirmatæ exiſtunt, hæc reperitur facta ad explicationem capitis 25. de Definitorum iuriſdictione.

Otro ſi ſe declaro, que los Patres Diffinidores IueZes, no ſe puedan entrometer en conocer de otros caſos, que los que eſtan expreſados en nueſtras Conſtituciones. 18.

Quibus præmiſſis, ad ſolutionem difficultatum, quas ſupra recenſuimus, accedamus. Prima igitur inquirit,

---

ARTICVLVS I.

An ſententia ſupra à num. 2. exſcripta, appellabilis ſit ad Tribunal Patrum Definitorum?

Conclusio eſt negatiua. Et efficaciter probatur primo. Quoad nullum effectum eſt appellabilis ſententia in qua partes non grauantur. Ait enim Andr. Vallenſis in Paratit. Decretalium, lib. 2. tit. 28. §. 2. n. 6. *Quemadmodum vero quilibet grauatus, & cuius intereſt poteſt appellare, ita è diuerſo non grauatus, & cuius non intereſt non appellat, quia grauamen eſt cauſa appellationis quo proinde ceſſante, ceſſat appellatio.* Alias enim appellatio friuola, fruſtratoria, ſeu temeraria, 19.

raria, vana, inanis, & ſine iuſta cauſa interpoſita, admitteretur, cum tunc friuolè appelletur, quando non grauatus appellat. Sigiſmund. Scaccia, de appellationib. *quæſt.2.num* 48. cum Maran. in Spec. *part.6. art.2. princ.* in verbo, *& quando appellatur num.* 347. verſic. *Quæ autem dicatur.* Huiuſmodi autem admittere appellationem, grauiſſimum iniuſtitiæ peccatum eſt. Pax Iordan. volum. 3. de re Iudiciali, *lib.14. tit.26. de appellat. num.*40. Iulius Cæſar Ruginellus, de appellationib. *in præfatione, n.* 89. cum Gloſſ. in Cap. *Cum appellat. circa princip.* de appellat. *lib.* 6. & Nauarr. in Manual. *cap.*25. §.1. *ſub num.* 13. *tit. pec. Iud.* Scaccia vbi ſupra *num.* 51. verſic. *Imo Iudex. quæſt.*3. *n.* 2. cum Franch. in cap. 27. *Ad hæc*, el 2. *ſub n.*3. de appellat. *quæſt.*11. *num.*1. verſic. *Ratio. & quæſt.*17. *limitat.*4. *num.*3. verſic. *Imo peccaret. & limitat.* 36. *num.* 3. *pag. mihi* 482. ex Angelo Aretino, tractat. de Malef. verbo, *Præſente dicto Caio. num.* 19. Cardinal. Alexand. in cap. 31. *de Priore, ſub num.*3. de appellat. Guid. Papa, tract. de appellat. *quæſt.* 120. *ſub num.* 19. *fol.*61. Roland. à Valle, *conſil.*73. *ſi vidiſſem, ſub num.*26. *lib.*3. Clar. recept. ſent. *lib.*5. §. *fin. quæſt.*94. *in fine principij*, Manſuer. in addit. ad prac. Papien. *in forma appellat. à ſent. defin.* in Gloſſ. *Coram vobis*, in prima addit. in verbo, *Contumace, in fine, folio* 407. Lancellot. tractat. de attentat. *part.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 4. *princ. num.*12. *fol.* 52. Ratio autem ea eſt, quia ex officio debet Iudex in eo quod poteſt, obuiare malitiis litigantium. Et addunt Scaccia dicta *quæſt.*11. *num.*4. *ſub illatione* 1. ex Franch. in cap. 59. *Vt debitus, ſub numero* 42. verſic. *In gloſſ.* in verbo, *Ex rationabili*, de appellat. & Contar. in l. vnica, *quæſt.*19. *num.*4. C. Si de momen. poſſ. & Iulius Cæſar. Ruginellus, *vbi ſupra, num.* 88. *&* 89. *citato*, ex cap. *vt debitus*, in fin. de appellat. & Abb. ibi. & l. *cum qui ff. de Iud.* & ex §. *Hæc autem, Inſtit. de pœn. tem. litig.* vbi Doctores, & in cap. *Reprehenſibilis*, & in cap. *de appellat.* puniri debere Iudicem appellationi friuolæ deferentem. Tum ſic. Sed rei in præfata ſententia nullo modo grauantur. Ergo inappellabilis ab eis eſt præfata ſententia ad Definitorum Tribunal.

Tota huius argumenti difficultas, citra omne dubium, in 20.
minori illius propoſitione, ſita eſt. Sed illi, Deo fauente, fiet à nobis ſatis. Probatur igitur illa minor. Nullo modo grauat ſententia à qua ius appellare non permittit. Omni enim iniuſtè grauato appellare permittitur. Prima regula eſt in titulo de appellationibus. Illam tenent, &

K pro

probant Scaccia de appellat. *quæſt.* 5. *articulo* 1. *nu.* 3. 5. Pax Iordanus *lib.* 14. *tit.* 26 *tit. num.* 92. & Iulius Cæſar Ruginellus de appellationib. §. 2. *cap.* 1. *ampliat.* 12. *num.* 118. *fol. mihi* 51. ex cap. *Omnis oppreſſus*, 2. q. 6 cap. *Vt debitus*; 59. *de appellat.* l. *Aii prætor*, §. *permittitur*, *ff. de min.* ex Spec. de appellat. §. 1. *in princ. lib.* 2. *fol.* 183. Baldo in cap. *Cum dilecta*, *col.* 2. *num.* 30. de reſcriptis, & Papien. in pract. in forma libelli appellation. à ſentent. definit. in gloſſ. *coram vobis*, *n.* 5. verſ. *Quæritur quis poſſit*, *fol.* 404. Sed ius non permittit appellare à præfata ſententia. Ergo illa non grauat reos.

21. Minor iſtius ſyllogiſmi probatur, ex l. 7. Congregationis præfatæ *num.* 11. relata. ibi. *Si el agrauio fuere priuacion, o ſuſpenſion de Prelacia, o de Officio, o de voto, o recluſion, que paſe de tres meſes, o penitencias publicas de Iuicios, en carnes y pan, y agua, o otras ſemejantes, o mas graues, que ayan de durar, por tiempo de los dichos tres meſes*, &c. *el tal Prelado, o Prelada, Religioſo, o Religioſa particular podra embiar peticion al Diffinidor Iuez primero.* Et ex l. 6. de qua *num.* 16. vbi ſtatuitur Generales, & Abbates has pœnas Carcerum, verberum, &c. iniungere bene poſſe, *como en quanto a carceles, y Iuicios en carnes, y comer pan, y agua, no paſe la pena de tres meſes, adelante: que para mas tiempo ſolo el Reuerendiſſimo General las puede poner, con recurſo de los ſentenciados a los Diffinidores IueZes de agrauios.* Sed ſic eſt, quod huiuſmodi pœnæ carcerum, &c. in præfata ſententia iniunctæ, non comprehenduntur in dictis legibus, recurſum appellationis permittentibus. Ergo leges citatæ non permittunt appellare à dicta ſententia.

Patet conſequentia, quia exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis. Pax Iordanus, *volum.* 3. *lib.* 14. *titul.* 26. *num.* 177. Aug. Barboſa, in axiomatibus iuris vſu frequentioribus, *axiom.* 39. ſub verbo, *Caſus*, *num.* 10. ex l. *nam quod liquidè*, §. *fin. in prim. reſp. ff de penu legata* l. *quæſitum*, §. *idem reſpondit*, & ibi gloſſ. verbo, *Non poteſt*, *ff. de fundo inſtr. cap.* 2. *de coniug. leproſ.* Aret. *conſil.* 30. *num.* 9. Dec. *conſil.* 247. *num.* 8. & *conſil.* 605. *n.* 6. Menochio de arbitr. *lib.* 1. *q.* 30. *num.* 4. & *conſil.* 4. *num.* 230. & *conſil.* 148. *num.* 31. & ſeq. Surd. *conſil.* 303. *num.* 11. *cum ſeq.* Valaſc. *conſult.* 45. *num* 1. *in fin.* Cardinal. Seraphin. Oliuar. *deciſ.* 459. *n.* 3. & *deciſ.* 718. *num.* 7. & *deciſ.* 1251. *num.* 11. & 23. Farinac. in Praxi criminal. *part.* 4. *conſ.* 65. *n.* 74. Mari. Antonin. *Vari. reſol. lib.* 1. *reſol.* 5. *num.* 28. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. *gloſſ.* 51. *num.* 2. 22.

Frater

Frater Anton. Souſa in Releɛt. de Cenſur. Bull. Cœnæ, *cap.*20. *diſput.*96.*num.*2. Steph. Gratian. Diſceptat. forenſ.*tom.*3.*cap.*522. *num.*33.& ex Sacra Rota Romana, *deciſ.*51. *num.*10. *deciſ.*69 *n.*4. & *deciſ* 189. *num.* 2. apud eundem Farinac.*part.* 1.*recent.* Quæ quidem regula deſumitur, vt dixi in Diſquiſit. Paſtoral. de Iure Prioris annexi, ex *can. Dominus,* 32. *quæſt.* 7. & ibi *gloſſa ex l. Qui libertatis, ff. de euic.*

23. Nec valet dicere grauari reos in eo, quod dicitur in præfata ſententia: *ſin embargo del articulo introducido por los dichos acuſados (que en caſo neceſſario declaramos ſer el miſmo, que en la querella ſe pretende, y en la ſentencia difinitiua ſe deue expreſar.)* Cum, quia Iudex, maximè Eccleſiaſticus, & Regularis, qui ſine ſtrepitu, de plano, & apicibus iuris minimè ſeruatis procedere debet, iuxta Apoſtolicas Conſtitutiones, bene valet ad definitiuam declarationem articulorum, lite pendente introductorum, remittere, etiam ſi ad cauſam non ſpectent principalem: maximè cum id, communis Tribunalium praxis, non ſolum Regularium, ſed & ſæcularium ferat.

24. Bonifacius enim Octauus in Bulla 2. apud Eman. Roderiq. Minoribus conceſſit 2. Idus Nouembris anni 1495. & ſui Pontificatus 1. vt ad correctiones & punitiones Fratrum eiuſdem delinquentium infligendas *Prælati Ordinis ſupradicti, ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis, & apicibus ipſis poſtpoſitis liberè procedere valeant, ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda ipſius Ordinis inſtituta, nec volumus eiſdem licere fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitionibus, aliquatenus appellare.* Et rationem huius conceſſionis reddens, ita fatur. *Penſantes etiam quod ſi Regularium perſonarum correctio rimas, & apices ſequerentur huiuſmodi, rigor lenteſceret, ac in multiplici laſione torperet.* Ita exſcripſit Emanuel ibi; ſed in prorſus alias ſimili eiuſdem Pontificis pro noſtris Ciſtercienſibus Bulla, anno eius 3. conceſſa, *la* 10. ſic idem Rodriquez legit: *rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet.* Prout etiam habetur in omnino ſimili Bulla, incipit, *Ad augmentum*, ab eodemmet Bonifacio Patribus Dominicanis, 6. Idus Maij, ſui Pontificatus anno 2. conceſſa, *la* 4. *Bullarij Cherubini.*

Et quidem pro Ordine meo 25.
Benedictino, duæ adſunt Conſtitutiones Eugenij Quarti in Bullario authentico Congregationis Hiſpanæ, *las* 10. & 15. Incipit vtraque. *Regularem vitam.* & ſub eadem data, pridie

ſcilicet Kalend. Iulij, Anni 1436. in quarum priori, ſic *num.* 3. ſtatuit. *Cum vero contra aliquem Pralatum, vel perſonam dicta Congregationis per illius Capitulum, ſeu Praſidentem, Viſitator.s, Abbates, ſiue Priores agi contigerit ciuiliter, vel criminaliter, ſecundùm conſuetudines, & ſtatuta Congregationis prædicta, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſſis, procedi debere, tenore præſentium volumus, & mandamus.* In poſteriori, idem etiam, & eiſdem fere verbis, *n.* 2. ſtatuitur.

26. Immo inter leges Congregationis, dè qua Diſquiſitio præſens, ſub *cap.* 30. cui hoc lemma eſt. *Modo de proceder tomados los clamos.* hæc ſeptima in ordine habetur. *Los Religioſos, Prelados, o ſubditos contra quienes ſe procediere, noſe defiendam con eſtrepito de Iuicio, como ſeglares, con conſejo, y alegatos de Letrados, ſino ſumaria, y ſencillamente.* Qualis autem ſit vis harum vocum, & clauſularum, *Rimæ*, & *Apices iuris: ſine ſtrepitu iudicij*, & ſimilium, hic dicerem, quia apprimè eius cognitio Iudicibus Regularibus, immo & priuatis Religioſis neceſſaria, ſi lectori faſtidium prolixa interruptio probationum aſſerti noſtri, non ingereret: Quare ne oneri ſim, illius explicationem, in fine huius articuli, lubens tradire duxi.

Tum etiam non valet dicere grauari reos per illud: *ſin embargo del articulo introduerdo*, &c. 27. Quia ad cognoſcendum an ſententia grauamen inferat, & ſit appellabilis, necne, penſanda ſunt ea, quæ expreſſa in ſententia ſunt, non vero quæ ex ſententia colliguntur. Scaccia de Appellationibus, *q.* 17. *limitat.* 6. *membro* 9. *n.* 11. Cuius optimam hanc reddit rationem. *Quia cum ſententia* (inquit) *tranſeat in rem iudicatam quoad ea, quæ ſunt expreſſa in ſententia, & non quoad ea, quæ non ſunt expreſſa, habemus hoc certum argumentum, quod cenſetur lata quoad expreſſa, & non quoad non expreſſa.* In ſententia autem noſtra non exprimitur qualis ille fuerit articulus, niſi quatenus in genere declaratur eundem eſſe cum principali in querela introducto. Ex qua quidem expreſſione minimè grauamen reis illatum apparet, ab omnibus aliis in ſententia expreſſis diſtinctum.

Tum denique. Quia ex verbis relatis, ſatis clarè conſtat reos friuolè, & fruſtratoriè articulum illum introduxiſſe. Si ergo friuolè ille fuit introductus, friuola erit appellatio à ſententia ex co præcisè capite, quod illa declaret: *Sin embargo del articulo introducido por los dichos acuſados*, &c. 28.

Neque valet dicere grauari reos in diſpoſitione illa: *Declaramos* 29.

vamos que el dicho Padre Maeſtro prouo lo que prouar le conuino, &c. Ob doctrinam, & rationẽ Scacciæ *num.* 27. adductãs. Quia in hac expreſſione verborum, nulla fit reorum mentio, neque exprimitur, quod iſti libellum infamatorium, v. g. confecerint, aut quid aliud ſimile quod expreſſum illorum grauamen contineat.

30. Et confirmatur. Quia ſententia ſtricti iuris eſt, & aliter non intelligitur, quam eius verba ex propria important ſignificatione. Pax Iordanus *volum.* 3. *de re iudiciali*, *lib.* 14. *tit.* 25. *de ſententia*, *num.* 41. verſic. *Et quamuis*, cum Oſach. *deciſ.* 64. Maſuer. ad Papien. in forma libelli compromiſſi, *in vltim. addit. gloſſ. prim.* Scaccia vbi ſupra, *quæſt.* 17. *limitat.* 6 *membr.* 9. *ſub num.* 11. verſic. *Confirmatur ſecundò*, *p. mihi* 406. cum Cæſar. de Graff *deciſ.* 3. *aliàs* 23. *num.* 9. *de reſtitutione in integrum.* Verba autem præfata ſolum important ex propria ſignificatione, quod actor ſuam probauerit intentionem. Ergo quoad effectum grauaminis reorum, & appellationis, minimè intelligenda veniunt de his, quæ ex ipſis tacitè ſequuntur.

31. Sed dices. Doctrina hæc vera eſt, quando ex verbis ſententiæ aliud neceſſariò non ſequitur, quam id, quod illius expreſſa verba ſignificant, quod vtique tacitum in grauamen partium cedat; ſecus autem quando illud neceſſariò ſequitur, quia fuerit plenè de eo in eadem cognitum cauſa. Cum igitur in præfata, plenè fuerit contra reos cognitum, de querela per actorem contra eos data, veluti ſuæ famæ per epiſtolam detractores, per recenſita verba: *Declaramos que el dicho P. M. prouo*, &c. eiſdem reis grauamen infertur, quia neceſſariò ex illis ſequitur fuiſſe huiuſmodi famæ detractionem probatam.

Sed contra. Quia adhuc admiſſa diſtinctione in obiectione adducta, & quod plenè in cauſa de relatis cognitum fuerit: quia tamen rei, vt ſuppono conuicti ſunt, & confeſſi de eo quod epiſtolam ſcripſerint, & ex alia parte probauerit actor ſe fidelem, legalem, & bonum Miniſtrum eſſe, verba ſententiæ hanc probationem actorem feciſſe demonſtrant, non autem probationem criminis in ipſum à reis perpetrati. Immo, etiam ſi hæc probatio neceſſariò ex præfatis intelligeretur verbis, nullum iniuſtum grauamen inferretur, ſuppoſita confeſſione, & probatione prædictis, de epiſtolæ ſcriptione, quia confeſſo, & conuicto, denegatur appellatio. Scaccia *de appellationib. quæſt.* 5. *n.* 91. verſic. *Limita VIII. fol. mihi* 43. & latiùs *quæſt.* 17. *limit.* 4 *n.* 3. *fol.* 312. 32.

ex gloſſ. Bart. Bald. Salicet. & Paul de Caſtro, *in l. 2. cap. quorum appellat. non recip.* ex Guid. Papa, *tract. de appellation. q.* 110. *n.* 90. *in fine, tom.* 5. *fol.* 61. & aliis, quos ſuppreſſo nomine citat, & ex communi opinione. Scacciam ſequitur Pax Iordanus, *volum.* 3. *de re iudiciali, lib.* 14. *tit.* 26. *de appellationibus, num.* 150. Andr. Vallenſ. in Paratit. Decretal. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. *num.* 6.

33. Rationem huiuſmodi denegationis tradit Scaccia *num.* 3. citato: *Quia ſumus* (inquit) *in duplici notorietate, videlicet confeſſionis, & aliarum probationum.* Et non ſolum denegatur appellatio quando vtraque interuenit notorietas, ſed quælibet illarum ad denegationem ſufficit appellationis. Quod confeſſus non appellet, docet idem Scaccia loco vltimò citato, *num.* 30. arg. text. in cap. 61. *Cum ſpeciali, §. Porro, de appellat.* & cap. 3. *Romana, § ſi autem,* & ibi gloſſ. verbo, *vel de quo,* eod. lib 6. Felin. in cap. 26. *Quærenti, num.* 4. *Fallen.* 2. *de offic. & poteſtate iudic. deleg.* Franch. in dict. §. *Porro, ſub num.* 5. *&* 8. Dec. *ibid. num.* 18 verſic. *Secunda concluſio.* Guido Papa, *in cit. tract. de appellat. quæſt.* 120. *ſub n.* 89 *tom.* 5. *fol.* 61. *Et quod ita debeamus facere,* (addit Scaccia) *nobis regulam ſcribit Cardinal. Alexand. in d. §. Porro, num.* 9. Vlterius addit. *Et quod hæc ſit communis, ſeu magis communis opinio retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.* 1. *cap.* 97. *ſub n.* 118. *verſ. tantum, & quod hæc opinio obſeruetur, teſtantur ij, quos refert, & ſequitur Lancellot. tract. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *de attent. & in nou. appellat. pend. ampliat.* 4. *num.* 13. *tom.* 5. *fol.* 352. *& Farinac. in qq. criminal. quæſt.* 101. *num.* 154. *verſic. Contrarium.* Vide dictum Scacciam *ibid.* vbi Doctores oppoſitum dicentes ita concordat, vt dicat has opiniones diuerſas potius, quam contrarias eſſe. Quocirca concludit *in extenſione* 1. cum Ant. de Butr. in cap. 61. *Cum ſpeciali, §. Porro, ſub num.* 6. ibi, *de iure Canonico, de appellat.* dicens, quod ſi appellans vult reuocare confeſſionem, & illam erroneam allegat, poteſt de iure canonico appellare, ſed ſimplex appellatio non neceſſitat ad deferendum, quia à iure remota eſt appellatio.

Et *n.* 72. docet Scaccia, quod 34.
conuictus tantum teſtibus, contra quos nihil fuit oppoſitum, dicitur notorius, ac ſi eſſet confeſſus, ex Ioan. Andr. *in cap* 61. *Cum ſpeciali, num.* 14. in verbo, *Alio modo, de appellat.* Et addit quod probationes faciunt notorium, ſicut ſententia, ex Abb. in cit. §. *Porro, num.* 4. ſaltem poſt concluſam cauſam ad definitiuam, quia tunc non poteſt contra eos opponi, ex Ant. de Butr. *tract. de not. artic.* 2. *ſub num.* 24. *&* 25.

& 25. verſic. *Venio ad exempla, tom.* 4. *fol.* 52. Abb. in c. 24. *Cum olim*, ſub *num.* 3. *de verbor. ſignific.* Contar. *in l. vnica, limitat.* 9. *n.* 21. 23. 24. *&* 31. verſic. *Quod pariter, c. de momen. poſſ.* & Curt. Sen. *tract. de iureiur. prop. calum. num.* 4. *tom.* 4. *part.* 2. *fol.* 130. & rationem reddit Scaccia: *Quia paria ſunt* (inquit) *eſſe concluſum in cauſa, & eſſe latam ſententiam, vt referunt, & ſequuntur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt.* 5. *in princ. ſub num.* 5. *tom* 3. *part.* 1. *fol.* 177. *& Contar. in dicta limitat.* 9. *ſub n.* 25. ibi: *Facit quod alias.* Hæc ille. Cuius concluſio eſt *in dicta limitat* 6. ſæpe repetita, quod in notorio, non datur appellatio. Eandem tenet Pax Iordan. *tit.* 26. *appellation. num.* 151.

35. Huius quidem concluſionis rationem inuenio potiſſimam, apud eundem Scacciam, in eadem *limitat.* 6. *ſub num.* 7. verſic. *Ratio eſt*, quia vehemens ſcilicet, immo vehementiſſima, adeſt præſumptio, quod confeſſus, & conuictus frustratoriam appellationem interponat. Talis enim eſt, quæ morandæ ſolutionis, vel ſuſpendendi iudicij cauſa interponitur. Vallenſis in Paratitla Decret. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 1. *n.* 5. *ex l. Tutor. ff. de vſuris.* Sed Scacciæ verba, vtpote ponderatione, & memoria digniſſima, in medium proferre libuit. Poſtquam enim docuit confeſſum, & conuictum non admitti ad appellandum, & extendit doctrinam vt locum habeat in omnibus delictis cuiuſvis ſpeciei ſint, ita fatur. *Ratio eſt, quia illa l.* 2. *c. quor. appellat. non recip. loquens de illis quinque criminibus, eſt fauorabilis, & æquiſſima, in quantum confeſſis, & conuictis denegat facultatem appellandi, vt delicta ſine dilatione puniantur: Eſt enim vehementiſſima præſumptio, quod confeſſus, & conuictus appellet fruſtratoriè, & cauſa differendi, & Reipublicæ valde expedit, delicta puniri, & fruſtratorias appellationes non admitti: Vnde redeundo ad propoſitum, cum dicta l.* 2. *ſit fauorabilis, & æquiſſima, eſt extendenda, Angel. Aretin. & Cardin. Alex.* Huculque Scaccia.

Quò ſpectat D.P. Bernardus, *lib.* 3. *de Conſiderat.* ad Eugen. Papam, *cap.* 2. *num.* 7. *fol mihi* 11. dum dicit. *Qui non grauatus appellat, certum eſt, quod aut grauare intendit, aut tempus redimere. Non debet autem eſſe appellatio ſuffugium cauillantium, ſed refugium grauatorum.* Quare qui friuolè appellat, excommunicari poteſt tanquam contumax à Iudice à quo. Scaccia de appellat. *quæſt.* 2. *ſub num.* 51. verſic. *Amplius poteſt*, cum Abb. Franch. Cardinal. Alexand. & Dec. in *cap.* 54. *Solicitudinem, not.* 1. *n.* 1. *de appellat.* Pax Iordanus *eod. tit. num.* 40. Andr. Valenſ. in Paratit. *lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. *n.* 6. ſic etiam ad 36.

rem

rem præſentem fatur. *Sed & friuole appellans audiri non debet, quia grauatus non ſit, ſed alium grauare ſtudeat: vnde etiam mulctari, vel excommunicari poteſt.*

37. Neque grauantur rei ex verbis ſententiæ: *Y que los ſus o dichos no probaron ſus exceptiones. Damos las por no probadas.* Huiuſmodi enim verba, vſu frequentiſſima ſunt in ſententiis, & nemo, ratione illorum, ſe vnquam grauatum ſenſit. Immo, eo ipſo quod reus ab accuſatione in ſententia non abſoluitur, ſufficienter intelligitur quod nec dubiè exceptiones ſuas probauerit: debet enim Iudex abſoluere reum illas non ſolum clarè, ſed dubiè probantem. Quia licet in ciuilibus probatio contraria debeat neceſſario intentionem diluere actoris, & non ſufficiat, quæ illam offuſcet, vti docet Pax Iordanus, *volum. 3. lib. 14. tit. 23. de exceptionibus, num. 45.* ex cap. *In præſentia, de probationibus*, Abb. & Doctoribus *ibi*; ſecus in criminalibus, in quibus ad excludendum delictum, dubia exceptio tollit claram accuſatoris intentionem: vt plenè tradit Bart. in l. *Non ſolum*, §. *Sed & probari ff. de no. op.nun.* & can. in dict. cap. *In præſentia.* Verba ſunt omnia Iordani. Conſonat Ioann. Bapt. Lezana in ſum. qq. Regular. *part. 1. cap. 27. num. 27.* dum dicit. *Nota demum pro pœnis infligendis à Iudice Regulari, quod cum ipſe in benigniorem partem inclinari debeat, ideo in caſu quo circa pœnam infligendam alicui Religioſo ſint diuerſæ opiniones, alia affirmans tali pœna eſſe dignum. v. g. excommunicatione, &c. alia vero negans, hanc poſteriorem ſe. qui debet, vtique quia eſt benignior, & magis fauorabilis Reo, cui iura ſemper fauent. Sayr. in Claui Regia, lib. 1. cap. 13. num. 22. in noua addit. Portellus in Reſponſion. Moral. tom. 2. caſu* 40. Hæc Lezana.

Neque etiam grauantur in exhortatione illa: *Declaramos, que deuemos de exortar, y exortamos*, &c. Quia exhortare, id importat, quod in vulgari noſtro idiomate, *inducir con raçones*, vt videre licet apud Paſcratium, verbo, *exhortor*, & innuit Aug. Barboſa mox citandus. In hoc autem quod Supremus vnius Religionis Caput ſubditos ſuos *induzga con raçones, a que no ſe junten mas en vniones, y juntas illicitas, y reprouadas: y que en los juramentos, que hiziеren, tengan attençion a las circunſtancias, que los deven acompañar*, nullum prorſus grauamen apparet. Ergo re vera nullum ex hoc capite reis, in præfata ſententia fit. 38.

Et confirmatur. Quia exhortare, eſt monere. Dictio autem moneo, cõſilium inducit, non præceptum. Auguſtin. Barboſa

in

in tract. de dictionibus vſu frequentioribus, *dict.* 201. ex Guttier. *Canonic. lib.*1. *cap.*7. *numero* 25. & *cap.*30. *num.* 33. *in fin.* Cened. ad Decretal. *collect.* 34. *num.* 2. Philiarch. *de Offic. Sacerd. tom.*1. *p.*2. *lib.* 3. *cap.* 2. *dict.* 3. Azor *Inſtitut. Moral. part.*1. *lib.* 5. *cap.*6. *quaſt.* 5. Vaſquez, 1. 2. *quaſt.* 96. *artic.*4. *diſp.* 158. *cap.* 3. *num.* 23. Gregor. Sayro *in Claui Regia lib.* 3. *cap.*7. *num.* 18. & ex Thom. Sanch. in *præcep Decalogi, tom.*2. *lib.*6. *c.* 40. *n.* 40. & addit. idem Barboſa ex adductis per Celſ. Vgon. *in tract. Clauſul. pag.* 493. *colum.* 1. ſi dicatur, *Moneas*, *& inducas*, non importare præciſam coactionem, ac proinde non dari poteſtatem compellendi. Ergo præfata ſententiæ monitio, & exhortatio nullum grauamen inducit. Nunquam enim ex conſilio, neceſſitas, obligatio, vel coactio ſequitur, ſed ex præcepto ſolum: ac per conſequens ex iſto, minimè autem ex illo onus, grauamen, aut iniuſtitia oriri valet.

39. Deinde probatur reſolutio. A ſententia correctionis, ſeu à correctione non appellatur. Iul. Cæſar Ruginellus, *de appellationib.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 229. ex cap. *Ad noſtram*, *de appellat.* cap. *licet*, *de Offic. Ordinar.* & cap. irrefragabili, 13. eod. ibi. *Vt autem correctionis, & reformationis Officium libere valeant exercere, decernimus vt executionem ipſorum nulla conſuetudo, vel appellatio, valeat impedire.* & cap. *Reprehenſibilis de appellat.* Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 10. Lap. *allegat.* 54. *num.* 3. verſ. *Nec ordo*, Calder. *conſil.* 209. alias 3. *de appellat. in princip.* Alciat. *conſil.* 3. *lib.* 5 Maran. *de Ordine Iud.* 6. *par. princ. actu* 2. *num.* 321. & ex Cardin. Thuſco *concl.* 412. *lib.* 1. Et ratio abſque dubio eſt, quia non inferat grauamen iniuſtum. Ergo multo minus illud inducet, & multo minus grauabit ſententia exhortatoria.

Et quod grauamen nullum in præfatis verbis inferre voluerit Reuerendiſſimus Generalis, patet ex ſequentibus, ibi: *Y por lo que reſulta de los autos*, &c. Fit enim ex illis plus quam manifeſtum non fuiſſe exhortatione vſum, *por lo que reſultaua de los autos*, ac proinde, ex eo quod in actis conſtaret monopolium &c. ſed pro potiori in futurum cautela. In illo enim ſententiæ loco, litera: *Y*: quæ latinæ dictioni *&*, correſpondet, vim coniunctiuæ, aut copulatiuæ diſpoſitionis ſententiæ non habet, ſed ponitur inter diuerſa, iuxta doctrinam Auguſt. Barboſæ in *tract. de dictionibus vſu frequentioribus*, *dict.* 110. ex Rubr. *C. de ſentent. & interloc.* & Rubr. *Inſt. de vſucap. & longi tempor. præſcript.* & ex cap. *Cum olim*, 34. *de teſtib.* gloſſ. & Rubr. *de Iuris* 40.

& facti ignorantia. Alex. *conſ.* 168. *numero* 10. *vel* 5. Pariſ. *conſil.* 39. *num.* 21. *& conſil.* 95. *num.* 6. *&* 8. *volum.* 1. Gozad. *conſ.* 33. *num.* 17. Salon *in proœmio leg. Tauri, n.* 131. Madoſ. in gloſſ. facultat. §. *Nos qui*, in verſ. & *pag.* 95. & in *Reg.* 1. *Cancellar. quæſt.* 10. *num.* 11. Vulpell. *de prepoſit. & aduerbio. ſignificat.* ſub dictione, *&*, in principio, Menoch. *remed.* 8. *recap. num.* 84. Surdo *conſil.* 315. *num.* 17. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 3. *n.* 11. Cened. poſt librum practicar. & canonicar. quæſt. ſingul 50. *num.* 4. & ex Narbona de appellatione à Vicario ad Epiſcopum, *part.* 1. *num.* 107.

41. Nec valet dicere, indirectè, ſiue implicitè declaratur per illa verba, monopolium, & graue circa iuramenta defectum reos perpetrauiſſe: & ſic notabile grauamen eiſdem ex præfatis ſententiæ verbis ſequitur.

Non inquam valet, quia ſententia legi æquiparatur, & eiuſdem virtutis cenſetur. Pax Iordanus *tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 152. ex l. *cum quaſi*, § *hi autem*, & ibi gloſſ. *ff. de fidei com. libert.* Belin. in Cap. *Rodulphus*, *num.* 37. *de reſcriptis*, verſic. *Cæterum.* Lex autem maximè odioſa, in propria, & rigoroſa ſignificatione verborum naturali, & ſecundum communem acceptionem intelligenda eſt, ac per conſequens minimè amplianda, vti bene Ioan. Baptiſta Lezana in *ſumma quæſt. Regular. part.* 4. verbo *Leges Regularium*, *num.* 32. ex l. *Non aliter ff. de legatis* 3. & latè in diſquiſit. Paſtorali de Iure Prioris annexi probaui. Ergo in præfata ſententia, non eſt recurrendum ad ea quæ implicitè, aut indirectè per illius verba ſignificantur, ſed ad ea, quæ directè, expreſsè, formaliter, & rigoroſè ſecundum naturalem, ſeu communem modum intelligendi.

Et confirmatur: quia ſententia, vti dictum eſt ſupra *num.* 27. ſtricti iuris eſt, & non debet aliter intelligi, quam eius verba important ſecundum propriam eorum ſignificationem: Ergo cum noſtra ſententia in relatis verbis, ex propria eorum ſignificatione ſolum importet inductionem, *con raçones a que no ſe junten*, &c. hæc ſola inductio debet per eadem verba in ſententia intelligi. 42.

Prædictis adde, quod in ſententiis, magis attenduntur acta, quam verba ſententiæ. Pax Iordanus, *dicto tit.* 25. *num.* 151. ex Rota *in Peruſina executionis coram Pennia*, *apud Marcheſ. de commiſſ. part.* 3. *pag.* 114. Immo, quod ſine actis ſententia nihil probat. Idem Iordan. *ibid. n.* 92. verſic. *Signanter*, ex *l. Si cum nulla*, vbi gloſſ. Bart. & Alex. *ff. de ſent.* Rota *deciſ.* 196. *num.* 5. *part.* 2. 43.

diue: ſor.

diuerſor. & deciſ. 665. *num.* 2. & 3. *part.* 1. *nouiſſ.*

44. Neque etiam grauantur præfati rei in recluſione trium menſium, neque in aliis pœnis pro duorum ſpatio, in ſententia iniunctis. Quia omnes, & ſingulas bene valet Reuerendiſſimus Generalis pro leuioribus culpis, ſine appellationis recurſu applicare, vti apertè, manifeſtéque conſtat ex legibus ſupra *n.* 11. & 16. exſcriptis.

45. Nec denique grauamen intulit in finali ſententiæ parte, quatenus definit pœnas præfatas ſubeundas, ſub præcepto & cenſura, in aliis Monaſteriis ab ipſo Reuerendiſſimo Generali aſſignandis. Non vtique ratione præcepti, & cenſuræ; quia iudex Eccleſiaſticus, maximè Regularis Prælatus poteſtatē coërcitiuam habet, & non ſolum directiuam: hæc enim ſine illa inutilis quidem eſſet ad continendos in obſeruantia, & iuſtitia ſubditos: ad quem vtique Prælati præcipuum finem, efficaciter, & feliciter conſequendum, citra omne dubium, vtiliſſima, immo & omnino neceſſaria eſt coërcitio, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, vt latè probaui in citata Diſquiſitione de poteſtate Prioris annexi, & definit Sacra Trident. Synodus *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 3. ibi. *Quamuis excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris*, &c. Neque quatenus aſſignat alia Monaſteria in quibus prædictas luant pœnas grauantur. Quia nulla id lege Reuerendiſſimo Generali prohibetur. Ergo ei id licet, *cap. Nuper*, §. *In ſecundo*, & ibi gloſſ. verbo, *Non retinuit*, el 29. *de ſentent. excommunicationis*, gloſſ. in cap. *Conſuluiſti*, el 20. 2. *quæſt.* 4. vbi in verbo, *Superſtitioſa*, ſic fatur. *Omnia conceſſa intelliguntur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur.* Vbi plures textus Canonicos cumulat, & ciuiles.

Ex quibus omnibus ſatis probata manet, à ſufficienti partium enumeratione, propoſitio illa, in fine *num.* 19. pro minori ſyllogiſmi, probationis primæ, adducta: nimirum nullo modo grauari reos in præfata ſententia: ac per conſequens inappellabilem iſtam eſſe ad PP. Definitorum Tribunal. 46.

Expenduntur clauſulæ, ſummariè: ſimpliciter, &c.

Reſtat nobis pro huius articuli complemento, explicare, iuxta promiſſum ſupra factum *num.* 23. in fine, ſignificationem iſtarum clauſarum: *Summariè:* 47.

ſimpliciter: de plano: ſine ſtrepitu, & figura iudicij: rimis, & apicibus iuris non ſeruatis: & ſola veritate facti inſpecta. Quæ quidem omnes idem ferè ſignificant, quoad ſubſtantiam, iuxta doctrinam Lezana *in ſumm. qq. Regul. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 26. Auguſt. Barboſæ, *tract. de clauſulis vſu frequentioribus clauſ.*176. & Franciſci à Sancto Iuliano *in ſuo Tribunali Regulari, cap.* 4. *aduertentia* 1. §. 1. licet earum aliquæ ſpecialem expreſſionem importent, vt videbimus. In primis, communem earum ſignificationem adducam: Deinde, particulares, prout à Doctoribus recenſentur.

48. Omnes igitur dictæ clauſulæ octo habent communiter ſignificationes, & effectus. Primus eſt, vt æquiparentur clauſulæ: *Procedat prout voluerit.* Barboſa *loco cit. n.* 3. cum Matth. de clauſul. *part.* 1. *clauſ.* 180. *num* 6.

49. Secundus. Vt iudex datus cum eis, ſicut Princeps iudicare poſſit. Barboſa *num.* 4. cum Alex. *conſil.* 6. *n.* 2. *volum.* 3. Catheran. Pedem. *deciſ.* 1. *num.* 16. & cum Matth. *d. clauſula* 180. *num* 3.

50. Tertius. Quod iudex poſſit procedere ſecũdum quod Deus iudicaturus eſſet. Barboſa *num.* 5. cum Bald. Natt. *in repet. Clementina ſæpe, de verbor. ſignificat.* & Hondedeo *conſil.* 94 *n* 51 *tom.* 1.

51. Quartus. Quòd poſſit iudicare ſecundum propriam conſcientiam. Barboſa *num.* 6. cum Gram. *deciſ.* 62. *num.* 32. & Guid. Papa *deciſ.* 29. Et ideo ait Barboſa cum Gram. potius veritatem attendere debet, quam iuris ſubtilitatem.

Quintus. Vt per dictas clauſulas ordo iudiciarius ſit ſublatus. Barboſa *num.* 7. cum Brunor. à Sole, *in locis commun.* verbo, *Clauſula* 48. Matth. *deciſ.* 180. *cit. n.* 5. & cum Ludou. Rodolphin. poſt tractatum de abſoluta Principis poteſtate, *lib.* 2. *var. q.* 29. *num.* 1. 52.

Sextus. Quod iudex, nulla data ſententia poſſit iubere rem capi, & diſtrahi. Barboſa *num.* 12. cum Rota *in Miranden. Penſionis*, 27. *Martij*, 1613. *coram Coccino Decano*, apud Farinac. *part.* 2. *recent. la* 446. *num.* 1. 53.

Septimus. Vt non ſit neceſſe quod iudex ſedens ſententiam proferat, dummodo illam in ſcriptis ferat. Barboſa *num.* 14. cum Steph. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 522. *num.* 4. Franc. à S. Iuliano vbi ſupra *num* 3. cum Peyrino *in Formul. Prælat. litt. P. cap.* 16. *num.* 3. 54.

Octauus effectus communis eſt, vt poſitæ clauſulæ, aut earum aliqua in prima commiſſione, faciat cauſam ſummariam in omnibus inſtantiis vſque ad litis finem. Barboſa *num.* 17. cum Caſſad. *deciſ.* 8. *num.* 5. *de reſcriptis*, & Rota *in Ferrarien. bonorum* 55.

rum 16. Iunij 1613. coram Pamphilio.

56. Octo recenſiti effectus , ſeu ſignificationes communes , vti dixi , omnibus dictis clauſulis ſunt ; ſpeciales videamus.

57. *Simpliciter*, id importat vt non teneatur iudex admittere probationes poſt lapſum terminum, nec cumulationem. Vti vult Barboſa *num.*8. cum Iaſon *in l.Iulian. num 7. ff. Qui ſatiſdare cogantur.* Felin. *in cap. licet cauſam, num.*18. verſic. *Limita quartò, de Probationib.* Curt. Iun. *in l.Edita, num.*213. *C. de eden.* & Marcheſ. *de commiſſ. part.*2. *pag.* 419. *n.*79. *in vltim. impreſſ.* Et vti volunt Thom. Sanch. *tom.* 2. *Conſilior. lib.*6. *cap.*3. *dub* 11. *pag. mihi* 165. Lezana *part.*1. *cap.*27. *num.*26. & Eman. Roderiq. *tom.*2. *quæſt. Regular. quæſt.* 3. *art.* 1. cum Paulo, & Cardinale *in cap. Diſpendioſa, num.*42. *de Iudic.* denota procedendum remouendo calumniatorias , & doloſas dilationes , & exceptiones.

58. *Simpliciter , & de plano*, denotat, vt iudex ſine termino peremptorio poſſit ad ſententiam procedere. Barboſa *num.*9. cum Oldrad. *conſil.* 115. quod incipit: *In iudicio, in princ.* & cum Cardinal. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 366. *num.*1.

59. *De plano*, importat ſecundum Barboſam *num.*10. cum Felino *in cap. olim*, 5. *de accuſationib.* & Marches vbi ſupra *num.*80. vt iudex procedere poſſit die feriata, non tamen in Dei honorem dicata. Et iuxta Lezanam, *loco citato*, vt omiſſa ſolemnitate ſedendi, vel etiam diebus feriatis, poſtpoſitis vanis exceptionibus , tergiuerſationibus , & appellationibus. Idem , quoad ſolemnitates ſedendi , & dierum feriatarum, tenet Rodriquez *dict. art.*1. cum Paulo. Thomas tandem Sanchez duobus etiam modis dictam clauſulam , ex ſententiis aliorum explicat. Primò , vt non teneatur iudex ſedere pro tribunali neque in foro , neque in loco publico iudicare, nec ſeruare alia , quæ ſunt de leui ſolemnitate. Secundò , vt procedat cognoſcendo , & iudicando veritatem, ſine ſolemnitatibus iuris, & iudiciorum ſtylo non ſeruato.

Sine ſtrepitu , & figura iudicij, ait Sanchez, eſt non ſeruare formam iudicij inductam à iure ciuili , ſed tantum illam , quæ , de iure naturali, & gentium neceſſaria eſt. Et idem eſt ac procedere ſine vlla ſolemnitate iuris. Idem docet Barboſa *num.* 11. & ad ſingularia , nota , digna , pro maiori explicatione deſcendit, v. g. quod libellus neceſſarius non ſit , ſed quod quædam ſimplex petitio narrationem facti continens ſufficiat , aſſerit cum Maran. *de ordin. iudicior. part.*4. *tit. Et an iudex ſit competens , n.*8. 60.

L 3 Grauat.

Grauat. *ad Veſtr. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 7. Mart. *part.* 1. *clauſul.* 180. *num.* 1. Cabed. Luſitan. *deciſ.* 72. *num.* 2. *part.* 5. Hond. *conſ.* 94. *n.* 52. *tom.* 1. Marcheſ. *loc. cit. n.* 82. & Tuſch. vbi ſupra *n.* 4. Et quod litis conteſtatio, & trium perſonarum præſentia, quoad ea, quæ ſolemnitatem reſpiciunt, non ſit neceſſaria; ſecus autem quoad ea, quæ reſpiciunt veritatem.

61. *Sola veritate facti inſpecta*, importat, ait Lezana vbi ſupra, cum Alderete *lib.* 1. *de diſciplin. Relig. cap.* 8. & cum Thom. à Ieſu Maria, *de Viſitat. Regular. tract.* 3. *cap.* 1. Vt ſolemnitates accidentales iuris reiiciantur, ſeruatis ſolùm, quæ de iure naturali, diuino, & iure gentium ſeruari debent. Quod autem ſit ius gentium in hoc caſu, addit eſſe ſtatuta Religionum. Quod prius docuit Rodriquez *vbi ſupra*, per hæc, quæ ſequuntur verba. *Ius autem gentium apud Regulares, ſunt Conſtitutiones g nerales Religionum, provt aduertit Victorinus Manſus, de cauſis Reg. c.* 17. *p.* 27. *in fin.*

62. Barboſa autem *num.* 13. ait operari hanc clauſulam, vt data cenſeatur Iudici facultas, tam ex ſe, quam ex officio interrogandi teſtes, ac illos repetendi, eodem modo, quo fit inſtante parte, etiam ſi in cauſa ſit concluſum. Pro quo citat Marant. *de ordine iudicior. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 30. & Marcheſ. *Vbi ſupra, num.* 81. & Rurſus *num.* 15. docet Barboſa cum Rom. *conſil.* 519. *num.* 4. *& ſeq.* & cum Cardin. Tuſch. *litt. B. concl.* 366. *num.* 7. operari hanc clauſulam, *ſola veritate*, &c. quod breuiores termini dari poſſint: & quod poſſit incipi ab articulis, quibus probatis, poſſit ſententia ferri.

Sine ſtrepitu iudicij: ait Thom. Sanch. *loc. cit.* eſt procedere ſeruatis tantum ſubſtantialibus, & remouendo clamoroſam garrulitatem partium, Procuratorum, & Aduocatorum, & omnes cauillationes, dilationes, exceptiones fruſtratorias, & ſuperfluam teſtium multitudinem, & remouendo alia, quæ licet debita ſunt, ſunt tamen accidentalia. Conſonat Barboſa *num.* 16. quatenus ait, *vt cenſeantur ſublatæ friuolæ appellationes, exceptiones, & alia, quæ proceſſum retardare conſueuerunt.* Ita ille cum Oldrad. *conſ.* 115. *cit.* verſic. *Fruſtratoriæ vero*, & cum Cardin. Tuſch. *d. concluſione* 366. *num.* 3. 63.

Summariè. Operatur vt ſolum ea, quæ ad iudicij vim, & eſſentiam, ſeu naturam pertinent, adhibeantur. Lezana vbi ſupra, & Rodriquez eod. art. 1. vbi addit: *nec reis conceditur, vt teſtium iuſiurandum videant, ſed teſtium, & capitulorum exemplar eis tantum tribuatur, quod colligitur ex traditis à Bartholo, & Baldo, in l. Filius* 64.

l. Filius fa. ff. de Don. & Franciſco de Aretio, & Felino, in cap. Dilecti, de Iudicijs.

65. Barboſa vero ait, operatur hæc clauſula vt cauſa commiſſa cum illa, non obſtantibus ſtatutis, Iudex non remaneat Ordinarius, ſed Delegatus efficiatur. Eius tamen ſententia, ſolùm poteſt locum habere in caſu, quo particularis cauſa IudiciOrdinario committeretur cum dicta clauſula, *ſummariè*; non vero quando generaliter, & per modum Conſtitutionis, aut legis cautum eſt, vt Iudex ſummariè in omnibus procedat cauſis, vti vidimus ſtatutum per Bonifac. Octau. pro Ciſtercienſibus, Dominicanis, & Minoribus, & per Eugen. Quart pro noſtra Congregatione, quod & fecit pro noſtro Cœnobio S. Andreæ de Vrbe, & in ampliſſima forma, teſte à S. Iuliano, *ſupra numero* 3. Martinus V. Iulius II pro Oliuetanis, & Minimis, & Leo X. pro Camaldulenſibus. Alias enim ſequeretur, nullum Prælatum Regularem, neque Regularium Congregationem, eſſe Iudicem Ordinarium ſuorum ſubditorum, ſaltem poſt prædictarum, & ſimilium Bullarum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum expeditionem. Quod vtique nemo ſanæ mentis dixiſſe, crediderim.

66. *Rimis, & apicibus iuris non ſeruatis.* Quam clauſulam ita expende, vt ſub dictione, *Rima*, ſeu, *Rimæ*, intelligendæ veniant *tergiuerſationes*, iuxta id, quod Paſſeratius verbo, *Rima*, ait: ibi: *Inuenire rimam dicitur in tergiuerſatores, inquit Eraſmus, qui nulla in cauſa tot fidei vinculis, poſſunt aſtringi: quin qua elabantur, aliquid inueniant.* Et ſub dictione, *Apices*, intelligantur actus illi, qui potius reſpiciunt ſubtilitatem, quam facti veritatem, & cauſæ merita. Sic enim illam exponit Lezana, *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 16. cum Flauio Cherubino in Compendio Bullarij, *tom.* 1. *& cap.* 27. *num.* 26. ſæpe citato, exſcribit clauſulam Bullæ Bonifacij, exponentis hanc dictionem: *Apices iuris*, in hunc modum. *Quod licet Prælati omnes ad apices iuris ex ſupradicta Conſtitutione non teneantur, vt ſunt citationum interualla, dilationes interlocutoriæ, & cætera huiuſmodi, quæ non ſunt de eſſentia iuris, non tamen in actis iudicialibus pro eorum arbitrio procedere, ſed iure diuino, ac naturali ad ſubſtantialem iuris ordinem tenentur.* Quod quidem priuilegium, ſeu Bullam aſſerit fuiſſe per Bonifacium VIII. Dominicanis conceſſam, quam vtique me non inueniſſe apud Bullarium Roderiquez, neque nouiſſimum, noſtri Angeli Cherubini Caſſinenſis, ingenuè fateor. Non enim

enim prædicta clauſula, ſeu §. in Bulla ab eodem Pontifice dictis Patribus conceſſa, & à nobis ſupra *num.* 23. relata, inuenitur. Non tamen ob hanc rationem, de illius veritate ſuſpicionem ingerere poſſumus, quia potuit præfatus Pontifex vnam, & alteram Bullam, in fauorem magni illius Ordinis expedire. Quod vtique pro comperto mihi eſt, cum à me non viſa, à tanto referatur Doctore.

67. Dictis tamen, vt præmittitur, ſic ſtantibus, pro pleniori clauſularum, quas recenſuimus, intelligentia, ſex lubens adnotare duxi. Primum eſt, per illas non tolli citationem. Barboſa, *dicta clauſ.* 176. *num.* 19. cum Calder. *conſil.* 130. *circa med.* verſic. *Nec illa verba*, alias *fin. de iudic.* & *conſil.* 136. alias 4. *de dilationibus.* Marant. *de ordine Iudicior. part.* 4. *tit. Et an Iudex ſit competens*, *num* 9. & cum Cardinal. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 366. *num* 2.

68. Secundum eſt, non tolli defenſionem; ideo fieri poſſunt oppoſitiones, & debet dari copia, (ſaltem eo modo, quo ſupra in clauſula, *ſummariè*, diximus.) Barboſa *numero* 20. cum Rom. *conſil.* 314. *num.* 3. & cum Cardinal. Tuſcho vbi ſupra *numero* 5.

69. Tertium. Non tolli probationes neceſſarias. Barboſa, *n.* 21. cum Marant. *vbi ſupra*, tit. *Et an Iudex*, *numero* 10. & Marth. *clauſ.* 180. *cit. num.* 10.

Quartum. Non tolli iuramentum calumniæ. Barboſa, *num.* 21. cum Seraphin. *de Priuileg. Iuramen. priuileg.* 33. *num.* 67. 70.

Quintum eſt, non tolli excuſſionem. Barboſa *num.* 21. cum Cald. Pereir. de Empt. & Vendit. *cap.* 33. *num.* 30. 71.

Sextum tandem eſt, quod dictis ſtantibus clauſulis non reuocantur attentata. Barboſa *numero* 21. cum Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 179. *num.* 16. 72.

Quæ ſex ideo excipiuntur, quia ſunt de Iure diuino, naturali, aut gentium. De iure enim diuino ſunt eſſentialia pro iudicio, accuſatio delicti, ſeu denunciatio: rei citatio: æqualitas Iudicis erga partes: teſtium pluralitas: & partis auditio. Et de iure naturali ſunt Iudicis inimici recuſatio: appellatio: defenſiones legitimæ: iuramentum de veritate dicenda: ſecreta teſtium interrogatio: quod de delicto permanenti conſtet: quod inimici repellantur ab accuſando, vel teſtificando: rei conuictio, ſeu confeſſio: & ſententia definitiua. Ita P. Franciſcus à Sancto Iuliano, in Tribunali Regulari *cap.* 4. *Aduertentia* 1. §. 2. cum Peyrinis in Formular. Prælat. *litt. P. cap.* 16. *numero* 2. D. Thomas, Ghiſilerio, Miranda, Salon, Nauarro, Sayro, 73.

&

& aliis ab eodem Peyrinis citat.

Hæc de præfatis clauſulis di-
74. xiſſe ſufficiat. Quibus, vti fas eſt perceptis, quilibet facile percipere quibit, Reuerendiſſimum Generalem, bene in prædicta cauſa potuiſſe ad definitiuam, articulum per reos introductum, remittere: & omittere, ſi voluiſſet, omnia non ſolum de iure ciuili, ſed de canonico ad iudicium, quamtumuis ſubſtantialiter requiſita: ſeruatis tantum, quæ de Diuino, & naturali, & proprio Religionis iure, quod pro gentium habetur iure, vti diximus ſupra, in clauſula: *ſola veritate facti inſpecta*.

ARTICVLVS II.

An Reuerendiſſimus Generalis, an vero Definitorum Tribunal debeat iudicare de eo quod Appellabilis ſit, vel non dicta ſententia?

75. CONcluſio eſt, ad Reuerendiſſimum Patrem Generalem, non vero ad Patrum Definitorum Tribunal, iudicium proferre de eo, an ſit dicta ſententia appellabilis, vel non. Probatur hæc concluſio. Quia ad iudicem à quo ſpectat cognitio an ſit deferendum appellationi. Sigiſmund. à Scaccia, de appellationib *quæſt.* 11. *art.* 1. *n.* 1. cum Spec. *tit. de appellat.* §. *nunc dicamus, ſub num.* 2. verſic. *Sed quis iudicabit, lib.* 2. *fol.* 194. Franch. in cap. 34. *Ad audientiam, ſub n.* 2. verſ. *in Gloſſ.* in verbo, *Sine cauſa cognitione*, & in cap. 59. *Vt debitus, num.* 42. verſic. *in Gloſſ.* in verbo, *ex rationabili, de appellation.* Contar. *in l. vnica, q. prima, num* 17. *&* 27. verſic. *Concludendum, & q.* 3. *in fin.* verſic. *Pro qua, C. ſi mom. n. poſſ.* Quo loci addit Scac *Et hæc eſt concluſio communis.*

Ratio autem potiſſima illius 76.
eſt, quia iudex à quo, appellationi friuolæ deferens, peccat, & puniri debet Iul. Cæſar Ruginellus, Scaccia, & alij, quos ad ſatietatem ſupra *num.* 19. recenſui, quia appellatio friuola eſt prohibita à quauis ſententia, & illi neque iuſtitia defert, neque iudex deferre debet. Scaccia *quæſt.* 17. *limit.* 36. *num.* 1. ex cap. *Cum appellationibus friuolis*, & ibi gloſſ. Anch. Gemin. Franc. & cæteris Doctoribus, *de appellationib. lib.* 6. Bar. Marân. & aliis. Idemque citati docent Doctores de iudice iuſtæ appellationi non deferente: & merito quidem, cum contrariorum eadem ſit ratio. Ergo ad iudicem à quo abſolutè pertinet cognitio an debeat deferre, vel non: ac per neceſſarium conſequens, debet etiam cognoſcere, an appellatio ſit friuola, vel legitima. & iuſta, quia ex hac cognitione, recta reſolutio vnicè pendet, vtrum

M debeat,

debeat, vel non, appellationi deferre. Scaccia, *quæſt.*11. *art.*1. *n.*2. ex Franch. in cap. 54. *Ad audientiam*, *ſub num.* 2. verſic. *in Gloſſ.* in verbo, *Sine cauſæ cognitione*, & in cap. 59. *Vt debitus, num.* 42. verſic *in Gloſſ* in verbo, *Ex rationabili, de appell.* & Contar. *in l. vnica*, *quæſt.* 1. *num.* 18. *&* 19. *C. ſi de momen. poſſ.*

77. Et licet verum ſit quod regulariter iudex à quo hanc debeat adhibere cognitionem ad ſolam ſui inſtructionem, vt rectè deferat appellationi, vel deferre omittat, & non ad effectum, vt pronunciet ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis, ſeu de eo an ſit appellatio legitima, vel non: aut ſit, vel non ſit admittenda, quia in plurimum, ad iudicem à quo hæc non ſpectat declaratio, ſed ad iudicem ad quem, vt cum Franch. in cap. 45. *Conſtitutus*, *ſub num.* 19. *de appellationibus*, tenet Scaccia vbi proximè, *num.* 3. *&* 4. quem ſequitur Salgado de Protectio. Regia, *p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num* 212. *& art.* 2. *eiuſdem quæſt. num.* 13. verſic. *Secundus caſus*, eandem repetit Scaccia doctrinam ex Franch. in cap. 54. *Ad audientiam*, *ſub num.* 2. verſ. *in Gloſſ* in verbo, *Sine cauſa cognitione*, *de appellat.* ex Contar. in dictam *l. vnic. quæſt.* 1. *ſub num.* 10. *C. Si de momen. poſſeſſ.* & ex aliis.

78. Et pro praxi adnotat Scaccia *art.* 1. *num.* 4. *citato*, cum Franch. in d. cap. 45. *Conſtitutus, ſub n.* 19. ſub hac forma debere iudicem à quo declarationem ſuam circa appellationem pronunciare. *Admitto*, vel *Non admitto appellationem*, ſeu *Defero*, aut, *Non defero appellationi*. Quia iudex à quo non habet regulariter iuriſdictionem circa admiſſibilitatem appellationis, niſi prout eſt quid facti: & ideo declaratio ſolum debet factum reſpicere, & perſonã iudicis, an debeat, vel non debeat in præſenti caſu appellationem admittere; ſi autem pronuntiaret imperſonaliter eſſe admittendam, vel non, videretur reſpexiſſe & perſonas partium litigantium, & earum iura, quod vtique ad iudicem à quo non pertinet. In noſtro tamen caſu aliter omnino dicendum eſt: Cum, quia Reuerendiſſimus P. Generalis eſt vnicus cauſæ iudex competens, cum ſententia inappellabilis ſit ad Definitorum Tribunal, vt ex dictis præcedenti articulo patet, & dictum Tribunal ad cognoſcendum de iuſtitia, aut iniuſtitia illius, iuriſdictionem vllam non habeat, videbimus *art.* 3. Tum etiam, quia dato, & non conceſſo dubio, de iuſtitia, aut iniuſtitia ſententiæ, & appellationis, & de PP. Definitorum iuriſdictione, vel illius defectu, Reuerendiſſimus Generalis declarare bene

bene valet leges, ſeu Conſtitutiones Ordinis, ex quarum intelligentia dubij ſuppoſiti adæquata pendet reſolutio. Patet ex lege ſupra adducta ſub *num.*8.

79. Nec valet dicere Definitores poſſe eaſdem declarare Conſtitutiones ex eiuſdẽ legis conceſſione. Quia hæc facultas Reuerendiſſimo Generali iure ordinario confertur; PP. vero Definitoribus tanquam delegatis, & in caſu ſolum, quo Prælatus aliquis, aut Monachus grauamen ex declaratione Reuerendiſſimi Generalis pateretur & ab illo appellaret. Qui quidem caſus nondum datus in præſenti cauſa eſt, cum recurſu ad Definitorium. Et addo, quod iudex Delegatus interpretari non valet reſcriptum ſeu litreras, ratione quarum iuriſdictionem habet, niſi quatenus verba ipſarum litterarum patiuntur, vti poſt Innocent. Bald. docet in Rubric. §. *extra de officio Delegati.*

ARTICVLVS III.

An PP. Definitorum Tribunal Reuerendiſſimo Generali inhibere valeat?

80. Concluſio eſt negatiua. Et probatur. PP. Definitores ſunt iudices Delegati. Iudices autem Delegati coguntur formam mandati exacta diligentia ſeruare, ad quam omnino reſtringenda eſt eorum iuriſdictio, quia ordinariæ iuriſdictioni odioſa, & nullo prorſus modo amplianda. Textus eſt expreſſus in cap. *Cum dilecta*, 22. *de reſcriptis*, ibi. *Propter quod proceſſum ipſorum contra noſtri formam reſcripti, ac iuris ordinem attentatum, irritum decernimus, & inanem. Ideoque mandamus quatenus G. & quibuſdam alijs ſororibus Eccleſiæ (ſicut iuſtum fuerit) reſtitutis, & formam mandati noſtri exacta diligentia obſeruata, in negotio ipſo ratione præuia procedatis*, & in cap. *Cum olim*, el 32. *de offic. & poteſtate iudic. Delegati.* ibi. *Quia vero ſuper damnis datis antequam lis fuerit conteſtata, nequaquam ad dictos iudices cognitio pertinebat cum in reſcripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipſos potuerit iuriſdictio prorogari.* & in cap. *Cui de non*, 27. *de præbendis lib. 6.* poſt multa exempla adducta, de eo quod Delegatus non valeat mandatum exequi, etiam de partis conſenſu, niſi in eo quod expreſsè mandatur, ſic concludit. *Non enim huiuſmodi mandata (quorum fines diligenter ſeruari oportet) debent ad caſus alios, quam expreſſos extendi.*

Exornant gloſſ. in dict. c. *Cum dilecta*; verbo, *Tranſportantes.* in cap. *Cum olim*, verbo, *In reſcripto.* & in cap. *Cui: in fine ſumma*, ibi. *Nota ſecundò, quod in mandato cu-* 81.

*ſus forma eſt obſeruanda, non poteſt
illa omitti: etiam de partium con-
ſenſu.* Exornant & gloſſ. in cap.
Praeterea, verbo, *Simpliciter*, &
verbo, *coercere*, el 5. *de offic. &
poteſt. Iudicis Delegati.* Pax Ior-
danus, *volum.* 3. *de re Iudiciali*,
lib. 13. *titul.* 6. *de Iudice delegato,
num.* 48. ex dict. cap. *Cum dilecta*,
& l. *Diligenter, ff. Mandat* & Ho-
ſtienſi *in ſumma, de offic. delegati*,
§. 8. *Quod ſit eius officium. & n.* 59.
ex Lancellot. Conrad. Peregr.
Ioannin. & num. 175. & n. 179.
ex gloſſ. verbo, *Proceſſus*, *ad fin.*
in cap. 1. *de reſcript. in* 6. Alex. in
l. 2. *col.* 15. *ff. de officio eius.* Maran-
ta in Spec. *part.* 4. *diſt.* 5. *num.* 30.
& in dict. *cap. Cum olim*, Abbas,
Felin. Imola, & alij, quos ibi re-
cenſet, & ſequitur Aug. Barboſa,
Iul Cæſar Ruginellus, *de appel-
lationib.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 116. vbi
ſatis opportunè ad rem præſen-
tem ſic fatur. *Clarum enim in iure
eſt iuriſdictionem limitatam ad
certum genus perſonarum, & ad
certam ſummam, ad alia non ex-
preſſa extendi non poſſe, ſecundum
ea, quæ not. Aug. Bar. in conſ.* 105.
lib. 3. *Vant. de nullit. ex defect. iur.
num.* 51. *& ſeq. traditque Rebuff de
ſent. prouiſional. artic.* 2. *gloſſ.* 2. 3.
& 4. *& ex text. in l. Quicumque,
C. de execut. & exact. lib.* 12. *in illis
verbis: Hoc tantum poteſtatis ar-
ripiat, quod mandatum curiæ ſuæ
ſpecialiter approbatur.* Hæc ibi;
& § 6. *gloſſ.* 7. *capite* 1. *num.* 19. ſic
ait. *Pro parte vero negatiua addu-
co, reſcripta eſſe ſtricti iuris, &
ſtrictè interpretanda. cap.* 1. *& gloſſ.
de offic. deleg. cap.* 1. *in verbo pro-
ceſſus, eodem in* 6 *prout etiam ſunt
ſtatuta, Rol. à Valle, conſ.* 72. *n.* 26.
& ſeq lib. 3. *Oſach. dec.* 58. *num.* 12.
& 13. *hic autem loquitur reſcri-
ptum, quod committat cauſam. Er-
go declaratio excluſa videtur. l.
Quicumque, C. de excuſ. & exact.
ibi. Hoc tantum poteſtatis arripiat,
quod mandatum curiæ ſuæ ſpeciali-
ter approbatur, &c. l. in prouincijs,
cum l. ſeq. C. de numerarijs, lib.* 12.
*quidquid enim in reſcripto denega-
tionis non reperitur expreſſè conceſ-
ſum, cenſetur prohibitum.* Hucuſ-
que Ruginellus.

Petrus idem Barboſa ad l. 1. 82.
de Iudicijs, artic. 1. numer. 213.
& 214. ſic ait. *Et omiſſis alijs, ea
fundamentalis eſſe videtur quod le-
gatus non habet iuriſdictionem iu-
re proprio, ſed alieno nomine, hoc
eſt delegantis, l.* 1. *§ fin ſupra de offi-
cio eius, cui mandata eſt iuriſdi-
ctio, & quidem quatenus per de-
legantem reperitur conceſſa, cap.
Cui de non Sacerdotali, de Præ-
bend. in* 6. *Plane, qui commiſit cau-
ſam aduerſus certam perſonam,
eius nomine expreſſo, ita videtur
ad expreſſam commiſſionem reſtrin-
xiſſe, vt omnes alias cenſeatur ex-
cludere.* Hæc ille. Andr. Vallenſ.
in Paratit. Decretal. *lib.* 1. *tit.* 9.
de Offic. & poteſt Iud delegati,
§. 4. *num.* 3. etiam conſonat di-
cens

cens. *Secundò, vt diligenter ſeruet formam, & tenorem ſuæ delegationis, ſeu mandati: quia cum nullum habeat officium, niſi quod in ſua delegatione, & mandato continetur, & hoc ſit ſtricti iuris, atque extraordinariæ iuriſdictionis: non debet extendi vltra perſonas, vel cauſas in eo expreſſas. capit.* 1. *& 40 h. titul. & cap. ſuper eo, de Appellat.* Hucuſque Vallenſis, *& num* 4. ait. *Erit que nullum, ſi quid egerit contra tenorem reſcripti. c. Cum d. lecta, de reſcript.*

83. Pro coronide huius diſcurſus, in medium afferre libuit verba quidem aurea Rugmelli, loco proximè citato, *num.* 21. quæ huiuſmodi ſunt. *Dicitque Bald. in cap. ex parte, de reſcriptis num.* 3. *eum, qui excedit fines poteſtatis ſibi conceſſa, præuaricatorem mandati eſſe, & allegat textum, quem dicit laudabilem, in l. Militarib. C. de decur. lib.* 10 *& late per Auil. in cap. Prætorum* 1. *gloſſ. mandando, pag.* 2. *In dubio enim ſtatuta iuri communi accommodare debemus. Felin in cap. Paſtoralis, de reſcript. num.* 9. *concedens enim auctoritatem, & conceſſionem, ſemper iuxta leges, & decreta dare videtur. l. digna vox, C. de legib. alias redderetur nullum reſcriptum. l. tertia, C. de precib. imp offer.* Hucuſque Doctor ille. & Conſonat Gratian. *tom.* 5. *diſceptat.* 61. *num.* 10. quatenus cum Socino, Seraphino, & aliis docet quod quando Iuriſdictio conceditur aſſignata aliqua forma, aut ſub aliquibus conditionibus, ſi iſtæ, aut illa non ſeruatur, nulliter Iuriſdictio exercetur: quia forma non ſeruata, actus eſt nullus, etiam ſi in minimo formæ deficiatur, quia ſemper præſumitur ſubſtantialis. Idem *diſceptat.* 965. *num.* 18. cum Bart. Bald. Becio, & Rolando: docet etiam quod quando conceditur iuriſdictio cum conditionibus, & modificationibus, conceditur forma data. Surd. *deciſ* 268. *n.* 10. cum Anchar. Felino, Decio & aliis.

Dicta tamen omnia ex abundanti, & vt ea, quæ iuris communis ſunt, & vniuerſale Doctorum placitum in notitiam veniant lectorum, lubens cumulaui. Illorùm enim pro firmanda concluſione propoſita, minimè indigebam, cum haberem legem eiuſdem Religionis, de qua ſupra *num.* 18. declarantem Patres Definitores Iudices, in cognitionem aliorum caſuum, quam qui in Conſtitutionibus Ordinis expreſſi habentur, intromittere ſe non poſſe. 84.

Ex quibus omnibus habemus PP. Definitores præfatæ Congregationis, quia Delegati illius ſunt, exactæ diligentia ſeruare debere fines ſtatuti, & Conſtitutionis in qua illis iuriſdictio conceditur: eo maximè quia conceditur ſub conditionibus, & 85.

modificationibus, de quibus ſupra *num*.9. ibi, *con las condiciones, y leyes eſtatuydas, y ordenada por la preſente Conſtitucion, & num*.10. *in fine*, ibi. *Y la han de exercer, y adminiſtrar por las leyes ſiguientes.* & aſſignata quidem forma, non ſolum in genere, ſed in ſpecie, præcipuè quoad modum procedendi cum iudice à quo, vt videre licet ſupra *num*. 13. ibi: *eſte obligado de embiar al Reuerendiſſimo General dandole cuenta de la ſupplicacion interpueſta, y pidiendole ſe ſirua ſu Reuerendiſſima de embiar el proceſo, y autos. Et ſtatim* num. 14. *Y eſta diligencia podra el Preſidente Iuez hazer eſcriuiendo vna carta*, &c. In qua quidem forma, vti ex ipſiſmet verbis euidenter apparet, minimè conceditur Præſidenti, nec Tribunali facultas inhibendi Reuerendiſſimo Generali, ſed ſuppliciter, & cum debita Supremo Capiti reuerentia, & ſummiſſione poſtulandi, vt dignetur acta cauſæ remittere. Quibus vtique non tranſmiſſis, functus omnino eſt ſuo officio Definitor Præſidens, & ad vlteriora alia minimè valet ſolus, aut cum ſuis coniudicibus in eadem cauſa procedere, aut quidquam aliud facere, quam Abbati ſuſpenſo, aut priuato, vt in propriam redeat domum ordinare, ſeu mandare, iuxta legem de qua *num*.15. cuius illico verba in medium proferam.

Et licet concluſio ex dictis inconcuſſa maneat, & eius veritas luce meridiana clarior appareat, illuſtratur vlterius ex lege modo citata ibi. *Y no lo haciendo ſu Reuerendiſſima* (hoc eſt acta cauſæ non tranſmittendo) *ſi el Abbad ſuſpenſo, o priuado eſtubiere fuere de ſu caſa, le mandara boluer a ella el Preſidente Iuez, y exercer ſu officio. Y al Reuerendiſſimo ſe le hara cargo de ello en el Capitulo General como de culpa grauiſſima, y en el dicho Capitulo ſe concluyra la cauſa, que ſe hauia de concluyr, y ſentenciar en la ſegunda inſtancia.* In qua quidem lege, nonnulla ponderanda pro noſtra veniunt reſolutione. Primum eſt, quod Præſidenti Iudici facultatem præcipiendi, ſeu mandandi deleget, ad illam exercendam in Abbatem priuatum, vel ſuſpenſum. Ergo nullus illam extendere poteſt neque ad Reuerendiſſimi Generalis perſonam, neque ad rem aliam etiam priuationis, aut ſuſpenſionis alterius officij, ob ea, quæ ſupra dixi, nimirum delegati iuriſdictionem non extendi de re, ad rem, neque de perſona ad perſonam; ſed reſtringi ad res, & perſonas in reſcripto, aut ſtatuto delegationis expreſſas. 86.

Secundum in præfata lege ponderatione dignum eſt, quod ſibi reſeruat Congregatio cognitionem cauſæ inobedientiæ 87.

Reue

Reuerendiſſimi Generalis, in caſu iniuſtæ retentionis actorum cauſæ principalis, & illius punitionem in Capitulo Generali exequendam. Ergo denegat Definitoribus cognitionem, & punitionem huiuſmodi. Ac per conſequens non licet PP. Definitoribus contra Reuerendiſſimum Generalem, vllo modo procedere.

88. Tertium denique ponderatione digniſſimum eſt, quod in fine dictæ legis habetur: *Yen el dicho Capitulo ſe concluyra la cauſa, que ſe hauia de concluyr, y ſentenciar en la ſegunda inſtancia.* Quod vtique, quia clarum eſt, non indiget explicatione. Rota in Pampilonenſi Parochialis de Stella, Veneris 29. Octobris, Anni milleſimi, ſexcenteſimi vigeſimiprimi, coram R. P. D. Coccino Decano, ibi: *Declaratio enim non habet locum in Claris. Caſtr in l. Haredes palam, § ſi quid, num. 4. in fin. ff. de teſtam. & conſil. 22. col. fin. verſ. Praterea dicta declaration. lib. 1. Dec. conſil.* 114. *num.* 5. *verſ. Et dicit hoc procedere.* Hæc in deciſione illa, quæ authentica in archiuo Hyrachenſis Cœnobij aſſeruatur.

89. Finem huic articulo impono cum celebri textu in cap. *Romana, §. Si vero, 3. de appellationibus, lib 6.* Vbi clarè definitur, quod ſi poſt ſententiam proponatur non eſſe cauſam deuolutam ad iudicem ad quem (niſi prius ipſi conſtiterit cauſam ipſam ad eum totaliter fuiſſe delatam) prohibere, ne in cauſa illa, vel ne ad executionem procedatur ſententiæ non præſumat. Quocirca gloſſ. in cap. *Non ſolum, in fin. ſumma, 7. de appellationib.* ſic ait. *Nota quod iudex appellationis non poteſt inhibere iudici à quo, ne in principali procedat: quo vſque conſtiterit iudici appellationis, quod negotium ſit ad ipſum deuolutum. Et* (addit) *hoc verum loquendo de interlocutoria.* Ergo minus poterit inhibere loquendo de definitiua.

Quæ quidem Conſtitutio præcipitur obſeruari per Trident. *ſeſſ. 22. cap. 7.* etiam in Nunciis, & legatis Apoſtolis, Patriarchis, Primatibus, & Metropolitanis. 90.
Ex ea ſequitur manifeſtè, quod etiamſi PP. Definitores eſſent iudices competentes ad cognoſcendum de cauſa præfatæ ſententiæ, & haberent poteſtatem inhibendi Reuerendiſſimo Generali, nulliter, & attentatè proceſſiſſent in prohibitionibus expeditis pro retardanda executione dictæ ſententiæ, quia ante inſpectionem actorum, illis non poterat conſtare cauſam iſtam ad ipſos totaliter fuiſſe delatam, *id eſt,* (vti ibi ait gloſſ. verbo, *Totaliter*) *talem fuiſſe appellationem, qua deuoluat negotium.* Vide *n* 64. Vbi dicetur inhibitionem Canonicam

nonicam expediri non valere, niſi dicta inſpectione præuia & quod non cauſat attentata, quæ non eſt canonica.

A r t i c v l v s IV.

An Reuerendiſſimus Generalis poſſit ſententiam exequi præfatam?

91. Concluſio eſt affirmatiua. Et licet hæc reſolutio ex præcedentibus pateat, denuo hic illam roborare libuit Probatur igitur concluſio. Quando notorium eſt, vel manifeſtum appellationem eſſe nullam, iniuſtam, aut non recipiendam, iudex à quo poteſt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ, appellatione non obſtante. Scaccia de appellationibus, *quæſt.* 11. *n.* 11. cum Spec. eod tit. §. *Nunc dicamus, ſub num.* 8. verſic. *Item appellatione, lib.* 2. *fol.* 194 Ioan. Andr. in cap. 28. *Paſtoralis, num.* 11. ibi. *Vbi vero certum eſt, de offic. & poteſt. iudic. deleg.* & Franch in c. 45. *Conſtitutus, ſub num.* 18. *de appellation. & art.* 2. *ſub num.* 15. verſic. *Amplia*, idem Scaccia in hæc prorumpit verba. *Amplia hanc limitationem, vt in tantum iudex à quo poſſit cognoſcere, vt ſi ei ex actis notoriè conſtiterit appellationem eſſe nullam, ſeu aliter iniuſtam, poſſit appellatione non obſtante, procedere ad executionem.* Idem tenent Roland. à Valle *conſil.* 77. *num.* 20 *volum.* 1. Lancellot. de attentat. *part* 2. *cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 1. Eſtque expreſſum in cap. *Non ſolum*, el 7. *de appellationib. lib.* 6. ibi. *exceptis caſibus in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare.*

Quales autem ſint iſti caſus 92. ait gloſſa verbo, *Caſibus*, inter quos recenſet criminoſum notorium. Et expreſſius decernitur in cap. *Romana*, §. *Si autem, eod.* in hunc modum. *Si autem poſt ſententiam in caſibus à iure prohibitis (vtpote à ſententia ſuper manifeſto, & notorio crimine, vel de qua quis iure confeſſus extitit promulgata) vel conſimilibus appellatum fuiſſe dicatur: poſſunt, ne ſententia executioni mandetur (poſtquam cognoſcere cœperint vtrum ſit recipienda, vel non appellatio ab eo interpoſita) inhibere.* Vbi gloſſa verbo, *Mandetur*, ſic fatur. *Poteſt dici quod notorius criminoſus appellare poteſt: ſed iudex non tenetur appellationi deferre: niſi exprimeret cauſam rationabilem, puta ſe timore tormentorum confeſſum, vel per errorem. Alias ergo antequam Superior de appellatione cognoſcat, & inhibeat, poteſt iudex ſententiam exequi, poſtea non.* Cognitio autem de qua tam textus, quam gloſſa loquitur, intelligitur de cognitione cum actorum inſpectione, quia aliàs inhibitio non erit canonica, vti modo dicemus.

Ex

93. Ex ſæpe dictis autem conſtat manifeſtè, & notoriè appellationem à reis interpoſitam in hac cauſa eſſe nullam iniuſtam, & non recipiendam. Ergo Reuerendiſſimus Generalis poteſt ad executionem procedere ſententiæ: & quidem ſine attentati periculo, vti tradit Scaccia *n.* 11. *citato*, ex Angelo Aretino, in l. 5. *Si cuius*, *num.* 1. *ff. de appellation. recipiend. vel non.* Et addit ibi Scaccia, *quod non dicatur attentare ille, qui facit executionem contra appellantem cui reſiſtit ius.* Tenuit Rota, *deciſ.* 35. alias 234. *Si Rector de appellat. in nouis*, & clarius Caputaquen. *deciſ.* 52. *attentare*, & latius *deciſ.* 328. *ſeu* 3. *Executio ſententiæ*, *num.* 2. *part.* 1. Immò vlterius addit Scaccia cum Roland. à Valle, *conſil.* 77. *ſub num.* 5 poſſe & in caſu, quo appellatio de iure teneat. Quod ſaltem locum habet quando nondum præceſſerit inhibitio canonica ipſi iudici à quo intimata, quia quando inhibitio non eſt canonica, non cauſat attentata, Salgad. de Protect. Regia, *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 23. vbi ait non eſſe canonicam quando expeditur extra ius, aut virtute appellationis friuolæ. Inhibitio vtique tunc ſolum canonica eſt, & dicitur, ſecundum magis communem, & receptam ſententiam, quando facta fuit à Iudice ad quem legitimo, & competente, præuia cauſæ cognitione, actis illius viſis, & citata parte. Couarr. in practic. quæſtionib. *cap.* 24. *num.* 3. Robert. Maranta, 6. *parte tit. de appellation. num.* 196. Quia poſt inhibitionem canonicam intimatam, non poteſt Iudex à quo ſententiam alias exequibilem, exequi, quia inhibitio huiuſmodi, ab illo aufert iuriſdictionem, non ſecus ac ſi ipſe ſponte appellationi deferret, in ſimili caſu ſententiæ exequibilis, amitteret iuriſdictionem ad illam exequendam. Cap. *Romana Eccleſia*, §. *ſi autem*, *de appellat. lib.* 6. & ibi Hoſtienſ. Ioan. Andr. & alij. Pax Iordanus *volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *de appellat. num.* 157. Notanter dixi, *à iudice ad quem legitimo, & competente*, quia inhibitio ab huiuſmodi non procedente, non eſt vera inhibitio & ſpernenda venit, quia iuriſdictio eſt anima inhibitionis. Lancellot. de attentat. *part.* 2. *cap.* 20. *in præfatione*, *quæſt.* 1. *à num.* 12.

ARTICVLVS V.

An Reuerendiſſimus Generalis licitè valeat ſententiæ executione ſuperſedere, & acta cauſæ ad Definitorium tranſmittere?

Concluſio eſt negatiua. Et probatur. Præcipuus effe- 94.

ctus appellationis eſt ſuſpenſio executionis ſententiæ à qua illa interponitur. Sed Reuerendiſſimus Generalis non poteſt ſalua iuſtitia appellationem huius ſententiæ admittere iuxta ſæpe dicta, præcipuè *artic.* 1. Ergo neque poteſt ſalua iuſtitia ſe ab illius executione abſtinere ac per conſequens neque acta poterit ad Definitorium tranſmittere, vt ibi in ſecunda inſtantia, & appellationis gradu de iuſtificatione cognoſcatur ſententiæ, cum legum præfatarum rigore, huiuſmodi cognitio ad illud non ſpectet Tribunal: & Reuerendiſſimus Generalis illi non poſſit iuriſdictionem conferre, vt in præfato appellationis cognoſcat gradu: quia appellatio debet à minori ad maiorem fieri. Eſt enim appellatio, *ab inferiori Iudice ad Superiorem facta prouocatio, ratione grauaminis illati, vel inferendi.* Andr. Vallenſis in Paratitla Decretalium *lib.* 2. *tit.* 28. §. 1. *num.* 1. Et ratio in promptu eſt: quia maior corrigere debet, quod fecit inferior, & non è contra. Pax Iordanus, *tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *de appellationibus, num.* 4. ex cap. *Si quis amodo, diſtinct.* 81. & cap. *Cum inferior,* 16. *de maiorit. & obedient.* vbi ſic habetur. *Cum inferior ſuperiorem ſoluere nequeat, vel ligare, ſed Superior inferiorem liget regulariter, & abſoluat: & ſatis abſonum videatur vt filius poteſtatem habeat in parentem.* & gloſſ. in *ſumma, fin.* ſic fatur. *Nota, quod minor, in maiorem poteſtatem habere non debet.* Et verbo, *Parentem,* ait. *Immo è conuerſo filius debet eſſe in patris poteſtate.* &. *Immò pater debet regere prolem ſuam.* Quo igitur pacto poterit Reuerendiſſimus Generalis acta huius cauſæ ad Patres tranſmittere Definitores, inferiores vtique, & filios ſuos. Nullo prorſus, nec executione ſuæ ſententiæ ſuperſedere. Quia ex officio debet omnis Iudex, maxime Regularis, in eo, quod poteſt, malitiis obuiare litigantium.

Articvlvs VI.

An Reuerendiſſimus Generalis poſſit contra omnes quomodolibet executionem ſua ſententia impedientes procedere, & in eos animaduertere?

Concluſio eſt affirmatiua. 95. Immò, & quod debeat, aſſeritur. Hæc concluſio probatur. ex can. *Omnes,* el 1. *diſtinct.* 22. vbi Nicolaus Papa II. *Vnde non dubium, quia quiſquis cuilibet Eccleſia ius ſuum detrahit, iniuſtitiam facit.* & gloſſ. verbo, *Iniuſtitia,* ſic ait. *Nec Papa debet vni Eccleſia detrahere, & dare alteri.* Vnde cap. *Cum inferior,* cit. habetur.

Prouiſo

Prouiſo, vt ſi ex hoc Archidiaconi Firmienſ. iura læduntur, in diœceſi tua (vbi expedire videris) abſque alieni iuris præiudicio, recompenſationem illi facias congruentem. Vbi gloſſ. verbo, *Præiudicio*, ita ait. *Et ſic Papa non intendit alijs per ſuas litteras præiudicium irrogare.* & in marginali, dicti Cap. *Omnes*, ſic fatur. *In cuiuſquam enim iniuriam beneficium tribuere, noſtri moris non eſt, dicit Imperator. C. de emanci. nec auus.* Reuerendiſſimus autem Generalis omittens defenſionem ſuæ iuriſdictionis, Dignitati, & ſucceſſoribus in ea, ius ſuum detrahet, & iniuſtitiam faciet. Non enim abſolutus Dominus eſt iuriſdictionis ſuæ, ſed adminiſtrator, & cuſtos: & ideo obligatur ad eius manutentionem, & cuſtodiam, vti bene obſeruat Pax Iordanus, *volum. 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 3. de Prouiſione beneficiorum, à num. 136.* vbi etiam obſeruat, ex l. Iulianus, §. *Non enim, ff. Si quis emiſ. ca. teſt.* Caſſad. *deciſ. 3. num. 4. de Iurepatron.* Cardinal. in Clement. 2. *num. 4. de Pæn.* Pariſ. de Put. *de re milit.* §. *An Rex, num. 50.* & ex Gonçalez in proœm. 8. Regul. Cancel. §. 4. *num.* 29. quod iuriſdictio cum ſit honor, dicitur maioris conſiderationis, quam ſit commodum pecuniarum: & propterea cauſa iuriſdictionis dicitur magni præiudicij. Si ergo Prælatus mortem ſubire debet pro defenſione rerum Eccleſiæ ſuæ, vbi iſtæ auferuntur, quantò magis pro iuriſdictionis defenſione, cum ſit altioris ordinis, & nullo valeat pretio comparari? Poterit igitur, & tenebitur Reuerendiſſimus Generalis in omnes; & ſingulos ſuam impedientes iuriſdictionem, & ſuæ ſententię executionem animaduertere.

Facit pro concluſione noſtra text. in Cap. *Quod ſuper his*, el 9. *de maiorit. & obedient.* vbi ſtatuitur, vt Epiſcopus Abbates, & Sacerdotes ſibi lege diœceſana ſubditos per cenſuram Eccleſiaſticam ad Synodum venire, *& debitam obedientiam, & reuerentiam ſibi exhibere compelleret.* Et rationem reddit gloſſa in verbo, *Obedientiam*, his verbis. *Quia Iudex, ſiue Prælatus, iuriſdictionem ſuam defendere poteſt pœnali iudicio. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. 1.* 96.

Probatur etiam ex cap. *Quia*, el 1. *de offic. & poteſt. iud. Deleg.* vbi Alexander Papa Tertius, decernit, *quod ſicut agentes, & conſentientes pari pœna, (ſcripturæ teſtimonio) puniuntur: ſic tam eos, qui trahuntur in cauſam, quam principales eorum fautores (ſi eos manifeſtè cognoueris iuſtitiam impedire) diſtrictione Eccleſiaſtica* 97.

 poteris

poteris coërcere. Vbi gloſſa inter alia, verbo, *Impedire*, ait. *Hoc contingit, quia impedit ipſam iuriſdictionem, & Iudex omnia poteſt, quæ ad ipſam iuriſdictionem pertinent, & ſine quibus cauſa expediri non poteſt.* Et in cap. *Præterea*, cl 5. *eod.* ſic idem Pontifex. *Hoc tibi auctoritate præſentium innoteſcat, quod poſtquam ei cauſa licet ſimpliciter delegatur, ſatis poteſt noſtra auctoritate partes compellere: & etiam contumaces ſeueritate Eccleſiaſtica coercere.* Et paucis interiectis, rationem hanc nobis tradit. *Quia ex eo* (inquit) *quod cauſa ſibi committitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.* Et gloſſ. verb. *Ex eo quod cauſa*, ita fatur. *Argum. quod conceſſo principali, conceditur acceſſorium.* 8. *diſtinct. Quo iure*, & 16. *quæſt.* 1. *Si Monachus.* Et plures alios cumulat textus, ex vtroque deſumptos iure.

98. Facit etiam pro concluſione text. in Cap. *Significaſti nobis, in fine*, cl 7. *eod.* ibi. *poteſt executioni mandare: & ſi qui ſibi reſtiterint, eos ſententia Eccleſiaſtica coercere.* vbi gloſſa, verbo, *reſiſtentibus*, ita ait. *Quos poteſt excommunicare, cum habeat coerctionem, alias talis executio deluſoria videretur.* Et text. in cap. *Ex literis*, cl 29. eod. ibi: *quam potuerunt poſtmodum Patriarchæ, quoad executionem ſententiæ demandare: ex qua coerctionem etiam idem Patriarcha receperat: cum huiuſmodi demandata iuriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubdelegatus huiuſmodi coerctionem aliquam non haberet.*

Tenet & Pax Iordanus, *volum.* 3. *de re iudiciali, lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 60. cum Menoch. de Arbitr. *centur.* 5. *caſu* 438. & *num.* 61. reſolutionem ampliat, cum eodem Menoch. *loco cit. num.* 4. Innoc. Butr. Baldo, & aliis, in dict. Cap. *Quia*, 1. *de offic. & poſt. Iud. Deleg.* vt procedat etiam in Delegato Iudicis Ordinarij, quod tenet gloſſ. in dict. cap. *Ex litteris*, verbo, *Si ſubdelegatus*, ibi. *& etiam iudex delegatus ab Epiſcopo.* Andr. etiam Vallenſis, in Paratitla Decretal. *lib.* 1. *tit.* 29 de offic. & poteſt. Iud. delegati, §. 4. ſic *num.* 5. ait. *Ideoque, ſi cui cauſa ſpecialiter delegetur, poterit nihilominus delegatus citare partes, contumaces punire, eligere nuntium, eundemque ſi falſam relationem fecerit, punire: ſicut & quemlibet alium impedientem, quominus cauſa exitum, aut progreſſum habeat. cap.* 1. *& cap. Præterea*, 5. *hoc tit.* Si igitur Delegatus, etiam Iudicis Ordinarij compellere, & coercere poteſt contumaces, & ſuam impedientes iuriſdictionem, ne iſtius executio eluſoria 99.

redda-

reddatur, à fortiori poterit & ipſe Ordinarius, vti docet idem Iordan. *n.63.* cum Calc. *conſ.* 68. *n.9* & Menoch. *ſup.n.7.* & merito quidem, quia delegatus, maiori, ſeu ampliori iuriſdictione, quam ſuus principalis minimè pollet, cum illam ex vi delegationis habeat, & nemo quod non habet, alteri dare, vel concedere queat.

100. Vlterius probatur concluſio doctrina, & exemplo Sanctorum: & primò Diui Cypriani, quem Iuo Carnotenſis Epiſcopus, *Epiſtola* 65. ad Hugonem Epiſcopum Lugdunenſem, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, per hæc verba refert, apud Pacem Iordanum, *volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *de Iuriſdictione, num.* 32. *Quia de tantillo iure, quod habent Eccleſiæ noſtræ, nec volumus, nec debemus cedere, cum B. Cyprianus dicat: quam periculoſum ſit in diuinis rebus, vt quis cedat iuri ſuo, & poteſtati, Scriptura ſacrâ declarat, cum Eſau Geneſ.* 25 *primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere id poſtmodum potuerit, quod ſemel conceſſerit.* Ita ille.

101. Secundò fulcitur reſolutio auctoritate noſtri magni Cantuarienſis Archiepiſcopi D. Anſelmi, ſic *lib.* 3. *Epiſtolar. Epiſtola* 19. *ad Vulſtanum Gornienſem Epiſcopum*, ſatis opportunè ad rem noſtram fantis. *Hanc dignitatem, & poteſtatem* (ſcilicet vt intra cuiuſcumque Epiſcopi Diœceſim haberet Eccleſia Cantuarienſis Eccleſias, quæ ſui Archiepiſcopi proprij iuris eſſent, ipſe Archiepiſcopus in illis Epiſcopale exerceret officium,) *tandiu inconcuſsè ab Eccleſia Cantuarienſi poſſeſſam conatur hoc noſtro tempore prædictus* (Londinenſis) *Epiſcopus ſuffraganeus ſcilicet Archiepiſcopo, & Primati ſuo, filius matri ſuæ auferre, & annihilare. Quamobrem in hac re veſtrum peto conſilium, & auxilium, quatenus vt fidelis filius matris veſtræ contra filium, non dicam infidelem, ſed volentem eam exhæredare ſubueniatis.*

Si igitur Reuerendiſſimus Generalis videt filios, Patres ſcilicet Definitores matrem ſuam Congregationem exhæredare velle, illius vtique iuriſdictionem minime eis in noſtro caſu conceſſam auferendo, ſibique ipſis appropriando, & in ſe communem Patrem, & ſupremum Caput illam exercendo, ipſumque, quatenus ex parte illorũ eſt, per cenſuras annihilando, quare ipſi Reuerendiſſimo non licebit contra præfatos PP. Definitores procedere? Immò, quo ex capite ab inaduerſione illi abſtinere licebit? Et ex qua demum ratione, qui fideles filij ſunt, conſilium, & auxilium ſuum Reuerendiſſimo Generali, in 102.

tanti ponderis negotio, non impendere quibunt? Immò ex affectu pietatis ſaltem, omnes Congregationis filij vtrumque impendere debebunt. Sic ad quæſtionem propoſitam ex tota mente reſpondere cenſui. Quidquid autem in ea minus bene, & fundatè dixerim doctiorum iudicio; & me ipſum, tota animi demiſſione ſubmitto.

Fr. PETRVS DE MVRCA.

DECISIO

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

QVÆ PER EXTENSVM POSITÆ,

ad vniuerſum in toto hoc Tractatu examinatum ius Prælatorum vnitarum comprobandum, præſto ſunt.

Ex Viuiano, in Prax. Iuriſpatr. lib. 2. c. 7. num. 22. fol. 89. exſcripta.

R. P. D. CANTVCCIO.

Recaneten. Parochialis, 20. *Maij*, 1577.

DECISIO I.

1. CONCLVSVM fuit, Eccleſiam S. Michaëlis, de qua agitur non eſſe beneficium ſimplex, ſed parochialem curatam, quia in illa concurrunt illa omnia, quæ ad conſtituendam Eccleſiam parochialem concurrere debent: quæ quidem quatuor ſunt, de quibus per Staphil. *de lit. grat. tit. de qualit. & ſtat. benefic.* §. *Circa ſecundum, num.* 7. 8. 9. & 10. *fol.* 127. *cum ſeq.* & ſequitur Sarnen *in reg. de idiomate, q.* 11. *fol.* 126. *in lit. C. D. E. F.* aſſerens ita Rotam tenuiſſe coram eo, *in vna Virdunen. Parochialis, de menſe Octobr.* 1539. Primum autem requiſitum eſt *poteſtas fori pœnitentialis*, hoc eſt, poteſtas ligandi, ſoluendi, & quæ non cadit niſi in Sacerdotem, *C. in nouo* 21. *diſt. c. omnis, de Pœnit & remiſſ.* Et licet etiam poteſtas fori contentioſi, ſeu iudicialis, beneficium reddat curatum, vt per Innoc. *in cap. dudum, il* 2. *num.* 11. *verſ. Nam modus agendi*, & ibi Abb. *num.* 7. *in fine, de elect.* latè Capra *reg.* 90. *n.* 12. Dec. *in cap. Ad aures, num.* 6. *de reſcript.* cum ſimil. nihilominus ſtrictè, & propriè beneficium curatum dicitur illud, quod habeat poteſtatem fori pœnitentialis: cura enim animarum, dupliciter conſideratur, largè, & ſtrictè, ſiue propriè, vel impropriè, ſecundum Innoc. *in cap. Cum ſatis, num.* 2. & ibi Butr. *num.* 8. & Abb. *num.* 2. *verſ. circa primum, de*

Quatuor concurrunt ad parochialem Eccleſiã conſtituẽdam.

I. Poteſtas fori pœnitẽtialis.

Cura animarum duplex.

de offi. *Archid.* Card.*conſ.*48. *n*.9. & Sarnen. *d.fol.*126.*in lit.E.verſ. & ideo.* Et hoc idem latius voluit Abb. *in d.cap. dudum il* 2.*num*.6. *in* 9.*notab. de elect. & in cap. de nulla,num.*24.*verſ.quoad primum, de præbend.*Ferret.*conſ.*255.*n*.11. & Capra *d.reg.*90. *num.* 11.largè, ſiue impropriè cura dicitur poteſtas fori contentioſi, ſiue iudicialis, quæ verſatur circa exercitium iuriſdictionis ſpiritualis, prout eſt, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare,& alia huiuſmodi, quæ ad correctionem morum ſpectant. *cap. Dudum Eccleſia, de elect.* Et hanc curam poſſunt habere Archidiaconi, & alij inferiores Prælati, *cap.*1.*de offic. Archid.*Doct.*in cap. Cum contingat, de foro compet.*

Cura animatum, latè ſupta eſt poteſtas fori contentioſi.

Qui poſſint illā, habere?

Strictè verò, ſiue propriè cura dicitur poteſtas ligandi, & ſoluendi, in foro pœnitentiali, cuius nemo eſt capax niſi Sacerdos. *Dicto cap. nouo* 21.*diſt.& d. cap. omnis, de Pœnit. & remiſſ.* Non tamē omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur,ſed is tantum, qui neceſſitate aſtringitur Eccleſiaſtica adminiſtrare Sacramenta, & fideles, quibus adminiſtrat, ad eum accedere coguntur, vt per gloſſam *in Clemen. Dudum, in verbo, impediant, de ſepulturis,* quam vltra Paul. & Zenzelin. ſequitur ibi Imola *num.* 30. Abb. *in d. cap. Dudum, il* 2.*num*.4.*in* 9.*not.& in d cap.de multa,num.*24. Dec. *in d.cap. Ad aures, num.* 5. *verſ. & curatum.* Ferret. *d.conſ.*255.*n*.11. Rebuff. *de nominat. quæſt.*19.*num.*10. Staphil. *vbi ſup.fol.*119. *num.* 9. Sarnen. *d. quæſt.* 10.*fol.* 126. *in lit.C.* Et tanto magis in caſu noſtro debet intelligi cura fori pœnitentialis, quia agitur ad effectum priuationis beneficij ob non promotionem ad Sacerdotium infra annum, iuxta *cap. licet canon, de elect. lib.*6. quo caſu neceſſario requiritur cura fori pœnitentialis, nec ſufficit cura iudicialis, ſiue contentioſi, quia talis cura non requirit Sacerdotium, vt not. Card. *d. Clement.*1. *quæſt.*1. & ibi Vital.*quæſt.*12.*n.*61. *de offic. Vic.* Mil. *in repert.* in verbo, *curatum beneficium obtinens ad finem.* Et probatur ſecundum eos, exemplo Archidiaconi,qui habet curam animarum in foro contentioſo, *cap.*1.*de offic. Archidiac.* Et tamen in Archidiacono non requiritur Sacerdotium, ſed ſufficit Diaconatus, *cap. Cum in cunctis*, §. *Inferiora, de elect.*

Cura animarum ſtrictè ſumpta eſt poteſtas fori pœnitentialis.

Qui illam habeant?

Infra annum debet Parochus ad Sacerdotiū promoueri. Cura iudicialis Sacerdotium nō requirit.

Archidiaconus habet curā iudicialem. Sacerdotium nō requirit, ſed Diaconatū.

2\.

Secundum requiſitum eſt,*certa parochia*, hoc eſt, *locus certis finibus conſtitutus*, in quo populus alicui Eccleſiæ deputatus degit: dicitur enim parochia quaſi partitio curæ, *C. Eccleſias*, 13. *quæſt.*1. nam Rector talis Eccleſiæ dicitur populum regere, *C.*1. *de Capellis Monachor.* vt de his per Rom. *conſ.*356.*num.*1.& 2. Doct. omnes

II Requiſitū, locus certis finibus conſtitutus.

Parochia dicitur quaſi partitio Curæ.

omnes *in rubric. de Parochijs*, Archid. & Ioan. Andreas *in c. licet canon.* in princ. in verbo, *Parochia*, & ibi Gemin *quæſt.* 2. & Butr. ſub *num.* 3. *de Elect. lib.* 6. Staphil. *de lit. grat. tit. de var. mod. vacat.* §. *quartus principalis, num.* 3. late Rebuff. *ſupr. concordat. tit. de collat.* §. *ſtatuimus, in* 2. in verbo, *Parochialis.*

3. III. Requiſitũ, vt curã nomine ſuo exerceat. Tertium requiſitum eſt, vt obtinens Eccleſiam parochialem ad hoc, vt dicatur curatus, exerceat curam nomine ſuo, & non alieno, vt *in cap. Extirpanda*, §. *Qui vero*, & ibi Doct. *de Præbend.* Archid. *in Clem.* 1. *num.* 4. verſic. *in non annexis, de offic. vic.* Mil. *in Reperto.* in verbo, *Eccleſia parochialis, quæ dicatur.* Staphil. *d. fol.* 128. *num.* 9. Sarnen. *d. fol.* 126. *in lit. C.* verſ. *Requiritur etiam.* Rebuff. *in ſua prax. benefic. tit. de non promot. intra annum, num.* 36.

4. IV. Requiſitũ, vt ſuo nomine ſingulariter, & nõ cum aliis ad curam aſſumatur. Quartum, & vltimum eſt, vt parochialem habens dicatur Curatus, quod tanquam Rector ſuo nomine ſingulariter, & non cum aliis ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumatur, ita vt ſi illi duo, vel plures præficiantur, qui confeſſiones audiant, baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant, non tamen dicuntur curati, quia quemadmodum vna ſponſa, non poteſt duos, vel plures ſponſos habere *cap.* 1. *de ſponſa duor.* ſic nec Eccleſia duos, vel plures curatos. *c. cum non ignores, de Præbend.* & in vna Eccleſia vnus debet eſſe Sacerdos, Sponſus, & Rector, qui curam habeat, *c. In apibus*, 7. *quæſt.* 1. & melius, *c. ſicut in vna* 21. *quæſt.* 2. ibi, *ſed vnum tantummodo habeat Sacerdotem, qui eam caſtè & ſincerè regat*, vt late per Oldrad. *conſ.* 67. Staphil. *dict. fol.* 128. *num.* 10. verſ. *requiritur*, & *num. ſeq.* Sarnen. *dict fol.* 126. *in lit.* D. Felin *in c. in noſtro, in* 16. *corol.* prope fin. verſ. *ſcias etiam, de reſcript.* late Rebuff. *in d. tit. de non promot. intra annum, num.* 36. cum aliis ſeqq.

Quod autem in Eccleſia de qua agitur, hæc quatuor requiſita ſimul concurrant, deducitur, nam quoad primum, de poteſtate fori pœnitentialis, illud patet ex Confeſſionum auditione tẽpore Paſchatis, quam probant teſtes Horatij, quartus, iuxta quintum, & octauum. Item, ex adminiſtratione Euchariſtiæ eodem tempore Paſchali, quam probant teſtes Curiæ Epiſcopalis, videlicet primus ſuper ſecundo, & ſuper quarto, & iuxta ſeptimum, tertius ſuper primo, & ſuper quarto, & iuxta quartum, quintus ſuper ſecundo, & ſuper quarto, ſextus ſuper primo, & ſecundo, & teſtes Horatij, quartus iuxta quintum, & vltimus iux- 5. Ratione primi requiſiti, poteſtatis ſcilicet fori pœnitentialis, pertinet ad Parochũ Sacramenta miniſtrare, & domos benedicere.

ta quintum, & octauum. Item ex adminiſtratione Sacramenti Extremæ-Vnctionis, quam probant teſtes dictæ Curiæ, quintus iuxta tertium in fin. ſextus ſuper primo, & quarto. Item ex benedictione domorum cum aqua benedicta die Iouis ſancti, de qua deponunt teſtes d. Curiæ, videlicet primus, ſuper ſecundo, & iuxta ſeptimum, quintus ſuper ſecundo iuxta ſeptimum, quintus ſuper ſecundo iuxta ſeptimum, tertius ſuper ſecundo, ſextus ſuper primo, & iuxta ſeptimum, Quæ quidem benedictio ex conſuetudine non niſi ad Parochum pertinet.

6. De ſecundo requiſito diſtinctionis limitum, conſtat per teſtes d. curiæ, videlicet, ſecundum, tertium, quartum, quintum, & ſextum: omnes ſuper tertio.

7. Quoad tertium requiſitum exercitij curæ nomine proprio, non alieno: illud per teſtes ſatis probatur, excepto tempore Paſchatis, quo Fratres Dominicani, & alij Presbyteri à Rectoribus in eorum auxilium aſſumpti audiebant Confeſſiones, & adminiſtrabant Sacramentum Euchariſtiæ; quod quidem nihil obſtat, cum de iure Presbyter Parochialis poſſit in ſuum adiutorium alium Presbyterum, vel Religioſum ad tempus, etiam ſine licentia Superioris aſſumere; vt puta tempore quadrageſimæ pro audiendis Confeſſionibus, vel pro adminiſtranda Euchariſtia die Paſchatis, vel pro Miſſis celebrandis, dum tamen ſibi conſtet de ſufficientia aſſumpti, vt poſt Laud. tradit Card. *in Clem.* 1. *in princ. quæſt.* 21. *de Priuil.* Domin. *in cap. Perfectis*, ad finem 25. *diſt.* Ioan. Andr. *in Cap. Cum ex eo, num.* 3. *de elect. lib.* 6. Idem Cardin. *in Clem.* 1. *quæſt.* 15. & ibi Imola *numero* 8. in fine, *& num.* 9. Anchar. *n.* 4. verſ. *Sed hic requiritur*, & Vital. *num.* 61. cum ſeqq. *de offic. Vic.* Abb. *in cap. Extirpandæ*, §. *qui vero, num.* 2. verſ. *hoc intellige, de Prabend.*

Parochus à iure habet, poſſe ad tēpus delegare ſuam iuriſdictionē, ſine Superioris licentia, ad omnes Parochiales actus Sacerdoti idoneo, etiā Regulari.

Quoad quartum, & vltimum requiſitum nulla eſt inter partes controuerſia, quin Rectores ſuo nomine ſingulariter, & non cum aliis ad regimen Parochialis, de qua agitur, aſſumpti fuerint. 8.

Accedit, quod etiam ſi hæc duo poſteriora requiſita in caſu noſtro deficerent, tamen ex quo reſpiciunt perſonam obtinentis Eccleſiam, an ſit Curatus, vel non, idcirco Eccleſia non desineret eſſe Parochialis Curata, cum ſatis ſit eam habere, & curam fori pœnitentialis, & diſtinctionem limitum. 9.

Præterea præmiſſa, ſecundum 10.

dum Dominos, confirmantur ex prouiſione Epiſcopi Ricabellæ, ex viſitatione Epiſcopi Melchionis, ex præſentatione facta ab Horatio, ex eius fatre, & ex confeſſione eiuſdem Horatij, quæ non fuit ſublata per reuocationem, ex quo de errore non conſtat, imo potius de contrario.

Sepultura, & actus ſepeliendi non arguit Eccleſiam curatã, aut Parochũ. Idẽ tenet Viuian. de Iurepat. p. 1. l. 2. cap. 7. n. 24. cit. Maſc. de probat. concl. 469. n. 10.

Non obſtant exempla deducta, & in primis, quod in Eccleſia, de qua agitur, non adſunt ſepulturæ, nec ibi mortui ſepeliuntur, quia ſepultura, ſiue actus ſepeliendi, non arguit Eccleſiam curatam, cum ſine cura poſſit Eccleſia habere cæmeterium ex conſuetudine, vel ex conceſſione Epiſcopi, Federic. de Sen. *conſil.* 135. *num.* 2. Staphil. *d. fol.* 127. *num.* 4. Sarnen. *d. fol.* 126. *in lit. E.* Gambar. *de offic. & pot. leg. de lat. fol.* 148. *num.* 18. Hoſtien. *in cap. Quia nonnulli, col. penult.* verſ. *Quid ſi aliquis*, & ibi Ioan. Andr. pariter *col. penult. eod* verſ. *Quid ſi aliquis*, Butr. *num.* 10. Cardin. *quæſt.* 11. *de Cleric. non reſiden.*

11\. Baptiſmalis Fons, & actus baptizandi, non arguunt Eccleſiam curatam, nec Parochũ.

Secundò non obſtant, quod in Eccleſia Sancti Michaëlis, de qua agitur, deficiat Fons baptiſmalis, quia ex actu baptizandi, non colligitur cura, cum baptiſma poſſit exerceri etiam à laico, *c. Ad limina*, 30. *q.* 1. Et valet omni caſu, dummodo fiat forma debita, cum intentione baptizandi: & ſic actus baptizandi non ſpectat ad curam, neque pœnitentialem, neque iudicialem, cuius quidem laicus, ſicut & mulier eſt incapax, *cap. Omnes, & cap. Noua quædam, de Pœnit. & remiſſ. cap Dilect. de maior. & obed. cap. Bene quidem* 90. *diſt.* Ita poſt Paul concludit Cardin. *in Clement.* 1. *de Baptiſm. quæſt.* 4. *num.* 5. & Imola *n.* 6. Anchar. *in* 2. *not. circa med.* & Vital. *num* 66. *&* 67. Hoſtien. Ioan. Andr. Butr. & Card. *in d. cap. Quia nonnulli*, in locis ſupra citatis, Feder. de Sen. *conſil.* 80. *num.* 3. *& conſil.* 135. *in fine.* Mil. in Repert. in verbo, *Curatum non dicitur.* Dec. *in d. cap. Ad aures, ante num.* 7. *de reſcript.* Staphil. *d. fol.* 127. *num.* 5. Sarnen. *d. fol.* 126. *lit. E.* verſ. *Nec etiam.* Gambar. vbi ſupra *n.* 19.

Idẽ tenet Viuian. de Iurepat. p. 1. l. 2. c. 7. n. 23

Tertiò non obſtat *conſ. Rom.* 356. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. quem ſequitur Rebuff. *de nominat. q.* 16. *num.* 10. quia quatenus Rom. *ſub num.* 3. dicit, Eccleſiam parochialem curatam colligi ex probatione plurium, nempe vt Parochiani diebus feſtiuis Miſſam in Eccleſia parochiali audiant, vt Sacramenta Eccleſiaſtica ibi percipiant, ac etiam ibi ſepeliantur, & ſoluantur decimæ perſonales, & fiant oblationes, & Sacramentum baptiſmatis miniſtretur, vtique Roman. loquitur contra communes Doctorum traditiones, 12.

 quia

quia quoad ſepulturam, & baptiſma, cura ex illis non infertur, vt ſupra dictum eſt. Quo vero ad decimas, & oblationes, illarum perceptio non efficit Eccleſiam curatam, vt per Hoſt. Ioan. Andr. Card. & Butr. *in d. cap. Quia nonnulli*, in locis ſupra citatis. Et licet Hoſtienſ. quem cæteri ſequuntur, moueat quæſtionem de Rectore nullos habente Parochianos, quia omnes mortui ſunt, tamen in fine quæſtionis, concludit generaliter propter perceptionem decimarum, oblationum, primitiarum, & aliarum rerum, de quibus ibi, non dici Eccleſiam habere curam, & ſic patet Romanum *d. conſ.* 356. *n.* 4. non bene reſpondere ad not. per Hoſt *in d. cap. Quia nonnulli*.

Decimarum, & oblationū perceptio, non efficit Eccleſiam curatam ac per conſequens neque Parochum. Contrarium tenet Rota in deciſ. infra, la 7. n. 1. la 8. n. 1. 2. 3. deciſ. 13. n. 1. 2. la 9. n. 3 la 17. n. 5. la 29. n. 10.

13. Præterea enumerata per Romanum, quibus probatis, inquit colligi Eccleſiam parochialem, atque Curatam, non ſunt ea, quæ neceſſariò requiruntur pro conſtituenda Eccleſia parochiali, curata, ſed ſunt ea, in quibus ius parochiale conſiſtit. Inter quæ duo, longa eſt differentia, nam actus baptizandi, & ſepeliendi, item perceptio decimarum oblationum, & primitiarum, vt ſupra dictum eſt, non denotant curam, & tamen ſunt iura parochialia. Quod autem enumerata per Romanum ſint iura parochialia, ex eo oſtenditur, quod Rom. allegat Ioan. Andr. in rubric. de Paroch. vbi poſt Innoc. & Hoſt. inquit ius parochiale conſiſtere in quibuſdam ibi enumeratis, quæ ſunt illa, eadem, quæ recenſet Rom. *d. conſil.* 356. *n.* 3. & idem voluerunt Cardin. Butrius, Abbas, & alij *in d. rubr. de Paroch.* Hoſt. Goffred. in eorum *ſum. tit. de Paroch.* poſt princip. & ſum. Angel. & Sum. Tabien. in verbo, *Parochia*.

Quartò non obſtat, quod deducta pro parte Ioan Baptiſtæ, demonſtrant Eccleſiam, de qua agitur, eſſe parochialem, non autem parochialem curatam. Quia reſpondetur, omnem parochialem Eccleſiam dici curatam, licet non omne beneficium curatum dicatur Eccleſia parochialis, vt per Ioan. Andr. & alios, *in cap. ſuper eo de Præb. in* 6. Rebuff. ſuper Conc. *tit. de collat. § ſtatuimus, il* 2. in verbo, *Parochiales, & in form. mand. Apoſt.* in verb. *Paroch. Eccleſ. fol.* 164. Et Eccleſia parochialis eo ipſo, quod eſt parochialis, dicitur curata, vt tradit Vital. *in Clement.* 1. *n.* 1. *tit. de offic. Vicarij*. Et probatur, quia parochialis dicitur à parochia, quæ nihil aliud eſt, quam partitio curæ, vt ſupra dictum eſt. Ergo qualitas parochialis neceſſariò implicat curam. Et hinc 14.

Parochialis Eccleſia, neceſſariò eſt curata; nō tamen contra, cum omne curatum, ſeu beneficiū coratū, non ſemper eſt parochialis. Adde Rot. coram Coccino Decano deciſ 454. n. 7. ex gloſſ. in Clem. dudum, verb. impendant, de Sepult. & ibi Imol. n. 5. 2.

hinc eſt, quod in iure Canoni-
co, & in Concilio Tridentino,
paſſim fit mentio ſimpliciter de
Eccleſiis parochialibus, abſque
expreſſione qualitatis curæ.

15. Quintò, & vltimò non ob-
ſtat quod ad hoc, vt Eccleſia
cenſeatur parochialis, requiri-
tur auctoritas Superioris con-
ſtituentis eam parochialem,
cap. Nullus omnino, 16. *quæſt*. 7.
cap Sicut, de exceſſib. Præl. Ioan.
Andr. Imola, Butrius, & alij *in
cap. Quia nonnulli, de Cleric. non
reſid.* Alex. *conſil.* 74. *num*. 1. *lib*. 4.
Rebuff. ſuper concord. *tit. de
collat.* § *ſtatuimus*, *il* 2. in verbo,
Parochialis Eccleſia, circa med.
Quia auctoritas Superioris in
caſu iſto, ex curſu temporis præ-
ſumitur interueniſſe, vt latè
per Gabriel. poſt alios, *lib*. 1. *de
præſumpt. concl.* 1. *num*. 9.

Parochia cõſtitui nõ poteſt niſi auctoritas intercedat Superioris. Quæ tamen ex curſu temporis præſumitur.

R. P. D. BVRATTO,

Iacen. Vicariæ 29. *Ianuarij* 1616.

DECISIO II.

1. STantibus deciſionibus in
cauſa factis 30. Ianuar. præ-
teriti, Vicariam de qua agitur
pleno iure, & tam quoad tem-
poralia, quam ſpiritualia ſpe-
ctare ad Monaſterium S. Ioan-
nis de Pinna, ideoque curam
penes ipſum reſidere, & nu-
dum exercitium penes Vicariũ,
& 25. Maij præteriti eandem
Vicariam non cadere ſub reſer-
uatione *reg*. 8. ſed fuiſſe locum
Conſtitutioni fel. rec. Pij V.
de Vicarijs, & ſic approbationi
ordinarij præuio examine; non
autem concurſui, iuxta opi-
nionem à Sacr. Concil. Trid.
Congregatione, & à Rota ap-
probatam in deciſionibus rela-
tis *in deciſ.* 25. *Maij*, & nouiſſi-
mè in Vlixbonen. concurſus, 1.
Iunij præteriti coram R. P. D.
meo Remboldo.

Iſtam deciſ. habes apud Viuian. de iurepatron. la 20. in ordine, fol. 31.

Et ſtante reſolutione eiuſ- 2.
dem Congregationis Illuſtriſſ.
Conc. Trid. Interpretum facta,
veraque parte audita, de qua
in ſum. num. 4. quod d. Conſti-
tutio Pij V. comprehendit Vi-
carias etiam erectas ante S.
Conc. Trid. quodque alia de-
claratio eiuſdem Congregatio-
nis relata per Garc. *de benefic.
part*. 9. *cap*. 2. *num*. 311. *& in de-
ciſ.* 25. *Maij*, non pertinet ad
hunc caſum, ſed ſolum ad con-
gruam Vicario aſſignandam.

Dixerunt DD. fuiſſe nullum 3.
concurſum factum ac etiam
prouiſionem Apoſtolicam ſub-
ſequutam de Vicaria vti de
reſeruata, tanquam fundatam
ſuper falſa cauſa reſeruationis.
Gemin. *conſil*. 15. ſuper d. du-
bio verſic. *Ex quibus liquido con-
ſtat, & conſil*. 92. poſt princ. verſ.
Quia quotieſcumque, & verſic.
Et iſtud. Idem dicit Roman.

*conſ.*135.*num.*11. & 14 *t.Simon. de reſeruat. quæſt.*61. *n.* 1.& fuit dictum in Oxomen. Archidiaconatus 10. *Martij* 1614. *coram me.*

4. Neque viſum fuit reſpectu prouiſionis Apoſtolicæ obſtare clauſulam derogatoriam in ea adiectam, quia ſunt in executiuis, ideo non ampliant diſpoſitionem Clem. 1. in fine, vbi omnes de Præbend. Caputaq. *deciſ.* 83. *num.* 3. *p.* 1. cum aliis per Gonz. ad *reg.*8. *gloſſ.*9. in annot. contra nullit. *n.* 243. & in ſpecie, quod narratiua vacationis in menſe reſeruato diſpoſitiuè facta operetur vt gratia, & eius clauſulæ reſtringantur ad reſeruationem. Caſſad. *dec.* 5. *num.* 3. de Præbend. Achill. *dec.* 1. *eod. titulo*, & fuit dictum in Verdunen. Canonicatus, 19. *Iunij* 1595. & in Romana Clericatus S. Petri, 27. *Nouemb.* 1602. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, relatis per §.4 *procem.n.*80.

5. Præterea per dictam clauſulam tollitur ſolum ius præſentandi ceſſantibus reſeruationibus Apoſtolicis, & indultum quod nulli valeat prouideri de beneficijs ſpectat ad collationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Monaſterij, ſed non tollitur prædicta Conſtitutio Pij V. quæ per viam legis emanauit, ex qua competit ius præſentandi, ſeu nominandi etiam in menſibus reſeruatis, vt in terminis dixit Rota in Tiraſonen. Vicariæ S. Michaëlis 4. *Decembris* 1595. coram Litta, & tradit Gonz. ad *reg.*8. *gloſſ.*5. §. 3. *num.* 72. & in ſimili caſu fuit reſolutum coram me in Calagurritana beneficij de Brantauilla, 13. *Maij præteriti.* Papa enim non cogitauit de præſentatione, vel nominatione competenti Monaſterio in octo menſibus reſeruatis, ſed ſolum in quatuor ordinariis.

Et denique quod Papa noluerit prouidere niſi vti de reſeruata, clarè patet ex clauſula illa, dummodo illius diſpoſitio ad nos hac vice pertineat, quæ totam gratiam, & omnia in ea contenta qualificat, & reſtringit. Sim. *de reſeru. d. quæſt.* 61. *num.*3. 6.

Et ita fuit deciſum ſolo Monaſterio in contumaciam alterius partis informante.

R.P.D. VBALDO,

Ianuen. Parochialis S.Andreæ 19. Aprilis 1627.

Decisio III.

Die 13. Martij anni præteriti fuit deciſum conſtare

de

Apud Viu an. la 86. deciſ. fol. 141. de bono iure Monialium ad effectum vt debeant manuteneri in quaſi poſſeſſione nominandi Vicarium Eccleſiæ Parochialis S. Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen: ſed quia Illuſtriſſim. D. Archiepiſcopus obtinuit iterum audiri, fuit propterea per quatuor vices cauſa propoſita ſuper iiſdem, & vtrinque acriter controuerſa, & per Dominos maturè examinata, & tandem hodie reſoluta ad fauorem Monialium, quo fit, vt hæc ſecunda deciſio maiori etiam egeat diſcuſſione.

1. Reſolutio fuit fundata in tribus nominationibus Monialium continuatis, & effectum ſortitis. Prima de anno 1554. Secunda de anno 1573. & vltima de anno 1594 & tamen ſufficit vna. Ripa in cap. Cum Eccleſia, num. 53 de cauſa poſſeſ. & propriet. Roman. conſ. 311. in fin. Rota dec. 17. num. 1. p. 2. diuerſ. & in Illerden. Parochialis 13. Iunij 1558. coram Caputaq. Gonz. ſuper Reg. 8. gloſſ. 45. §. 2. n. 29. & late Garc. de Benefic. part. 5. cap. 5. num 59. & eo magis dicebant Domini conſtare de bono iure Monialium, quia ius non videtur aſſiſtere D. Archiepiſcopo, ſed
2. Monialibus: Cum enim agatur de propria earum Eccleſia, & ſic de Eccleſia Regulari, ius nominandi Vicarium ad eas de iure ſpectat, *cap. 1. de Capell. Monach.* Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 11. & pro eiſdem Monialibus, cenſuit, ſunt iam plures anni, S. Concil Congregatio. Nec hoc mirum videtur, quia etiam cura animarum ſæcularium poteſt penes illas reſidere, per alium tamen exercenda. Felin. *in cap. Cum venerabilis, num. 36. de except.* Rota *deciſ. 21. in fin. de Prabend. in antiq.*

Nec placuit prætenſio D. Archiepiſcopi, quod dicta Eccleſia non fuit Monialium, nec conſequenter regularis, & ſic non intrare text. *in d. cap. 1. de Capell. Monach.* quia non agitur de Eccleſia ſeparata, & diſtincta à Monaſterio; ſed de Eccleſia ipſius Monaſterij quod 3.
aliam, quam iſtam non habet Eccleſiam, quæ ideo eſt pars integralis eiuſdem: ita vt appellatione Monaſterij etiam Eccleſia comprehẽdatur gloſſ. *in cap. 1. in verb. Exempto*, vbi communiter DD. *de Priuil. in 6.* Vnde cum hoc Monaſterium ſit regulare, Eccleſia etiam eſt regularis, quia clarum eſt, quod Monaſteria non dantur ſine Eccleſiis: Vltra quod ad effectum manutentionis, ſufficit 4.
probare, dominium Eccleſiæ eſſe Monaſterij, ex ſola poſſeſſione, dum illud deducitur

inci

incidenter. Bart. in *l. quidam in ſuo, num. 4. ff. de condit. inſtitut.* Calder. *conſ. 23. de Prabend.*

5. De poſſeſſione autem Monialium non eſt dubitandum, cum ſit notoria: & probetur in actis, quod primitus hoc Monaſterium erat ordinis S. Benedicti, quia autem erat adeo deſtitutum, vt in eo vix degerent quinque Moniales, in vim ſpecialis reſcripti Apoſtolici, & inſtante Senatu Ianuen. fuerunt in illud de anno 1509. tranſlatæ Prioriſſa, & Moniales S. Margaritæ Ordinis Diui Auguſtini, & fuit illis tradita poſſeſſio tam Conuentus, quã Eccleſiæ, nec non conſignatæ cum inuentario ſacræ ſupellectiles, nempe tabernaculum pro cuſtodia Sanctiſſimi Sacramenti, vas Chriſmatis, liber Baptizatorum, & alia huius generis ad vſum, & curam Sacramẽtorum pertinentia. Quæ conſignatio non fuiſſet illis facta, ſed vero Parocho, niſi ad eas cura animarum habitu ſpectaret. Quibus accedunt Viſitatio Apoſtolica de anno 1582. & plures enunciatiuæ Archiepiſcoporum in actu Viſitationis, in quibus hæc Eccleſia dicitur, & nominatur Eccleſia Monialium Sancti Andreæ.

6. Et in omnem caſum etiam ſi Monialibus ius non aſſiſteret, ſed reſiſteret, adhuc eis eſſet danda manutentio, quia iuris reſiſtentia eam non impedit, niſi ſit vehemens, & ineuitabilis. Innoc. in *cap. cum veniſſent, num. 3. verſ. illud obtinet, de reſtit. in integr.* Couar. *pract. qq. cap. 16. numero 6.* Rota apud *Gregor. XV. deciſ.* 370. Qualis hæc non eſſet, ſed dubia, & turbida, ac illi multum detraheretur, tam ex quo Moniales auctoritate Apoſtolica adeptæ fuerunt poſſeſſionem Eccleſiæ & rerum ad curam ſpectantium de manu executorum, quam ex longæua, & temporis conſiderabilis poſſeſſione nominandi Vicarium. Quo caſu iuris reſiſtentia non impedit manutentionem. Abb. in *c. 1. num. 8. vt litt. pendent.* Lancellot. de attent. 2. *part. cap. 4. declar.* 4. *num. 6.* Rota *deciſ.* 595. *num. 1. p. 1. diuerſ. & deciſ.* 685. *num. 3. p. 1. recent.*

Quare tota difficultas poſita in eo fuit, quis cœptæ litis tempore poſſideret. Quæ ad duo præcipuè capita ſeparatim diſcutienda reducitur. Primum eſt, an prædictæ tres præſentationes Monialium ſint releuantes, ita vt eis ſuffragentur ad effectum, de quo agitur. Secundum quatenus ſic, An illæ ſemper vſque ad tempus litis motæ fuerint in eodem ſtatu; An vero de anno 1609. quo vacauit hæc Eccleſia per obitum

obitum Facciotti per eas nominati, in tertia nominatione amiſerint poſſeſſionem; ita vt d. tempore litis motæ, iam deſierint poſſidere; Dominus vero Archiepiſcopus poſſeſſionem acquiſierit.

Quoad primum de releuantia prædictarum trium præſentationum, voluerunt Domini maioris claritatis cauſa eas ſigillatim examinare. Prima de anno 1554. de perſona Lazari de Caſſana inexuperabilis viſa fuit ad fauorem Monialium, ex quo fuit effectuata, dum idem Lazarus fuit per Vicarium Archiepiſcopi Ianuen. deputatus cum narratiua, quod illum deputabat ad præſentationem Monialium, cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & prop. Seraph. *dec.* 1411. *num.* 2. & fuit ſæpius deciſum.

Neque obſtat, quod de hac præſentatione non conſtet, niſi per ſimplicem enunciatiuam Vicarij D. Archiepiſcopi, cui non creditur de præſentatione facta. Maſcar. de probat. *tom.* 2. *concluſ.* 958. *num.* 28. Caputaq.
7. *dec.* 238. *p.* 2. quia imo eius narratiua probat quaſi poſſeſſionē præſentandi, vt in puncto, Put. *deciſ.* 167. *lib.* 1. *in nou. impreſſ.* Et ratio eſt, quia admittere præſentationem, & concedere inſtitutionem ſpectat ad Vicarium iure proprio ratione ſui officij, ac ex ſua ordinaria 8.
iuriſdictione ſine alio ſpeciali mandato, *cap. ex frequentibus*, extra *de Inſtit.* & ibi gloſſ. & in *c. fin. de offic. Vicarij, in* 6. Rocch. *de Iurep.* verb. *Competens*, *q.* 31. Couar. *lib.* 3. *var. cap* 20. *num.* 7. Garz. *de benef. part.* 5. *c.* 8. *n.* 85. *cum ſeq.* Vicario autem atte- 9.
ſtanti de ſpectantibus ad eius officium plenè creditur. Rota *deciſ.* 313. *p.* 1. *recent.* Non minus quam Epiſcopo, quia militant in eo omnes rationes, quam in Epiſcopo attendit Rota *dec.* 11. *de iurepatr. in nou.* & apud Caputaq. *deciſ.* 87. *part.* 3.

Nec contrarium probat, *d. dec.* Caputaq. 538. *part.* 2. Quia vltra quod nulla ibi fit mentio de effectuatione, qua ſequuta, & non aliter intrat concluſio nuper firmata, *& d. dec.* Putei non impugnat Caputaq. *d concluſ.* ex defectu poteſtatis Vicarij: ſed quia in caſu illius deciſionis non atteſtabatur Vicarius de præſentatione facta coram ipſo, vt in caſu noſtro; ſed coram alio, nempe coram Epiſcopo, cui propterea non creditur, provt diſtinxit Rota *in Iacen. penſionis* 16. *Decemb.* 1591. coram Cardin. Pamphil. Maſcard. vero *loco cit.* & deciſ. Rotæ per eum ibi allegatæ, loquuntur in ſimplici enuntiatiua Vicarij de iurepatr. cui non eſt ſtandum in præiudicium

P Epi

Epiſcopi; non autem quando, vt hic atteſtatur de actu coram ſe geſto ratione ſui officij.

Non obſtat etiam, quod d. enuntiatiua Vicarij fuerit de actu de præterito, dum Vicarius non enunciat, Lazarum tempore deputationis fuiſſe per Moniales nominatum: ſed nominationem fuiſſe antea factam, ex illis verbis, ibi, *Fuiſſe præſentatum coram nobis*, & rurſus ibi, *Et habita prius per nos iuridica informatione de eius ſufficientia*. Quæ informatio videtur neceſſariò capta poſt nominationem, & multo magis deputatio inde ſecuta, quo caſu nec ipſi Epiſcopo atteſtanti in actu inſtitutionis credendum eſt de aliquo actu de præterito, niſi quatenus vno, eodemque tempore coram eo, & per eum factæ exiſtant. Rota *dec.* 16. *de prob. in antiq.* Creſc. *dec.* 13. *de prob.* & Put. *deciſ.* 374. *lib.* 1. & Rota *in Portugallen. Vicariæ*, apud Garz. *part.* 8. *cap.* 4. *num.* 45. & in *Vicen beneficij* 11. *Decembr.* 1619. coram bo. me.
10. Vbaldo, & quod Vicario atteſtanti de examine non credatur, dixit Rota *in Placen. Parochial.* 14. *Iunij* 1619. coram Illuſtriſſ. Patriarcha Manzanedo.

11. Quia reſpondetur, quod imo iuxta doctrinam Barth. *in l. poſt dotem*, *n.* 21. *ff. ſol. Matr.* actus enuntiatus in aliquo inſtrumento per verba importantia tempus præteritum, præſumitur tempore inſtrumenti geſtus, ſi potuit eo tempore fieri, ita vt præteritum non intelligatur ex interuallo, ſed incontinenti, aut de modica præteritione, prout paſſim Notarij in inſtrumentis ſic aſſerunt; dedit, vendidit, & tradidit: quæ ſunt verba præteriti temporis, & tamen intelliguntur de eodem tempore confecti inſtrumenti, ex Bart. *vbi ſupra*, cuius doctrina eſt communiter recepta, Iaſ. *ibid. num.* 85. Alciat. *de præſumpt.* 18. *lib.* 3. *& conſ.* 97. *num.* 68. Barboſ. *in d. l. Poſt dotem*, *num.* 26 & Cenc. *de cenſ part.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1 *num.* 9. Vnde etiam atteſtatio Vicarij de præſentatione Monialium, & examine præſentati per verba de præterito, debet eodem modo intelligi: cum præſentatio, examen, & deputatio bene potuerint vnica hora, & contextu expediri. Et tanto magis, quia ſtante iuris aſſiſtentia pro Monialibus, deputatio Vicarij veriſimiliter præſupponit nominationem illarum, & examen præſentati, & ideo ex ſolo actu inſtitutionis præſumuntur 12. præceſſiſſe, Rota *dec.* 11. *de ſurepat. in nouiſſ.* Nec aduerſantur *deciſ.* 16. *de probat. in antiq.* & deciſiones Creſcent. & Put. allegatæ, quia loquuntur, in caſu

quando

quando Epiſcopus in literis aſ-
ſerit, quod contulit beneficium
vacans per reſignationem in
eius manibus factam, & per
eum admiſſam, cui merito non
creditur propter præſumptio-
nem antidatæ in præiudicium
Tertij, nempe prouiſi Apoſto-
lici, aut reſignantis; nam ali-
ter eſſet in facultate Ordina-
riorum priuare beneficiatos
ſuæ Diœceſis, aſſerendo eos
in eius manibus reſignaſſe, quo
fit vt multo minus eius Vicario
in hoc credatur. Deciſio vero
Portugallien. non applicatur,
dum dicit, quod non creditur
Epiſcopo, qui in erectione cu-
iuſdam Vicariæ aſſerit Paro-
chialem fuiſſe vnitam Mona-
ſterio, & ſic de actu de præte-
rito, qui coram eo vnico con-
textu fieri non potuit, Garz.
vbi ſupr. num. 26.

Minus releuant deciſiones
Vicen. Beneficij, & Placenti-
na Parochialis ſupra etiam alle-
gatæ, quia in illa Vicent. Vica-
rius non atteſtabatur de actu
de recenti, & coram ſe facto,
& qui debebat neceſſariò præ-
cedere pro fundamento actus
geſti, ſed de actu de præterito
facto coram Epiſcopo cum re-
latione ad quoddam inſtru-
mentum, de quo non conſta-
bat, quodque potuit, Vicario
abſente, coram quocumque
Notario celebrari, cum tamen
in caſu noſtro præſentatio Mo-
nialium de perſona Lazari de-
buit fieri, vel exhiberi coram
ipſomet Vicario inſtituente; in
deciſ. vero Placentina erat ſo-
lum ſimplex Vicarij fides, quæ
non facit fidem. Mantic. *dec.* 51.
num. 6. Seraph. *dec.* 128. *num.* 1.
Et atteſtabatur de examine, & 13.
reprobatione, & ſic de actu de
præterito coram aliis geſto, &
in præiudicium tertij, cuius
aſſertioni ideo non fuit habita
fides.

Nec etiam officit, ſi dicatur, 14.
quod Vicarius in caſu noſtro
atteſtatur de præſentatione
Monialium, in præiudicium
tertij, ſcilicet D. Archiepiſco-
pi, quia cum ipſi vnum, & idem
conſtituant Tribunal, factum
vnius, reputatur factum alte-
rius, itavt D. Archiepiſcopus
non poſſit dici tertius reſpectu
ſui proprij Vicarij in his, quæ
competunt Vicario ex natura
Vicariatus, provt competit in- 15.
ſtitutio, ſicut in ſimili ſcientia
Officialis dicitur ſcientia Do-
mini, eique præiudicat, quan-
do ille in actu interuenit vti
Officialis, & ſcientia prouenit
ex actu ad ipſum, aut Domi-
num ſpectante. Bart. *in l. Si pu-
blicanus*, §. *in omnibus*, *de publi-
can.* Alex. *conſil.* 6. *num.* 8. *lib.* 1.
Rota *dec.* 507. *part.* 1. *recent.* Id- 16.
circo creditur Vicario in præ-
iudicium Epiſcopi de omnibus
narratis

Idem tenet Pax Iordan. part. 3. lib. 13. tit. 6. n. 101.

narratis in inſtrumento inſtitutionis, quando illa, vt hic, eodem tempore, & momento interuenerunt, vt latè Creſcent, *deciſ.* 1. *de Offic. Vicar. num.* 5. *cum ſeqq.* Vbi etiam, quod pro actus validitate præſumuntur eodem momento facta.

Non obſtat præterea, quod Moniales prætendunt eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi Vicarium ad nutum earum amouibilem; cum tamen Lazarus non fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enunciet iſtam qualitatem, ſed ſolum ſimplicem præſentationem: Etenim reſpondetur, quod nec etiam enuntiat, quod deputatio fuerit facta in perpetuum,
17. vnde præſumitur temporalis iuxta naturam ſuam, & iuris diſpoſitionem, qua attenta in Eccleſia Regulari, qualis eſt hæc Monialium, deputatur Vicarius temporalis, *d. cap.* 1. *de Capell. Monachor.* & ex Conſt. Pij V. *ſuper Vicarijs* edita, Gonzal. *gloſſ.* 5. §. 6. *num.* 7. Et quandò ex hoc, aut alio ex ſupradictis obiectis præſentatio Lazari pateretur difficultatem, tamen quia fuit effectuata, fuit ex ea acquiſita Monialibus quaſi poſſeſſio in præiudicium D. Archiepiſcopi, Put. *deciſ.* 183. *lib.* 1.
18. *nouiſſ.* Etiam quod effectuatio ſequuta fuerit ex inſtitutione nulliter facta per eius Vicarium, vt dixit Rota *in vna Bracharen.* coram Achille *de anno* 1555. quam refert, & ſequitur Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 104.

Demum non obſtat, quod dicebatur, ſcripturam de anno 1554. per quam probatur hæc præſentatio Lazari, non eſſe in forma probanti, vti exemplum extractum à Notario actuario Epiſcopi Sauonen. ab altero exemplo per Antonium Roccataliatam deſumpto ex prothocolo cuiuſdam HieronymiRoccathaliatę eiuſdem anteceſſoris in officio, quæ 19.
propterea tamquam ſumptum de ſumpto fidem non facit, Anton. Auguſt. *in Epit. tit. de exemp. n.* 4. Put. *deciſ.* 152. *lib.* 3. & Rota *part.* 2. *recent. dec.* 297.
Quia fuit bene reſpōſum, quod 20.
ad hunc effectum ſufficit obſeruantia contentorum in dicta ſcriptura ex vacatione per obitum Lazari à Monialibus electi, cum aliis pluribus adminiculis quæ hic concurrunt Bald. *conſil.* 400. *num.* 5. *lib.* 4. *Corn.* 201. *num.* 4. *& conſ.* 158. *num.* 1. *&* 2. Rot. *in recent. dec.* 472. *n.* 3. *p.* 1. *& dec.* 18. *num.* 1. *part.* 3.

Et ceſſat penitus difficultas, 21.
quia fuit mihi datum, & Dominis in Rota oſtenſum inſtrumentum dictæ præſentationis, quod fuit ordinatum poni in actis, non ab exemplo, ſed ex protocollo Hieronymi de eo

rogati,

rogati, extractum per dictum Antonium eius in officio ſucceſſorem, quod eſt illud idem, quod fuit productum coram Epiſcopo Sauonen. citata parte, quæ nihil oppoſuit, quod ideo fidem facit. Bart. *in l.* 1. *§.ſi quis, ff. de bon. poſſ.* ſecundum Tab. Achill. *deciſ.* 2. *num.* 7. *de offic. delegat.* Rota *deciſ.* 17. *n.* 1. *&* 571. *numero* 4. *part.* 2. *recent.* Nec dubitarunt Domini de Notariatu Antonij, quamuis ille non ſe enuntiet Notarium,
22. quia in fine ſuæ ſubſcriptionis adeſt dictio, &c. quæ comprehendit d. qualitatem. Zabarell. *conſ.* 131. *num.* 1. in fine verſic. *Aliter.* Et præſertim accedente legalitate Vicarij D. Archiepiſcopi atteſtantis de Notariatu tam Antonij, quam Hieronymi eius prædeceſſoris.

23. Secunda nominatio facta legitur de anno 1573. de perſona Bartholomęi Scaniliæ per obitum ſupradicti Lazari, cuius effectuatio videtur etiam non poſſe controuerti, quamuis non conſtet de formali inſtitutione. Primò quia cum Monialibus ius aſſiſtat, & dicta nominatio probetur per eas facta, eo ipſo quod Scanilia nominatus eum effectu tamquam Vicarius poſtea curam exercuit, & non conſtat de alia deputatione D. Archiepiſcopi, nec de alio titulo, præſumptio eſt, quod poſſedit vigore præſentationis, quæ de iure fieri debuit, & ſic huius præſentationis Monialium, vt dixit Rota in *d. Vicen. beneficij* 11. *Decembr.* 1610. coram bo. me. Vbaldo. Secundò, quia Scanilia fuit præſentatus per obitum Lazari, qui fuerat inſtitutus ad præſentationem Monialium, poſt cuius obitum incontinēti poſſedit Scanilia, quo defuncto 24.
fuit etiam per Moniales electus Bartholomæus Facciottus, qui etiam poſſedit: vnde bene probatur effectuatio iuxta *conſ.* Oldrad. 219. ſæpius per Rotam canonizatum, Lambert. *de iurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 10. *art* 7. Rota *dec.* 545. *num.* 2. & *dec.* 598. *num* 9. *p.* 1. *diuerſ* & fuit dictum in *dec. in hac cauſa* facta coram me, verſic. *Quia in primis*. Quod vero vacatio obtigerit per mortem Scaniliæ, aſſeritur in requiſitione, ſeu præcepto tunc Archiepiſcopi Monialibus facto de anno 1594. & de hoc numquam fuit dubitatum. Tertiò, & tandem tollit omne dubium Viſitatio Apoſtolica de anno 1582. vbi fit mentio, & claris verbis adnotatur, quod Scanilia, qui tunc erat Vicarius d. Eccleſiæ, fuit inſtitutus ad nominationem Monialium, 25.
ex viſitatione autem bene cōprobantur præſentatio, & inſtitutio, Caputaq. *dec.* 158. *p.* 2.

Rota *deciſ.* 573. *num.*4. *part.*2. *recent.*

Neque obſtat, quod hæc præſentatio Scaniliæ facta fuerit ad crates Monaſterij, quia ex quo præſentationis inſtrumentum fuit factum in loco ſolito, & vbi debuit fieri, non excluditur, quin illud potuerit coram Ordinario exhiberi, & obtineri ab eo inſtitutio, prout præſumitur ex ſupradictis eo ipſo, quod de alio titulo non conſtat, & quia ex poſſeſſione Monialium de præterito vigore nominationis, & deputationis de anno 1554. præſumitur eas ſuam continuaſſe poſſeſ-
26. ſionem in futurum, dum illa non probatur amiſſa, gloſſa Bald. & alij *in l. ſiue poſſid. C. de probat.* Menoch. *præſumpt.* 64. *lib.*6. per tot. & in puncto Rota in *Fanen. beneficij* 11. *Decembris* 1610. coram R. P. D. meo Pirouano.

Nec etiam releuare viſum fuit, quod Viſitator Apoſtolicus in dicta Viſitatione dixerit, quod Scanilia habebat curam animarum ab anno 1573. ſub die 29. Ianuarij, & tamen præſentatio Monialium facta legitur 31. eiuſdem menſis, & anni, & ideo quod inſtitutio Scaniliæ non potuit eſſe facta ad Monialium nominationem ſubſecutam biduo poſt dictam inſtitutionem, ſed liberè ab Ordinario. Quia vltra quod ceſſat omne dubium ex eodem inſtrumento nominationis, ex quo clarè colligitur, quod Scanilia fuit bis per moniales nominatus; Primò, ſtatim poſt obitum Lazari, & poſtea dict. die 31. Ianuarij, quæ reiteratio eo magis, ac magis denotat enixum animum Monialium continuandi poſſeſſionem, Domini vlterius aduertebant, Viſitatorem non aſſeruiſſe Scaniliam fuiſſe prouiſum die 29. Ianuarij, ſed poſtquam dixit curam iſtius Eccleſiæ exerceri per Capellanum ad nutum Monialium amouibilem, qui tunc erat Bart. Scanilia, ſubdit quod ille habebat curam animarum à die 29. Ianuarij præuia approbatione examinatorum Synodalium: quæ admiſſio, ſeu approbatio generica ad animarum curam, non infert ad inſtitutionem, ſeu prouiſionem iſtius Eccleſiæ ſub illamet die, alioquin Viſitator aſſeruiſſet de directo contrarium; cum tamen ſemper ſit decreto res temperanda, ac ita interpre- 27.
tanda, vt diſpoſitio non mereatur à ſapiente reprehendi, *l. Saluius Ariſt. ff. de leg. præſtan.* Pariſ. *conſ.*3. *num.*23. *& ſeq. lib.*3. Vnde admiſſio Scaniliæ ad curam, de qua meminit Viſitator, intelligi debet, quod ille præcedēter fecit ſe approbare

genera

generaliter, vt facilius Moniales alliceret ad illum præſentandum, prout biduo poſt fuit per eas præſentatus, & ſic præſumi, quòd ſucceſſiue fuit etiam inſtitutus. Hoc enim veriſimili temperamento ad concordiam reducuntur verba Viſitationis ad notat. per gloſſam *in l. ſi negotium* verb. *geſtorum*, *C. de neg. geſt.* Et ſaluatur ius competens Monialibus tam de iure, quam ex quaſi poſſeſſione præſentandi in qua erant.

Poſtremò non obſtat deputatio cuiuſdam Figarolij de anno 1588. pro exercenda cura d. Eccleſiæ, ex ea enim nihil Monialibus deperit, nec D. Archiepiſcopo fuit aliquod ius acquiſitum, quia vt dicitur in deciſ. in hac cauſa facta, ille fuit deputatus V. Curatum loco Scaniliæ de eius conſenſu, & ex libro Matrimoniorum apparet quod Scanilia tam ante, quam poſt d. deputationem exercuit vti Curatus d. curam, & Figarolius ibidem vocatur ſimplex presbyter, & remouetur omnis ſcrupulus, quia poſtea de anno 1594. vacauit hæc Vicaria per obitum Scaniliæ, non autem Figarolij. Nec dubitari poteſt, quin viuente adhuc Scanilia potuerit de eius conſenſu fieri per Ordinarium
28. dicta deputatio V. Curati etiam ſine conſenſu Monialium, Feder. de ſen. *conſ.* 95. *num.* 3. verſ. *Item ſuper eo, quod quæritur.*

Tertia Monialium præſentatio fuit de anno 1594. per obitum ſupradicti Scaniliæ in perſonam Bart Facciotti, etiam ad crates electi, & D. Vicario per earum procuratores præſentati, ac per eum admiſſi *ſi, & in quantum*, cuius effectuatio nullo etiam modo, nulláque ratione poteſt controuerti: tum quia iuxta ſuperius dicta tam de iure, quam ratione quaſi poſſeſſionis Monialium illa debuit admitti. Fertett *conſil.* 33. *num.* 4. *cum ſeqq lib.* 1. Prout etiam illam fuiſſe admittendam declarauit S. Congregatio Conc. in litteris Vicario D. Archiepiſcopi directis, & præſentatis de anno 1595. quæ propterea fuit admiſſa ex clauſula, *ſi, & in quantum*, quæ hoc operatur. Bald. *in l. edita, n* 98. *C. de eden. in* 2. *lect.* Mart. de Clauſ. *p.* 1. *clauſ.* 152. *num.* 1. ſicut de appellatione ita admiſſa tradit Roman. *conſil.* 501. & in puncto, quod præſentatio cum dicta clauſula cenſeatur admiſſa, *ſi de iure eſt admittenda*, dixit Rota *deciſ.* 687. *part* 1. *diuerſ.* Quæ apud Seraph. eſt *deciſ.* 499. Tum etiam quia poſtea de anno 1609. vacauit hæc Vicaria per obitum Facciotti. Vnde pro eius effectuatione ad effectum quaſi poſſeſſionis 29.

Monia-

Monialium vltra vulgatum conſilium Oldrad. 129. ſupra allegatum, militant etiam, & applicantur omnes rationes ſupra deductæ pro effectuatione ſecundæ præſentationis.

30. Neque obſtat quod conſtet de alia deputatione d. Facciotti facta die 13. Octobris eiuſdem anni abſque vlla penitus relatione ad Monialium præſentationem prius factam, quia præter quod iſta ſecunda deputatio fuit per modum prouiſionis, quæ ideo nullum ſtatum facit, *cap. Cum vos*, vbi Abbas *num.* 1. *de Offic. Ordin.* Rebuff. *de ſententiis in præfat. num.* 37. dicta deputatio non excludit, quin adſit alia anterior, prout adfuit ad præſentationem Monialium, *ſi & in quantum*. Quinimo aut inde excluditur, & nulla redditur ſecunda deputatio, vti facta Monialibus ignorantibus, quarum poſſeſſio propterea non fuit interrupta. Calder. *d. conſ.* 12. *in fin. de iurepatr.* Seraph. *deciſ.* 337. *n.* 2. Vel dicendum, quod ex illa ſecunda deputatione potius cenſeri debet continuata Monialium poſſeſſio iuxta *reg. l.* 2. *C. de acquir. poſſeſſ.* prout illam continuare ſemper Moniales crediderunt, de qua credulitate videtur non eſſe hæſitandum, ex quo, ſparſo poſtea rumore quod D. Archiepiſcopus intendebat deputare aliũ Vicarium, Moniales recurrerunt ad Sacram Concilij Congregationem, & ab ea reportarunt literas, quas, vt dictum eſt, præſentauerunt Vicario D. Archiepiſcopi petentes manuteneri. Quo factum fuit, vt Facciottus ſemper viſus fuerit continuare in priſtina poſſeſſione, in qua erat ad præſentationem Monialium vſque ad annum 1609. quo ille obiit; & quod Moniales ideo toto hoc tempore alium non nominarunt, quia Facciottus eis gratus, & per ipſas nominatus curam adminiſtrauit.

Nec releuat, quod in memoriali nomine Monialium Sacræ Congregationi porrecto fuerit narratum; quod D. Archiepiſcopus recuſabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatum, quaſi inde colligi videatur, quod Facciottus numquam fuit per D. Archiepiſcopum deputatus, quia ex quo iſte fuerat iam admiſſus, *ſi, & in quantum*, dicta narratiua neceſſario intelligi debet in eo ſenſu, quod non admittebatur libere, & ſimpliciter; aut quia idem Facciottus fuit etiam deputatus per viam prouiſionis, quod fieri non poterat in earum præiudicium. Et ceſſat penitus, quia ſemper Facciottus curam potius exercuit

cuit vti Vicarius titularis,quam per modum prouiſionis; tum ex quo deputatio cuiuſdam alterius Vicarij per D. Archiepiſcopum facta numquam habuit effectum: tum etiam, & multo magis ex deputatione Iacobi Sybillæ in V. Curatum, de licentia tamen Facciotti Curati facta die 20. Aprilis anni 1595. & ex aliis duabus ſimilibus deputationibus in V. Curatum de perſona Ioannis Baptiſtæ Barrillarij de anno 1604.& 1608. quæ vti factæ de Facciotti licẽtia, denotat quod ipſe potius vti titularis, & ſic ad præſentationem Monialium, quam per modum prouiſionis poſſedit; quia vti talis non potuiſſet conſentire, vt alius ſubſtitueretur, qui eius nomine curam exerceret, ad *l.fin.ff. de offic. eius,& l. à Iudice, C. de iudic.* Ex quibus poſſeſſio Monialium vſque de ann.1609. quo Facciottus deceſſit, & per eius obitum hæc Vicaria vacauit, viſa fuit Dominis ſemper continuata, & quod ex aduerſo vſque ad hoc tempus non conſtat de aliqua prouiſione vti de libero.

31. Supereſt nunc expendere ſecundum dubium ſupra excitatum, videlicet, An à d. anno 1609. quo obiit Facciottus vſque ad tempus litis motæ, ſemper Moniales continuauerint in d. quaſi poſſeſſione, in qua tunc erant, & certum eſt quod regula ſtat pro Monialibus, ita vt ei, qui probat olim poſſediſſe, vti probant Moniales, detur hodie manutentio, dum ex aduerſo poſſeſſio non probatur amiſſa, Bald *in l.1. C. vti poſſid.* Dec. *conſil.*126. *circa fin.* Ripa *in cap. Cum Eccleſia Sutrina*, verſ. *Ex iſtis*, *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Rota *dec.*81.*p.*1. *diuerſ.* Gregor.XV. *deciſ.* 555. *num.*10. & in puncto Rota *in dicta Fanen. beneficij*, ſupra allegata, coram R.P.D. meo Pirouano, *& in Papien. Iuriſpatr.*9. Aprilis 1601.coram ſanctæ memoriæ Cardin. Pamphil. Et ratio eſt, quia poſſeſſio ſolo animo retinetur, *l.licet,C.de acquirend. poſſeſſ.* Mutatio autem voluntatis non præſumitur, *l.Eum, qui, C. de probat.* vnde, qui in præteritum poſſedit, præſumitur ſemper in futurum poſſediſſe, animumque continuandi poſſeſſionem habuiſſe, *l.* 3. *§.ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ.* Innoc. *in cap.* 2. *de reſt. ſpoliat.* etiam quando iamdiu poſſedit, Menoch. *præſumpt.* 64. *num* 4. *lib.*6. adeo vt olim poſſidens ſemper pro ſe habeat præſumptionem, ita vt onus probandi poſſeſſionis amiſſionem, incumbat aduerſario, *l. circa, ff. de probat. l. libertas, §.vlt. ff. de libert. cauſ.* Vnde ſtat difficul-

32. Adde gloſſ in *cap.Omnis res.* el 1. *de Regul. iur.*

33.

34.

35.

tas ; an amiſſio probetur per D. Archiepiſcopum , & viſum fuit eam nullo modo probari: maximè ſtante iuris aſſiſtentia pro Monialibus.

Non obſtat, quod defuncto Facciotto de dicto anno 1609. D. Archiepiſcopus, deputauit eundem Barrilarium, qui vt dictum eſt, Facciotto viuente fuerat deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiſcopus ipſum acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem conferedi, provt etiam idem prætendit ex alia depu-
36. tatione cuiuſdam Albertonij de anno 1622. quia fuit bene ſatisfactum, quod hæc vltima de Albertonio dedit cauſam liti, quæ propterea non eſt attendenda. Rota coram Gregorio XV. *deciſ.* 417. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 30. *num.* 1. *part.* 2. Deputatio vero Barrilarij, in qua fit præcipuum fundamentum, fuit per modum prouiſionis, quæ idcirco non mutat ſtatum præcedentem, ex Rebuff.
37. vbi ſupra. Et ratio eſt, quia Ordinarius ſua ordinaria auctoritate poteſt deputare Vicarium, ſeu Oeconomum in beneficio vacante, interim, & quouſque de Rectore prouidetur, aut cognoſcitur de iuribus eligentium, *d. cap. Cum vos, c. Peruenit, el* 2. & *ibi* gloſſ. verbo, *Aſſignes,* extra *de appell.* Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. verſ. *alio.* Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limit.* 18. *num.* 2. Vnde cum huiuſmodi deputatio non fiat ad firmandum ſtatum, ſed ad interim tantum, nec minimum quidem præiudicij ex ea infertur illis, qui antea poſſidebant, ſed interim eorum ius illæſum conſeruatur, aliter enim poſſent Epiſcopi canonum auctoritate ſpoliare Patronos ſua quaſi poſſeſſione, quod eſſet iniquum. Hoſtien. *in d. cap. cum vos*, verſ. *Inſtituere*, & *ibi* Anchar. *n.* 1.

Non obſtat etiam, quod Barrilarius ſic deputatus continuauerit in d. cura vſque ad 38.
mortem, quæ fuit de ann. 1621. quia non propterea aliqua quaſi poſſeſſio fuit D. Archiepiſcopo acquiſita, ſed ſemper remanſit Monialium, ex quo etiam ſemper Barrilarius vſque ad mortem viſus fuit d. curam exercere per modum prouiſionis, nihil enim eſt, cur non potuerit ſic exercere, ergo ſic exercuiſſe credendum eſt, dum non conſtat de alio eius titulo, quam de iſto. Quinimo ſtante quaſi poſſeſſione Monialium, de qua opponebatur, non potuit D. Archiepiſcopus interim prouidere, ni per modum prouiſionis, non autem de Rectore perpetuo, gloſſ. *in d. cap. Cum vos*, verſ. *Cauſa*, & *ibi*, Ioan-

Andr.

Andr. *num.* 4. verſ. *Alia de cauſa*, & Card. *num.* 2. *quaſt.* 4. vbi quod eſſet iniuſtum, & indignum, vt vna pars in præiudicium alterius in re ſubiecta aliquid perpetuo faceret, vel innouaret.

39. Minus obſtat noua prætenſio, & ſubtilitas Aduocatorum, ſcilicet, quod ex deputatione Barrilarij per modum prouiſionis D. Archiepiſcopus ſit manutenen. in quaſi poſſeſſione prouidendi per modum prouiſionis: quia aut hoc prætenditur ad conſeruãdum ius Dom. Archiepiſcopi ſic prouiden. à iure ſibi datum, & hoc non eſt ſub lite, aut ad defectum impugnandi Monialium quaſi poſſeſſionem, ita vt ideo deſierint poſſidere. Et dicebant Domini quod hoc non merebatur allegari, quia ſic omnes quaſi poſſeſſiones Patronorum quãtumuis iuſtificatæ euaneſcerent. Aut tandem id prætenditur ad effectum; quod cum d. Eccleſia ſit manualis, idem ſit dicere per modum prouiſionis, quantum eſt dicere ad nutum amouibilem iuxta teſtes D. Archiepiſcopi ſuper hoc vſu loquendi nouiſſimè examinatos, ita vt deputatio Barrilarij non ſolum fuerit prouiſionalis, ſed etiam prouiſiua, & conſequenter, quod D. Archiepiſcopus ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione deputandi Vicarium ad nutum amouibilem: quod ſi ſubſiſteret, excluderetur penitus manutentio Monialium ad earum nutum, quæ quidem prætenſio nedum iure probatur, ſed eſt contra ius expreſſum, quia iuxta præſcriptam formam à Concil. Trid. & ex Conſtitutione Pij V. Ordinarij debent de Parochialibus prouidere in perpetuum, & per concurſum, *non autem amouibiliter, aliter enim reſideret cura huius Eccleſiæ principaliter penes Archiepiſcopum,* qui eſt incapax plurium Eccleſiarum, Seraph. *deciſ.* 1304. *num.* 1. Rota in *Pampilonen. Decimarum* 13. *Decemb.* 1592. coram Comitulo. Vnde propter decretum irritans, & clauſulam, *ſublata*, appoſitam in Concilio, & in *d. Conſtitut.* non poteſt dari poſſeſſio releuans, quæ ſit manutenibilis, quia claudunt os parti, & tollunt facultatem iudicialiter iudicandi. Barthol. *in l. fin. C. de Canon. frumen. Vrb. Rom. lib.* 11. Cardin in *cap. Quia diligenter,* vbi etiam Imol. *de elect.* & fuit ſæpiſſime deciſum. 40. 41.

Nec etiam obſtat, quod poſtea D. Archiepiſcopus indixerit concurſum huius beneficij tamquam de libero, & quod Barrilarius fuit vnus ex approbatis per examinatores, licet aliis duobus votis inferior. Vn-

de dicebant informantes pro D. Archiepiſcopo, inde præſumi, quod Barrilarius mutata priori cauſa poſſidendi, poſſedit de nouo vti prouiſus,& gratificatus ab Ordinario; nam dicebant Domini, quod dum non apparet,quod poſt tantum concurſum alium titulum obtinuerit, potius præſumi debet, quod ſemper permanſit prior cauſa, & deputatio expreſſa per modum prouiſionis, quia vbi habemus cauſam expreſſam, ceſſat tacita, & præſumpta, *l. cum ex filio*, *§. Filio*, vbi gloſſ. *ff. de vulg.* Angel. Peruſ. *conſ.* 248. Crauett. *conſ.* 32. *n.* 1.
42. & vbi gratia expreſſam cauſam habet, non debet ad aliam trahi. Rota *deciſ.* 169. *num.* 7. *p* 2. *recent.* Quinimo ex teſtibus datis per D. Archiepiſcopum excluditur penitus præſumptio tituli perpetui, dum deponunt Barrilarium ſemper fuiſſe tentum, & habitum pro Curato amouibili, & ex quo fuit votis inferior, non debet præſumi, quod fuerit electus, & præſertim quia Moniales appellauerant à futuro concurſu, & grauamine, quæ ideo non fuerant appellationem proſecutæ,quia D. Archiepiſcopus grauare ceſſauit, non procedendo ad deputationem vigore concurſus, ſed permittendo, quod idem Barrilarius, vti prius per modum prouiſionis continuaret exercitium d. curæ. Et in omnem caſum nouus titulus, & noua poſſidendi cauſa ſuperueniens ex facto D. Archiepiſcopi, Monialibus ignorantibus, eis non noceret ad effectum, de quo agitur, iuxta *dict. conſ.* Caler. 12. *in fin. de Iurepatr.* Sed potius habendum eſſet, ac ſi Moniales Ordinario conferenti tacitè acceſſiſſent pro conſeruatione ſui iuris. Dec. *conſil.* 126. *circa fin.* & dixit Rota in *d. Pap. Iurispatr.* 9. *April.* 1601. coram Cardin. Pamph. 43.

Non obſtat præterea acquieſcentia, ſeu taciturnitas Monialium toto dicto tempore, quia non potuit plus eis præiudicare, quam actus ipſe, qui ſi tamquam factus per modum prouiſionis, eis non præiudicabat. Ergo nec acquieſcentia. Nec Ordinarius præſcribit libertatem aduerſus ius patronatus per ſimplicem non vſum pręſentandi patronorum, ſed requiritur factum Ordinarij directum contrarium ſeruituti iuriſpatronatus, hoc eſt libera collatio, ad *l. hac autem*, & ibi DD. *ff. de ſeruit. Vrban. prædior.* & in puncto Rota *deciſ.* 109. *num.* 8. *part.* 2. *diuerſ.* prout etiam, nec Monialibus obeſſe potuit, quod dum inſtarent pro admiſſione d. appellationis, Vicarius D. Archiepiſcopi 44.

piſcopi eam nedum reiecit,ſed dixit, eis nullum ius competere nec in poſſeſſorio, nec in petitorio: fuit enim ſimplex interlocutio ſine citatione, & cauſæ cognitione, & notoriè
45. iniuſta, quæ ideo non tranſit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, iuxta not.in *cap.inter cæteros*, vbi Felin. & alij, *de re iudicata*. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 2. *n* 8. *de ſolut.*

Poſtremò, ac tandem non obſtat, quod Moniales coram Epiſcopo Sauonen. petierint redintegrari, quaſi ideo confeſſæ fuerint eas non poſſidere, ſed D. Archiepiſcopum; petitio enim redintegrationis fuit æquiuoca, vnde debet referri ad ſolam poſſeſſionem naturalem, & turbationem de facto. Rota, *deciſ.* 560. *num.* 3. *part.* 1. non autem ad poſſeſſionem ciuilem, quæ ſemper remanſit apud Moniales. Rota *dec.* 561. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & *addent. ad Greg. XV. deciſ.* 555. Quæ diſtinctio, quidquid contenderint informãtes pro D. Archiepiſcopo, etiam locum habet in iuribus incorporalibus, in quibus datur etiã duplex poſſeſſio, ciuilis, & naturalis, Barth. in *l.* 1. *num.* 12. verſ. *in contrarium*, *ff. de acquir. poſſeſſ.* & in puncto Guido Papa, *deciſ.* 629. *num.* 14. & Rota *deciſ.* 649. *num.* 10. *p.* 2. *recent.*

Et ita fuit deciſum vtraque parte informante, &c.

R. D. VRGELL. VBALDO,

In eadem Ianuen. Parochialis S. Andreæ.

DECISIO IV.

ORta lite inter illuſtriſſimum Archiepiſcopum Ianuen. & Moniales S. Andreæ de Porta nuncupatas, eius Ciuitatis ſuper iure nominandi Vicarium, pro exercenda cura animarum in dicta Parochiali Eccleſia S. Andreæ; abſoluto iam poſſeſſorio manutentionis, & ſuper eo emanatis tribus deciſionibus ad fauorem Monialium, quia nihilominus pro earum parte proſequitur petitorium, & tota difficultas ſtat in eo, An dicta Eccleſia ſit Regularis, vel ſæcularis, propterea de hoc hodie dubitaui, & fuit reſolutum dictam Eccleſiam eſſe Regularem, quia cum Monaſteria non dentur ſine Eccleſiis Rota *deciſ.* 204. *p.* 2. *recent.* vbi ab exiſtentia, Abbatis, & Monaſterij arguitur, & infertur ad exiſtentiam Eccleſiæ, & dictum Monaſterium nõ habeat aliam Eccleſiam, quam iſtam, cum Monaſterium ſit Regulare, Eccleſia etiam eſt Regularis. *c.* 1. *de* Capell.

(Habetur apud Lezanam, conſulto 41 deſumpta ex Paulo Rubeo tom. 1. deciſ. 165. & ex deciſione Durani, la 144.)

Margin numbers: 1. (beside "dubitaui, & fuit reſolutum di-"); 2. (beside "Monaſterium ſit Regulare, Ec-")

Capellat. Monachor. & ibi gloſſ. verb. *Monaſt.* in fin. Barbat. *in c. Cum dilectus, num.* 3. *de conſuet.* & præſertim, quia cum ſit dicto Monaſterio incorporata, cenſetur eiuſdem pars integra-
3. lis. Vnde quale eſt Monaſterium, talis etiam eſt Eccleſia, gloſſ. in *cap.* 1. *in* verb. *exempt. de Priuileg. in* 6. Rota coram Gregor. XV. *deciſ.* 370. *num.* 2. *&* 3. ex quibus propterea dubitari non poteſt quin Moniales habeant de iure intentionem fundatam, etiam quod in
4. dict. Eccleſia exerceatur cura animarum, prout deprehenditur ex S. Conc. Trident. *Seſſ.* 25. *cap.* 11. de Regular. dum ibi fit mentio de cura animarum in Monaſteriis, ſeu domibus mulierum; cum tamen cura in Eccleſia exerceatur, quæ ideo
5. ex mente S. Concilij venit appellatione Monaſterij, ſeu domus mulierum, & fuit dictum in *deciſione in hac cauſa facta* 19. *April.* 1617. coram me.

Deinde cum iuris aſſiſtentia concurrit obſeruantia regularitatis, quia cum hoc Monaſteriũ antiquitus eſſet Ordinis S. Benedicti, & eſſet fere deſtitutum, fuerunt in illud auctoritate Papæ de ann. 1509. tranſlatæ Prioriſſa, & Moniales S. Margaritæ Ordinis S. Auguſtini, quibus in ſpecie fuit tradita poſſeſſio tam Conuentus, quam Eccleſiæ, & cum inuentario conſignatæ ſupellectiles Sacræ ad vſum, & curam Sacramentorum pertinentes. Vnde cum ex dicta conſignatione bene arguatur, & inferatur curam animarum dictæ Eccleſiæ ad Moniales ſpectare prout ſpectat, vt fuit dictum in d. deciſione in hac cauſa facta coram me in principio, multo magis infertur ad eas etiam Eccleſiam pertinere: Sanctitas enim 6.
loci ordinatur ad ſanctitatem hominis, qui in loco ſacro cultum Deo exhibet, 4. *diſt. per tot.* & vt dicit Sacra Scriptura (*non* 7.
propter locum gentem, ſed propter gentem Dominus locum elegit.) D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 99. *art.* 1.

Præterea pro Eccleſia Regulari, & dependenti à dicto Monaſterio fuit habita per Viſitatorem Apoſtolicum, de anno 1582. & talis nominatur, & reputatur in pluribus Viſitationibus Ordinariorum, quibus 8.
multum eſt tribuendum circa qualitatem, & ſtatum Eccleſiarum, Verall. *deciſ.* 158. *part.* 2. Seraph. *deciſ.* 780. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 1272. *num.* 3. & in recent. *deciſ.* 371. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 573. *part.* 2. & fuit late dictum in prædictis deciſionibus in *hac cauſa* factis.

Tandem accedit quaſi poſſeſſio Monialium deputandi Vicarios pro exercitio cu-

9. ræ ad nutum per vltra 40. annos, ex qua quadragenaria poſſeſſione bene etiam infertur ad regularitatem,& in puncto Seraph. *deciſ.* 1304. *num.* 1. *verſ.* 3. *comprobatur.*

Et ita Monialibus tantum informantibus, &c.

R. P. D. BVRATTO,

Iacenſ. Parochialis S. Ceciliæ 30. ***Ianuarij*** 1615.

Decisio V.

1\. Eam habes apud Ioan. Briz. Martinez, lib. 1. Hiſt. S. Ioan. de la Pinna cap. 56. p. 252.

PArochialem S. Saluatoris, loci nuncupati de S. Cecilia, Diœceſ. Iacen. ſpectare ad Monaſterium S. Ioannis de lá Pinna, Ordinis S. Benedicti Domini concluſerunt. Habet enim intentionem fundatam in antiquiſſimo inſtrumento donationis, ad eius fauorem factæ, à Ranimiro Aragonum Rege, anno 1063. quam plurimorum locorum, & villarum, & inter cætera, illius de S. Cecilia, cum omnibus ad ius regale pertinentibus, & ſuis Eccleſiis, decimis, primitiis, & oblationibus, &c. Quæ poſtmodum fuit à Sancto Rege, & Petro eius filio renouata, ac demum per Summos Pontifices Alexandrum II. & III. Vrbanum II. & Benedictum XIII. ex certa ſcientia confirmata. A quibus etiam dictæ Eccleſiæ fuerunt eidem Monaſterio conceſſæ cum omnibus ſuis membris, & pertinentiis, & vna cum Monaſterio in ius, & proprietatem Apoſtolicæ Sedis ſuſceptæ, eique immediatè ſubiectæ, & ab omni Ordinariorum iuriſdictione exemptæ, & præſertim in confirmatione Alexandri III. facta fuit mentio in ſpecie Monaſterij S. Ceciliæ, vna cum Eccleſiis, & villis, vt ſupra. Quæ confirmationes Summorum Pontificum, videntur ſufficere ad hoc, vt Eccleſia dicatur ſpectare *pleno iure* ad Monaſterium, iuxta gloſſ. *in Clement.* 1. §. *Quidam etiam,* in verbo, *Ad menſam*, verſ. *Iſtud autem, de exceſſ. Prælatorum,* quam ſequuntur *ibi*, Card. *in* §. *Præſentatos*, *quæſt.* 5. *num.* 4. Abb. *in cap. de Monachis*, ſub *num.* 9. *de Prabend.* Ioan. de Anan. *in cap. vt ſuper*, *n.* 3. vbi Imol. *ſub n.* 8. verſ. *Quomodo autem. de rebus Eccleſ. non alien.* Et in alia ſimili donatione Monaſterio eiuſdẽ Ordinis, à Rege Santio facta, cum ſola auctoritate Ordinarij, fuit dictum *in Pampilonenſe de Stella*, 14. *Decembr.* 1598. coram bo. me. Card. Seraphino, inter impreſſas 1304. *part.* 2. *&* *in eadem* 18. *Februarij* 1600. coram bo. me. Cardin. Pamphilio, & in ſimili donatione Regia,

Illã habes ſugra p. 4. q. 9. n. 3.

Infra, la 13.

Infra, la 14.

gia, à Papa confirmata, dictum fuit *in Vlixbonen. iuris conferendi*, 2. *Decembr.* 1605. coram bo. me. Litta. Quod, eo magis videtur dicendum in iſto caſu, quia vt dictum eſt, Monaſterium, vna cum Eccleſiis illi conceſſis, fuit ab omnimoda iuriſdictione ordinarij exemptum, & in ius, ac proprietatem Apoſtolicæ Sedis ſuſceptum, & ita cum conceſſio videatur facta, *quoad temporalia, & ſpiritualia*, iuxta *conſ.* Card. 47. ideo Eccleſiæ conceſſæ dicuntur, ſpectare *pleno iure ad Monaſterium.* Gloſſ. *in cap.* 3. §. *in Eccleſiÿs*, verbo, *Pleno iure de priuilegÿs*, quam ſequuntur *ibi* Card. *num.* 1. & Butrio *num.* 26. & eadem Gloſſ. *in cap. Quoniam*, in verbo, *Vtroque iure*, extra, *eodem*, Abbas *in cap. Inter, num.* 12. *& ſeq. de ſent. & re iudic.* Craueta *dec.* 297. *num.* 7. *p.* 1.

Infra, la 7.

2. Non obſtat quod Rex non poſſet dare Eccleſias, in quibus nullum ius habebat, ad quod allegabatur deciſio *Vlisbonenſis iuris conferendi* 21. *Aprilis* 1606. coram bon. me. Litta, & ſic intelligatur donaſſe ſolum ius, quod habebat. *cap. Paſtoralis, de donat.* Alex. *conſ.* 47. *num.* 2. & *ibi* Add. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 462. *num.* 10. & poſt eos Cardin. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 13. *tit.* 23. *num.* 7. Nam vltra quod iſtud, ſecundum eos, procedit in dubio, in hoc autem caſu, verba conceſſionis, ſunt ampliſſima, & ſpecialiſſima; quia Rex poſt donationem omnium iurium Regalium, veluti ampliatiuè ſubiunxit, cum ſuis Eccleſiis, primitiis, & oblationibus, &c. Quidquid ſit attentis ſolum donationibus, à dictis Regibus factis, ceſſant omnia ex dicta confirmatione Alexandri III. cum ſit ex certa ſcientia, & ſpecifica per illa verba: *Confirmamus vobis Monaſterium S. Ceciliæ cum Eccleſiis*, &c. Quatenus etiam conceſſio Regis, quo ad dictam Eccleſiam eſſet inualida, confirmatio iſta vim nouæ conceſſionis haberet. Fel. in *c. Inter dilectos, num.* 14. *de fide inſtrumen.* Deciſ. *conſ.* 184. *num.* 8. per *l. Adoptio, la* 2. *ff. de adoptionib.* Idem Dec. *conſ.* 341. *num.* 7. *ad medium*, verſ. *ſed in caſu.* Pariſ. *de communi, conſ.* 19. *num.* 15. *lib.* 1. & deciſ. *Vlisbonen.* erat ſolum reſtricta ad ius regare, adeo, vt neque etiam, vt in ea dicitur, ius decimarum contineretur, &c. Et ideo fuit, vt ſupra concluſum, die Veneris 30. Ianuarij, 1615.

R.P.D.

R.P.D. PIROVANO,

Nullius de Couarruuias Vener. 16. Martij 1611.

DECISIO VI.

1. Habetur apud Farinac. tom. 1. la 394. CVm in reſolutione diei 22. Iunij 1611. in hac cauſa facta fuerit dictum Capitulo Sede Abbatiali vacante competere ius viſitandi Eccleſiam Parochialem S. Thomæ cum præſuppoſito tamen, quod Abbas haberet ius viſitandi. Hodie propoſui dubium ſuper iuſtificatione præſuppoſiti, & Dominis placuit, non probari Abbatem habere ius viſitandi, cum illud competat ad Epiſcopum ſolum, niſi in contrarium oſtendatur priuilegium, vel conſuetudo legitimè præſcripta, vt poſt Hoſtien. Soc. & alios trad. Sarmient. *Select. interp. lib.* 3. *cap. vlt. num.* 1. Mandoſ. *conſ.* 38. *num.* 8. & *conſ.* 37. *num.* 1. Rota *deciſ.* 107. *num.* 5. *p.* 2. *diuerſ.*

2. Abbas autem loci de Couarruuias de priuilegio non docet, neque de conſuetudine præſcripta ſpatio ſaltem quadraginta annorum, prout requiritur cap de quarta, de præſcriptionibus, & idem firmat Bald. *eod. tit. part.* 1. 5. *part. principali. quaſt.* 12. *num.* 4. Vnde conſequitur Abbatem deficere in ſalutari.

3. Non obſtant teſtes inducti ad probandam talem conſuetudinem præſcriptam, quia dati in *Summarijs* omnes deponunt à 15. 16. 17. 18. annis citra, quorum depoſitio nedum percutit tempus 40. annorum; ſed nec etiam tempus ante litem motam, cuius principium extitit, de anno 1582.

4. Præterea, cum viſitatio pendeat ab ordinaria Iuriſdictione vt dicit Rota *deciſ.* 196. *num.* 2. *p.* 2. *diuerſ.* Teſtes Abbatis debuiſſent deponere, eum habere omnimodam Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio ſeparato, quod non eſt præſcriptibile per inferiorem, ſed ex ſolo priuilegio Principis competit, vt fuit dictum in *Conſtantien. Iuriſdictionis* 18. *Maij Anni* 1611. coram Reuer. Attrebaten.

5. Nec dicatur, quod hodie ceſſet intereſſe Archiepiſcopi Burgen. vt lis fuerit terminata inter eundem Archiepiſcopum, & Abbatem ad ipſius Abbatis fauorem. Quia fuit dictum, & ſi appareat de auocatione cauſæ pendentis inter dictos Archiepiſcopum, & Abbatem obtenta per Regem Hiſpaniarum, ex Breui felic. recordat. Clementis VIII. Non tamen ex prædicta auocatione

inferri poteſt ad extinctionem litis inter eundem Archiepiſcopum Burg. & Abbatem de Couarruuias.

6. Propterea vnus ex Dominis animaduertebat, quod ſi reuera Abbas, vt narratur obtinuit contra Archiepiſcopum, multum deſeruiret pro capienda reſolutione, quod ad ipſum ſpectet ius viſitandi, quia ſententia pro ipſo lata contra eum ad quem ſpectat principaliter intereſſe, deſeruire deberet contra Rectorem, & Beneficiatos S. Thomæ, ad quos non multum pertinet viſitari ab vno, vel ab alio, & tunc ceſſaret quæſtio proprietatis, & Abbas ſola poſſeſſione iuris viſitandi iuuari poſſet.

R. P. D. LITTA,

Vliſbonen. Iuris conferendi, 2. *Decemb.* 1605.

Decisio VII.

1. Iſtā inuenies apud Farinac. tom. 3. la 153. PLures ſunt Eccleſiæ Parochiales in Territorio de Alcobatia, ad quarum curam exercendam Commendatarius prætendit Vicarios per eum nominandos ab Archiepiſcopo abſque concurſu inſtitui, cuius contrarium prætendit Archiepiſcopus. Ideo hodie ſtrictè dubitatum fuit, an conſtet Eccleſiam Beatæ Mariæ de Alcobatia ſpectare ad Monaſterium de Alcobatia, vt non ſit locus concurſui. Et Domini partem affirmatiuam amplexi ſunt, quia quando Eccleſia Parochialis eſt ſubiecta Monaſterio, aut annexa, vel de eius menſa, tunc non eſt locus decreto Concilij Tridentini, *ſeſſ.* 14. *cap.* 18. *de reformat.* Sed Monaſterium nominat, Epiſcopus vero ſine concurſu approbat, iuxta tradi. *in cap.* 1. *de Capellat. Monach. in cap. de Monach. de Prabend.* & fuit reſolutum in cauſa *Tiraſonen. iuris præſentandi* 23. *Maij* 1588. coram bo. me. Bubalo, & 13. *Octobris* 1595. coram me. Eccleſiam autem eſſe ſubiectam Monaſterio, aut annexam, aut de menſa, non eſt neceſſe probare per inſtrumentum vnionis, vel annexionis, ſed poteſt etiam probari per alia ſigna, & argumenta, vt fuit deciſum in *cauſa Pampilonenſi de Stella* 14. *Decemb.* 1598. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino. Infra inuenies illam, la 13.

2. In caſu propoſito Domini inter alia primo conſiderant, quod Monaſterium ante ædificationem huius Eccleſiæ erat Dominus totius territorij de Alcobatia tit. donationis factæ per Alphonſum Regem Portugalliæ Diuo Bernardo Abbati Clare-

Clare Vallen. & per Innocentium III. confirmatæ, vt *in Summario, num.* 1. cuius dominij ratione Eccleſiæ ibi ædificatæ dicuntur ad Monaſterium ſpectare, gloſſ. & DD. *in d. cap. de Monachis*, in verbo, *Prouentibus*, verſ. *Si vero ex donatione, de Prabend.* ex qua donatione, iuncta perceptione decimarum, & fructuum totius dicti territorij, & in ſpecie decimarum ſpectantium ad Eccleſias exiſtentes in dicto diſtrictu, vt probatur in Concordia inita inter Archiepiſcopum, & Commendatarium de anno 1335. de qua *in Summario num.* 7. *in cap.* 1. 4. *&* 5. & ex teſtibus *in Summario, num.* 8. Item ex ſententia facta per Pium IV. *in Summario, n.* 4. & ex erectione huius Eccleſiæ in Vicariam perpetuam, *in Summario, num.* 9. denotatur manifeſtè Dominium eſſe penes eum, qui decimas percipit, ita vt Eccleſia dicatur de menſa illius, & curam reſidere penes Abbatem, & Monaſterium habitu, exercitium vero curæ penes Vicarium, Cardinalis *in Clement.* 1. *n.* 10. *quæſt.* 9 *de offic. Vicarij*, Gloſſ. *in Clement. Frequens*, in verbo, *Ad menſam*, & *ibi* Vitalin. *n.* 88. & cæteri Doctores, *de exceſſ. Prel.* Creſcent. *deciſ.* 2. *de decim.* Mohed. *deciſ. vltim. eod. tit.* Veral. *deciſ.* 339. *part.* 3. Capell. Toloſ. 109. & *ibi* Abbas, & fuit dictum, in præcit. *Pampilonen. de Stella.*

Tertiò, vltra donationem Territorij, & perceptionem, fructuum, & decimarum, fuit conſideratum, quod Monaſterium ſuſtinet omnia onera Eccleſiarum in dicto Territorio exiſtentium, tam quæ ratione viſitationum, quam quæ pro reparatione, & fabrica earumdem debentur, vt ex Concordia anni 1294. *in Summario, n.* 2. & ex alia anni 1335. *in Summario, n.* 3, *cap.* 7. ex dictis teſtium *in Summario, num.* 8. & ex Viſitationibus Archiepiſcoporum iniunctis effectualibus ſolutionibus, de quibus *in Summario, num.* 10. & in ſpecie reſpectu huius Eccleſiæ, *in Summario, num.* 9. Ex ſolutione enim onerum per Monaſterium facta pro Eccleſiis, de quibus agitur, ſatis colligitur Eccleſias ad ipſum ſpectare, *Clement.* 1. *de iurepatr.* & *ibi* Vitalin. *num.* 8. verſ. *Vbi ergo notum eſt*, *cap.* 1. *Eccleſ. ædific. cap. fin. de teſtibus.* Caſ. de Graſ. *dec.* 6. *de Prabend.* 3.

Accedit, quod ante erectionem huius Eccleſiæ in Vicariam perpetuam, in hac Eccleſia deputabatur Vicarius amouibilis, & probatur ex confeſſione ipſius Ordinarij in inſtrumento erectionis, quod eſt ſignum, curam penes Vicarium non reſidere, ſed ſolum exerci- 4.

tium,ex alleg. *in d. Pampilonen.* & quia ille, qui præſentatur non eſt Rector, ſed Vicarius, quod etiam denotat non curam, ſed exercitium duntaxat eſſe penes ipſum, vt tradit Vitalin. *in d. Clement.* 1. *num.*7. *de Offic. Vicarij.* Quamuis etiam ſi præſentationes loquerentur de Rectoribus, ſtantibus præmiſſis, non eo minus diceretur Eccleſiam ſpectare ad Monaſterium, cum iſta ſint ſynonyma, & ſæpe vnum pro alio ponatur, gloſſ. *in Clem.* 1. §. *Nonnulli quoque*, in verbo, *Rectoribus*, & *ibi*, Vitalin. *num.* 35. *de exceſſib. Prælator.* cum aliis in his terminis allegatis, in cauſa *Vigellien. Parochialis* 13. *Nouembris* 1613. coram Illuſtr. Card. Pamphilio.

5. Nam præſentationes poſſunt cenſeri factæ vigore Iuriſpatronatus ex fundatione competentis, propter perceptionem decimarum, ſuſtentationem onerum, & aſſignationem congruæ Vicario præſentato, quæ ſubiectionem denotant, *d.c. de Monachis*, *cap. Auaritiæ*, *de Præbend.* Lambert. *de Iurepatr. art.*1. *quæſt.* 10. *principali*, *in* 3. *part.* 2. *libri*, *num.*4. *verſic.* 4. *puncti modum*, & *num.*7. & 8. & cum aliis citatis per informantes.

6. Nec facit, quod Archiepiſcopus habeat ius decimandi, quia in concordia ſolum dicitur, quod prætendebat ius percipiendi decimas. Vltra quod tale ius poſſet verificari reſpectu quartæ debitæ Epiſcopo ratione Eccleſiarum ad Monaſteria ſpectantium, iuxta diſpoſitionem *cap. Conquerente de offic. Ordinarij.*

Non obſtat, quod Eccleſia, de qua hodie agitur, fuit conſtructa poſt Monaſterium, ex quo non apparet deſcripta inter Eccleſias, quæ de ann. 1384. fuerunt expreſsè repertæ intra limites Comitatus de Alcobatia, vt *in Summario, num.*4. quia fuit reſponſum deſcriptionem eſſe reſtrictã ad Eccleſias exiſtentes in diſtrictu, non autem in oppido de Alcobatia, vbi Eccleſia Beatæ Mariæ, de qua agitur, ſita eſt. Vltra quod etiam ſi illud eſſet verum, non per hoc tolleretur, quod eſſet annexa, vel de menſa Monaſterij, cui incumbebat vigore concordiæ anni 1335. Eccleſias ædificare. Vnde exiſtentia huius Eccleſiæ in oppido de Alcobatia, quod cum eius Territorio eſt de Dominio Monaſterij, iuncta perceptione decimarum, ſuſtentatione onerum, aſſignatione congruæ pro Vicario facit, quod Eccleſia iſta in ſui ortu vere nata ſit ſubiecta, & nunquam fuerit in aliquo ſtatu libertatis, ſed originaliter annexa, & de menſa, 7.

iuxta

iuxta trad. per Butr. *in cap. Cum tu*, *n.* 11. Abb. *eodem num. verſ. nota hanc*, Gloſſ. *de atat. & qualitate* Felin. *in cap. ex parte, il* 2. *n.* 1. *& ſeq. de reſcript.* vbi etiam dicit, quod ſi Capella ædificaretur, vt eſſet beneficium de per ſe ſtans, de neceſſitate præſentari deberet Rector proprius, quod hic non fiebat, ſed deputabatur Vicarius amouibilis, vt ſupra dictum eſt ex confeſſione Ordinarij, & alias fruſtratoria fuiſſet erectio in Vicariam perpetuam.

8. Non obſtat, quod in Vicariis perpetuis ſit neceſſarius concurſus, quia ad effectum, vt ſit locus concurſui, non inſpicitur, an Vicarius ſit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, ſed attenditur an Vicaria ſic ſpectet ad Monaſterium, & ſit ei ſubiecta, vel annexa, ita vt cura penes Monaſterium reſideat, quo caſu non eſt locus concurſui, ſed ſufficit, approbatio Ordinarij, iuxta reſolutionem Illuſtriſſimorum Interpretum Concilij ſuper qua fundatur Breue obtentũ per Commendatarium à felic. rec. Clement. IV. Declaratio vero eorundem Illuſtriſſimorum data pro parte Archiepiſcopi, loquitur quando cura transfertur in Vicarium, & non ſolum exercitium, vt in caſu noſtro.

9. Non obſtat, quod per erectionem in Vicariam perpetuam factam per Archiepiſcopum, poteſt dici tranſlata cura in Vicarium perpetuum, quia lectura inſtrumenti erectionis contrarium apertè denotat, dum ibi aſſignatur certa portio Vicario, & reliquum reſeruatur Commendatario, penes quem remanent onera, iuxta not. per Hoſtien. & Ioan Andr. in *cap. expoſuiſti*, *de preb.* & *ibi* Abb. *in fin.* hoc bene declarat Fel. in *c. Poſtulaſti*, *num.* 1. verſicul. *aut perceptio fructuum*, *de reſcript.* Rebuff. *de Congrua Port. numero* 108.

Et in iſta erectione vltra reſeruationem fructuum & onerum, Vicarius non nominatur Rector, & reſeruatur Commendatario ius præſentandi, quod ſtantibus præmiſſis, debet intelligi, ſicuti prius competebat, ſcilicet cum approbatione Ordinarij, & non præuio concurſu. Apparet enim in hac erectione Archiepiſcopum noluiſſe alterare ſtatum huius Eccleſiæ in alio, quam facere de amouibili, perpetuum, prout ei ex debito ſui Officij incumbit ex decreto Concilij, & *c.* 1. *de Capell. Monach. in* 6. maximè quod in dubio huiuſmodi erectio ita facta, intelligi debet, vt minus præiudicet Commendatario, quam ſit poſſibile, & propterea ex eo, quod dicat, 10.

erigere Eccleſiam in Vicariam perpetuam, & beneficium Curatum, inferri non debet ad curæ tranſlationem in Vicarium, cum ita verba optimè, verificari poſſint ratione exercitij, & oneris adminiſtrationis Sacramentorum Vicario perpetuo incumbenti, nec ex deputatione Vicarij perpetui Eccleſia deſit eſſe de menſa, Vitalin. in *dicta Clemen. Frequens*, *num.* 35. *&* 84. *de exceſſ. Prælat.* & fuit dictum in præcitata *Vigellen. Parochialis* coram Illuſtriſſimo Pamphilio.

Ill. Card. LANCELLOTTO,

In ead. Vlisbonen. iuris conferendi 13. *Iunij* 1607.

DECISIO VIII.

1. Illam habes apud Farinac tom. 3. decil. la 104.

Eccleſias de Pederneria, de Orta, de Cooz de Alborninha, & Aljubarrota ſpectare ad Monaſterium de Alcobatia, ac inde non eſſe locum concurſui, Domini reſoluerunt ex eiſdem fundamentis, quibus reſpectu Eccleſiæ Beatæ Mariæ idem deciſum fuerat, coram bo. me. Litta, die 2. Decembr. 1605. & die 21. Aprilis 1606. & poſtea coram me die 7 Februarij huius anni, quarum deciſionum rationes fere omnes applicantur Eccleſiis, de quibus agitur, cum conſtat, quod ante illarum conſtructionem Monaſterium erat Dominus totius Territorij, & Cauti de Alcobatia, in quo Eccleſia Monaſterij, & fuerat ædificata poſt Territorium miraculosè precibus Sancti Bernardi è manibus Maurorum recuperatum, vt patet ex Chronica Diui Bernardi, & ex donatione Alphonſi Primi Regis Portugalliæ eidem S. Bernardo facta anno 1161. poſtmodum ab Innocentio III. confirmata, quam Eccleſiam Monaſterialem fuiſſe Parochialem totius territorij, fuit reſolutum in deciſ. D. Litta, ſub die 21. Aprilis 1606. Hinc Monaſterium percepit ſemper omnes decimas, fructus, & redditus totius Cauti, & Territorij, vt patet ex Concordia anni 1335. ex teſtibus, & ex ſententia Regis, & aliis in prima deciſione bo. me. Littæ ponderatis. Conſtat etiam alias Eccleſias in prædicto Territorio fuiſſe à Monaſterio ædificatas, vt ex eadem Concordia anni 1335. & reſpectu Eccleſiarum, de quibus agitur adeſt licentia Epiſcopi conceſſa Abbati, & Conuentui de anno 1236. Rurſus reſpectu Eccleſiæ de Pederneria, concurrit, quod in conceſſione ad opus infirma-

riæ de illa facta ab Epiſcopo anno 1247. fuit ordinatum, quod in illa præſentari deberet ab Abbate Vicarius cum aſſignatione congruæ ex prouentibus eiuſdem Eccleſiæ ad illius Prælatum ſpectantibus, & ſic apparet quod in dicta Eccleſia aderat Prælatus, ſcilicet Abbas, qui decimas percipiebat, & ad quem cura animarum conſequenter ſpectabat, &c. cum anno 1335. Abbas congruam Vicario iſtius Eccleſiæ aſſignaſſet, vocauit illum Vicarium Eccleſiæ noſtræ, & in prouiſione vnius portionis iſtius Eccleſiæ de anno 1518. nedum dicit Eccleſiam ſuam, ſed etiam vocat ſe eiuſdem Eccleſiæ Priorem. Ex quibus apparet quod Dominium, & curam penes ipſum Abbatem exiſtebat. Præterea quoad quatuor Eccleſias, ex ſupradicta licentia illas ædificandi cum facultate præſentandi Epiſcopo Vicarios, qui curam gererent animarum cum aſſignatione congruæ, & cum hoc quod deducta tertia Pontificali, reſiduum in vtilitatem Monaſterij conuertatur, reſultat neceſſariò, quod cum de eo tempore adeſſent Populi, & cum alia Eccleſia non adeſſet à qua Sacramenta ſubminiſtrari poſſent, omnino ad ipſum Monaſterium accedere debebant. Ex qua licentia iuncta Concordia anni 1335. vlterius colligitur quod cura principaliter penes Abbatem reſidebat cum Vicarij ad illius tantum exercitium deputari deberēt, quod etiam comprobatur, quia reſeruatur Abbati præſentatio Vicariorum, nec non reſiduum decimarum, & fructuum deducta tertia Pontificali. His ita ſtantibus, cum poſt Eccleſiarum ædificationem earundem, Vicarij fuerint ad præſentationem Abbatis, & Monaſterij inſtituti, cum Monaſterium perpetuò perceperit decimas totius Territorij, cum congruam Vicariis ab eo præſentatis ſoluerit, cum onera tam ratione Viſitationis, quam pro reparatione Eccleſiarum, quā denique alia omnia ſuſtinuerit, ſequitur, quod huiuſmodi Eccleſiæ ad ipſum Monaſterium ſpectare, & de illius menſa eſſe dicantur, tum ratione Dominij, vt per gloſſ. & Doctor. in *cap de Monachis, de Prabend.* & facit *deciſ.* 15. *de Iurepatr. in antiq.* Tum ratione perceptionis decimarum, quæ de iure debentur Eccleſiæ Parochiali, *cap. cum contingat, de decimis*, vt ex Card. in *Clem.* 1. *num.* 10. *quæſt.* 9. *de Offic. Vicarij*, & alias bene deductum fuit in 1. *deciſ.* bo.me. Littæ. Tum ratione præſentationis Vicariorum, ex quo cura:

cura principalis penes Abbatem reſidere dignoſcitur, Vitalin. in *Clement.* 1. *n.* 7. *de Offic. Vicar.* Et quod Eccleſia non eſt de per ſe ſtans, ſed de menſa Monaſterij, vt in *cap.* 1. *de Capellat. Monach. lib.* 6. Felin. in *cap. ex parte, el* 2. *num.* 2. *& ſeq. de reſcript.*

2. Tum quia cum in toto Territorio non adeſſent Eccleſiæ Parochiales cura omninò penes illam Eccleſiam Monaſterialem reſidere debebat, ita vt Eccleſiæ poſtmodum ædificatæ in illius Monaſterij ſuccurſum conſtructæ dicantur, *cap. Ad audientiam el* 1. cum ibi notat. *de Eccleſiis ædificandis.* Tum denique quia ex omnibus ſimul iunctis, nempe dominio Territorij, perceptione decimarum, præſentatione Vicariorum, ſolutione congruæ, ſuſtentatione onerum, & aliis, negari non poteſt, quin reſultent ſufficientia ſigna, & argumenta, quod Eccleſiæ ſint de menſa Monaſterij, & ad iſtud ſpectent, gloſſ. *in Clement. vnica*, in verbo, *Ad menſam*, quam ibi omnes ſequuntur, Imola *num.* 16. Vital. *num.* 81. *de exceſſ. Prælat.* late Rebuff. *de congrua n.* 114. *& ſeq.* ad hunc namque effectum ſimilia ſigna ſufficere, tradit Felin. *conſil.* 2. *num.* 22. *&* 25. & fuit reſolutum in cauſa *Pampilonen. de Stella* 14. *Decembr.* 1598. coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino, *& in hac cauſa* 2. *Decembr.* 1605. coram bo. me. Lucta, *&* 7. *Febr.* 1607. coram me. Infra, in deciſ. 13. Supra in deciſ. 7.

Non obſtant ea, quæ in contrarium adducuntur, nam quod dicitur ſolam perceptionem decimarum eſſe ſignum æquiuocum, & quod ſolutio congruæ, & aliorum onerum procedant ratione perceptionis decimarum, de quibus eſt ſoluenda congrua Vicariis, vt in cauſa *Aquilana Vicariatus* coram Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino, ceſſat, quia vltra perceptionem decimarum concurrunt multa alia põderata, nempe quod Abbas præſentauit Vicarios, quod Eccleſiæ ædificatæ ſunt in Territorio, cuius eſt Dominus Monaſterium, quod Eccleſia Monaſterialis eſt Parochialis, & ante omnes alias ædificata. Ex quibus iuncta perceptione decimarum, ſatis probatur Eccleſias eſſe de mẽſa Monaſterij, vt per gloſſ. *in d. Clem. vnic.* Card. & alios alleg. 3.

Nec obſtat, quod non probetur Monaſterium de Alcobatia fuiſſe ante iſtas Eccleſias ædificatum, quia cum Epiſcopus cõceſſerit Abbati, & Conuentui licentiam ædificandi iſtas Eccleſias, & illæ fuerint à Monaſterio conſtructæ, neceſſariò dicendum eſt quod ante 4.

ante illarum conſtructionem aderat ipſa Eccleſia Monaſterialis, & licet in ſcripturis antiquis non reperiatur in ſpecie, quod fiat mentio de Eccleſia de Alcobatia, tamen cum fiat mentio de Abbate, ſatis fit mentio de ipſa Eccleſia Parochiali de Alcobatia, & matrice, cuius caput eſt Abbas. Prout non obſtat, quod ante Eccleſiam de Alcobatia adeſſent aliæ Parochiales in eodem territorio, cum tempore recuperationis Territorij à Mauris, adeſſent oppida, & Monaſterium fuerit in loco inhabitato ædificatum; tum quia exiſtentia Populorum non concludit ad exiſtentiam Parochialium, & Eccleſiarum, quas Mauri non colebant, vt fuit dictum *die 7. Febr. huius anni* coram me. Tum quia licentia ædificandi iſtas Eccleſias ab Abbate per 60. annos poſt donationem, apparet, quod antea aderat Monaſterium, Abbas, & Eccleſia de Alcobatia. Tum quia denominatio Territorij de Alcobatia, oſtendit, quod quatenus aliquod oppidum adfuiſſet, illud erat de Alcobatia, maximè quia in donatione facta à Rege, ſtatim poſt recuperationem à Mauris, fit mentio de quibuſdam contradis, nihil autem dicitur de oppidis, quæ veriſimiliter fuiſſent expreſſa ſi adfuiſſent.

Nec releuat quod etiam ſi Monaſterium fuiſſet Dominus Territorij, nihilominus per ędificationem Eccleſiarum nihil aliud acquiſiuerit, quam iuſpatronatus. Quia concurrentibus tot ſignis ſubiectionem Eccleſiarum denotantibus, Monaſterium non dicitur habere ſolum iuſpatronatus, ſed Eccleſiæ ad illud vti Dominum ſpectant, nec præſentationes fiunt ratione ſimplicis iuriſpatronatus, ſed ratione ſubiectionis, & annexionis, Cardin. *in Clem. 1. § 1. in princ. de iurepatr.* & fuit reſolutum in *cauſa Vrgellen. Parochialis* 13. *Nouembris* 1603. coram Illuſtriſſ. Pamphilio, & in *hac cauſa* corã bo. me. Litta. 5.

Quæ autem deducuntur ex inſtitutione anni 1261. ad Eccleſiam de Cooz, in qua Dominicus ab Abbate præſentatus, fuit ab Epiſcopo in Rectorem inſtitutus, cum præcepto, quod Parochiali illi vti Rectori obedientiam præſtent, & Iure Eccleſiæ perſoluant; nihil etiam obſtat, cum Vicarius, & Rector ſint Synonyma, & Vicarius aliquando Rector nominetur, & econtra. Gloſſ. in *Clement. 1. §. Nonnulli,* in Verbo, *Rectoribus*, & *ibi* Vitali. *num. 25. de Exceſ. Prælat.* Gloſſ. in *cap. 1.* in Verbo, *Subiecta, de verbor. ſignific. lib. 6.* In ſimilibus terminis fuit deciſum in allegata 6.

cauſa *Vrgellen.* coram Illuſtriſſ. Pamphilio, & fuit dictum in *hac cauſa* coram bo. me. Litta. Et licet Epiſcopus inſtituerit, tamen hæc non eſt proprie inſtitutio, ſed eſt authorizabilis inſtitutio, quæ in Eccleſiis de menſa Monaſterij ſpectat ad Epiſcopum, *cap.* 1. & *ibi* gloſſ. in verbo, *præſentetur*, & *ibi* omnes, *de Capell. Monachor. lib.6.* & latè deciſum fuit in dicta cauſa, *Vrgellen.* quod comprobatur ex quo idem Dominicus ante dictam inſtitutionem Epiſcopi, fuit de eodem tempore ab Abbate conſtitutus in Vicariũ ſuæ Eccleſiæ de Cooz, cum aſſignatione congruæ, & ſic apparet, quod deputabatur ſolum in Vicarium cum congrua, & quod Abbas erat Rector Eccleſiæ, quæ per inſtitutionem ab Epiſcopo factam non alteratur, & cum his concurrit ſtatus primæuus, & obſeruantia circa deputationem Vicarij.

7. Quatenus etiam allegatur conceſſio facta Monaſterio ab Epiſcopo de Eccleſia de Pederneria ad vſum infirmariæ, cum hoc quod à Monaſterio præſentetur Vicarius, qui curam animarum gereret, quæ conceſſio ſuperflua fuiſſet, ſi Eccleſia pleno iure ad Monaſterium ſpectaſſet; ſimiliter tollitur, quia cum ceſſantibus exemptionibus, Monachi de iure communi ſubiecti ſint Epiſcopo, non poterant propria auctoritate Eccleſiam iam erectam ad vſum infirmariæ vnire, & quod cum ageretur de mutatione ſtatus Eccleſiæ, id ſine Epiſcopi licentia fieri non poterat, iuxta not. *in cap. Cum de beneficio*, & *ibi*, Franc. *in 6. de Præbend. lib.6.* imo ex ipſa conceſſione apparet, quod Eccleſia erat de menſa Monaſterij, cum in ea ordinetur, quod præſentetur Vicarius per Abbatem cum congrua, & reſiduo pro Monaſterio, ex ſupra deductis. Confirmatio autem Innocentij, quæ ad illam ſe refert, nihil alterat, & iuſpatronatus intellligitur eo modo, quo dictum eſt, ſcilicet, quod Eccleſia ſit de menſa, & ſubiecta Monaſterio, ex *deciſ. in cauſa Vrgellen.* & Cardin. & aliis allegat. Quod vero infertur ex conuentione facta anno 1409. inter Abbatem, & Epiſcopum, quod conſtrueretur noua Cappella, in qua per Vicarium de Aljubarrota Cappellanus ad nutum amouibilis poneretur, & quod idem in aliis Capellis de nouo ædificandis ſeruaretur; nihil facit. Tum quia nedum non conſtat de effectuatione iſtius conuentionis, quinimo apparet de contrario, ex quo poſt ædificationem dictæ Capellæ

Capellæ Vicarius fuit poſitus ad præſentationem Abbatis. Tum quia cum in dicta Eccleſia adeſſet Vicarius perpetuus in Capella de nouo conſtruenda non ſpectabat ad ipſum ponere Capellanum amouibilem, & ideo quia Epiſcopus ſolus hanc licentiam dare non potuit, fuit deuentum ad conuentionem cum Abbate. Tum, quia cum in dicta conuentione conſenſerit Abbas, qui potuit circa huiuſmodi actũ ſibi præiudicare, non propterea ſequitur, quod Epiſcopus fecerit dictum ordinem propria auctoritate, nec quod Abbas non eſſet Dominus, aut penes ipſum non eſſet cura dictæ Eccleſiæ, imo contrarium probatur ex conſenſu ipſius, qui pro faciliori Sacramentorum exercitio permiſit quod in dicta Capella Vicarius de Aljubarrota deputaret Capellanum, non autem ſibi circa dominium Eccleſiæ, & curam animarum præiudicauit.

8. Quod etiam infertur ex allegata licentia ædificandi quatuor Eccleſias de quibus agitur, cum reſeruatione iuris præſentandi ipſi Monaſterio, quaſi quod cum ante illarum ædificationem nulla adeſſet Parochia, non poteſt dici, quod Eccleſiæ ædificarentur intra limites Monaſterij, pariter ceſſat, quia vt ſæpe dictum fuit, ſi in locis, in quibus Eccleſiæ erant ædificandæ, aderant populi, neceſſariò debebant eſſe ſub aliqua Parochia, nempe ſub Parochiali de Alcobatia, cuius erat Rector Abbas intra cuius territorij limites exiſtebant populi, & reſeruatio procurationis verificatur, etiam in Eccleſiis de menſa, & in ſuccurſum ædificatis, ſicut reſeruatio limitandi Parochias oſtendit, quod prius vna tantum erat Parochia, ſcilicet Monaſterij, id quod etiam declarat limitatio ſubſequuta quando de ordine Epiſcopi, de conſenſu tamen Abbatis Territorium in certas Parochias diuiditur, quæ diuiſio, & limitatio ab Epiſcopo facta de conſenſu Abbatis, non tollit, quin Eccleſiæ eſſent de menſa Monaſterij, cum etiam Capellæ de menſa habeant ſuum territoriũ diuiſum, & ſeparatum ab aliis.

Quod deducitur ex quadam donatione Regis Portugalliæ anno 1317. de quadam Eccleſia de Turribus veteribus ad oſtendendum in prima Regis donatione Territorij fuiſſe cõprehenſum ius decimandi cum facultate de Eccleſiis diſponendi, non concludit. Nam omiſſo, quod dicitur Eccleſiam prædictam eſſe extra Territorium de Alcobatia in ea nulla 9.

fit mentio iuris decimandi, & illa fuit facta longè poſt donationem Territorij, quam non comprehendere decimas, ſed eſſe reſtrictam ad iura Regalia, & ſic temporalia, apparet ex eius lectura; imo de contrario conſtat ex cōcordia cum Epiſcopo inita, vt latè deciſum fuit, *die* 21. *April.* 1606. coram bo. me. Litta, & conſideratum fuit coram me, *die* 7. *Februarij huius anni.*

10. Quæ denique dicuntur de reſiſtentia iuris contra Monaſterium, cum Eccleſiæ præſumantur liberæ, non autem ſubiectæ, & quod Monachis ſit interdicta cura animarum, procedunt in dubio, ſecus vero quando de contrario conſtat prout etiam Rota reſpondit in allegata *Vrgellen.* coram Illuſtriſſ. Pamphilio. Et quicquid ſit in Monachis particularibus, & quando Monaſterium non habet populos, in quibus terminis procedit text. in *cap. Placuit* 16. *quæſt.* 1. vt notat *ibi* gloſſ. in Verbo, *Placuit*, de iure non eſt prohibitum Monaſterio habere curam animarum, aut ſaltem de conſuetudine à iure approbata, vt in *cap.* 1. *de Capell. Monachor. Clement. Ne in agro*, §. *Cæterum, de ſtatu Monachor.* Abb. in *d. cap.* 1. *num.* 1. *&* 6. *de Capell. Monachor.* Et ita concluſum, &c.

R. P. D. REMBOLDO,

Vlisbonen. concurſus. Lunæ 1. *Iunij* 1615.

DECISIO IX.

Licet alias coram Reuerendiſſ. D. meo Decano reſolutum fuiſſet, non conſtare de vnione, quæ impediat concurſum, nihilominus cauſa mihi poſtea commiſſa, & tertio in Rota propoſita: Domini ab illa deciſione recedendum duxerunt. Non quod controuerterent, quod quotieſcumque transfertur in Vicarium totalis cura quoad exercitium ſcilicet, & habitum, locus non ſit Conſtitutioni Sanctæ memoriæ Pij V. in ordine 32. nec non diſpoſitioni Sac. Sancti Trid. Conc. *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. & eiuſdem Illuſtriſſimor. Interpretum declarationibus, vt alias dictum fuit, in vna *Vlisbonen. iuris conferendi* 2. *Decemb.* 1605. coram bo. me. Litta, *& in eadem* 13. *Iunij* 1607. coram Illuſtriſſ. D. Cardin. Lancellotto, & in ſupradicta Reuerendiſſ. D. mei Decani *deciſ. allegat.* Sed quia non ſuſtinere videbatur, quod in propoſito totalis cura, etiam quoad habitum, vt dixi, in Vicarium tranſlata eſſe probetur. 1.

Iſtá inuenies apud Farinacium tom. 4. Deciſionum, deciſ. 710. fol. mihi, 190.

Nam dicebant eum eſſe effectum vnionis, vt Eccleſia ſiue ſimplici beneficio, ſiue alteri 2.

alteri Eccleſiæ curatæ acceſſoriè vnita ſit, penitus remaneat ſuppreſſa, & efficiatur prædium Eccleſiæ, cui facta fuit vnio. Rota deciſ. 11. de reb. Eccleſ. non alien. in antiq. Caccialup. *de vnio. artic.* 8. *num.* 8. Sarnen. *in Reg. de Infirm. q.* 15. *& de Trien. quaſt.* 8. Ita quod Rector Eccleſiæ, cui facta fuit vnio, ſit Rector, & Prælatus etiam vnitæ, Rebuff. *de Vnione num.* 49. & cura beneficij vniti reſideat habitu penes ipſum, licet exerceatur actu per Vicarium, gloſſ. in *cap. Super eo*, in verbo, *Annexa*, iuncta gloſſ. *marginali*, & *ibi* Franc. *num.* 2. *de Præbend.* Ioann. Andr. Hoſt. & alij in *cap. Expoſuiſti, de Præbend.* Abb in *cap. Extirpanda, in repet. §. Qui vero, num.* 15. *eodem tit.* Felin. in *cap. Poſtulaſti* verſ. *Sed Abb. de Reſcriptis.* Mohed. *deciſ.* 5. *de decimis.* Vnde cum tam ex literis Clementis VI. quam etiam Sixti IV. Summi Pontificis euidenter appareat beneficium, de quo agitur, fuiſſe Canonicatui Vlisbonen. Eccleſiæ perpetuò vnitum, neceſſariò ſequi videbatur, quod omne ius tam ſpirituale, quam temporale eiuſdemmet beneficij, fuerit in Canonicatum tranſlatum.

3. Nec obſtare credebant, quod in ipſamet vnione fuerit non modo cura actualis, verum etiam habitualis Vicario ad regendum curam beneficij vniti deputato præſeruata. Quia neque hoc expreſsè in dicta vnione vllo modo legitur, nec etiã ex eo colligi poteſt quod certa portio Vicario perpetuo, per quem cura dicti beneficij exercenda erat, aſſignata fuit, cum imo id ipſum manifeſtum ſignum ſit, quod habitualis cura non penes Vicarium, ſed penes Canonicum, vel Prælatum beneficij, cui facta fuit vnio, reſidet. Et tunc demum totalis cura penes Vicarium eſſe dicitur, quando ipſe omnes fructus beneficij percipit, certa portione Canonico aſſignata, quod tamen repugnaret vnioni, ſed potius mediante fructuum diſmembratione, ad terminos *cap. Auaritiæ, de Præbend.* fieri contingeret, vt bene diſtinguit Franc. in *alleg. cap. Super eodem num.* 2. *eod. tit. de Præbend. in* 6. Cardin. in *Clem.* 1. *num.* 10. *de offic. Vicar.* cum aliis adductis per Caputaq. *deciſ.* 53. *num.* 3. *parte* 3.

Minus admittendum putabant, quod prædicta tunc demum procedere dicantur, quãdo vel vnio fit Monaſterio, non autem Eccleſiæ ſæculari, vel Vicarius ad nutum amouibilis, & non perpetuus ad regendam curam beneficij vniti deputatus fuit. Tum quia allegata 4.

iura, & Doctores in ſpecie loquuntur de Canonicatibus, & alijs ſæcularibus beneficiis, nec vlla concludens diuerſitatis ratio aſſignari poteſt, tum quia cum de iure omnes Vicarij Eccleſiarum vnitarum debeant eſſe perpetui, ſiue vnio fiat Monaſterio, ſiue alteri beneficio ſæculari, vt notant omnes, in *cap. Extirpanda*, §. *Qui vero, de Prabend.* & in *cap. Super eod.* vbi gloſſ. *eod. tit. lib.6.* Rota *deciſ.* 758. *part.* 1. *diuerſ.* latè Gonzal. *gloſſ.*5 §.3.*num.*10. tam tradita à Doctoribus de Vicariis, quod ſcilicet in ipſos cura non transferatur, quam Conſt. Sanctæ memoriæ Pij V. ſupra relata, redderetur ſuperflua.

Intelligē ſi vnio nō fit ad menſam.

5. Et quod ad hoc vt locus ſit concurſui, non inſpiciatur, An Vicarius ſit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, fuit in terminis deciſum in allegat. *Vlisbonen. iuris conferendi* 2. *Decembris* 1605. coram bon. me. Litta, idemque firmat Cardin. in dicta *Clement.*1. *ſub eodem num.*10. *de Offic. Vic.* dum in ſpecie inquit, etiam quod Eccleſia vnita per Vicarium perpetuum regatur. Nihilominus cura per modum cuiuſdam iuris, & in habitu eſt apud principalem, ita quod ſatis patet omnes alios Doctores, qui in contrarium adduci poſſent, intelligi debere de cura actuali, vel de qua ſit mentio facienda, iuxta tradita per Menochium *de arbitr. caſ.*201.*num.* 67.

Nec denique viſus fuit aliqua conſideratione dignus vltimus ſtatus beneficij, de quo agitur, cum prouiſio tunc facta manifeſtè detegatur erronea, eo quod fuit facta vti de beneficio iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, cum tamen facienda eſſet ad formam Conſtitutionis Pij V. quæ etiam continet decretum irritans, ideóque inficit titulum, & poſſeſſionem, ita quod ex huiuſmodi prouiſione nullo modo deſumi poſſit obſeruantia talis, quæ veritati rei præiudicare poſſit, ad *deciſ* Creſcen. 4. *in fine de Priuileg.* Vltra quod Collatio, quæ cauſam præſenti liti dedit, non eſt conformis dictæ prouiſioni, &c. 6.

R. P. D. MANZANEDO,

Ciuitatis Caſtelli Vnionis, Luna 16. *Martij* 1615.

Decisio X.

Domini dixerunt, Antonio tantum informante, illi eſſe dandum mandatum de manutenendo etiam quoad Eccleſiam Sancti Angeli, cum de eius anteriori poſſeſſione de 1.

Iſtam affert Farinac. t.4. deciſ. dec.658. pag.119.

de tempore motæ litis conſtet ex inſtrumento illius adeptionis, quod alio non exiſtente in poſſeſſione probat, ad text. *in leg. prædia*, vbi Bartol. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* Soc. *conſil.* 205. *num.* 5. *lib.* 2. Caputaq. *dec.* 337. *in princ part.* 2. Rota *deciſ.* 201. *num.* 3. *&* 390. *num.* 2. *part.* 1. *diuer.* Non obſtat poſſeſſio Ioſephi, quia tanquam recentior præſumitur clandeſtina, & non eſt manutenibilis, *cap. licet cauſam, de prob* Bart. *in l ſi duo, n.* 4. *ff vti poſſid.* Put. *dec.* 372. *lib.* 2.

Adde Rotã, in Militen. Parochialis, 27 Iunij 1603. coram Coccino, inter eius impreſſas, la 124. n 2 ex l. 1. in fin. vbi DD. ff. vti poſſid. Bart. in l. Si duo, n 4. eod. tit. cum aliis.

Minus facit quod poſſeſſio Antonij ſit tantum de Eccleſia S. Rochi, & S. Ioannis, non autem S. Angeli, de qua eſt controuerſia, quia cum dicta Eccleſia S. Angeli vſque de anno 1513. fuerit acceſſoriè, & per viam ſubiectionis vnita Eccleſiæ S. Rochi, vt apparet ex literis vnionis, & ex pluribus
2. inſtitutionibus factis per Epiſcopos pro tempore exiſtentes, in quibus iſta S. Rochi denominatur vti principalis, illa vero S. Angeli vti ipſi vnita, & annexa, acquiſita poſſeſſione Eccleſiæ S. Rochi, cenſetur etiam acquiſita poſſeſſio alterius S. Angeli, ad tradita per Ferret. *conſil.* 14. *num.* 4. *&* 5. Nat. *conſil.* 562. *num.* 13. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 13. Rota *deciſ.* 19. *num.* 7. *part.* 2. & in noſtris terminis Moder. Hiſpan. *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 7. & fuit dictum in vna Caputaq. 20. *Febr.* 1589. coram Bubalo.

Eccleſia enim vnita dicitur 3.
poſſideri per Eccleſiam dominantem tamquam prædium, & Grancia. Caputaq. *deciſ.* 349. *part.* 3. Gambar. *de offic. & poteſtat. legat. in vnio. num*, 139. Seraph. *deciſ.* 645. *num.* 2. Et per mortem Rectoris non vacat. Sarn *in Reg. de triennali, quæſt.* 8. *num.* 2. Hojed. *de incompatib p.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. verſic. *Secundo modo.* Seraph. *deciſ.* 1011. *num.* 1. ſed eius poſſeſſio remanet penes Eccleſiam principalem, Rota *deciſ.* 1. *de reſtit. ſpoliat. in nou. & part.* 2. *diuerſ. d. deciſ.* 19. *num* 8. & fuit dictum in allegata Caputaq. *vnionis.* Vnde non videbatur opus accipere in ſpecie poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ Sancti Angeli.

Nec obſtat, quod Eccleſia 4.
S. Angeli ſit Parochialis, & Antonius non habeat legitimam ætatem, quia ſtante dicta vnione tranſiuit in naturam Eccleſiæ S. Rochi, quæ eſt ſimplex beneficium, quo caſu ſufficit curam exerceri per Vicarios ab Ordinario poſitos, vt tenuiſſe Sacr. Congregationem Concil. Trident. Interpretum teſtatur *Moder. Hiſpan. vbi ſupra*, *num.* 8. Cætera vero ſuper validitate vnionis deducta, videntur reſpicere petitorium, &c.

R. P. D.

R.P.D. MANZANEDO,

Seguntina dimidia Annata, Luna 7. Maij 1607.

Decisio XI.

1. Illã habes apud Farinac. tom. 3. Deciſionum, la 199.

LAtis duabus ſententiis in partibus per Ordinarium Seguntinen. & Nuncium Apoſtolicum ad fauorem Capituli Seguntinen. & contra Dominum Abbatem Sanctæ Columbæ, quibus illum condemnarunt ad ſolutionem dimidiæ annatæ de fructibus beneficiorum prædictæ Abbatiæ annexorum, & appellatione interpoſita ad Sanctiſſimum, & per illum mihi cauſa commiſſa, Dubitaui: An prædictæ ſententiæ de partibus eſſent confirmandæ, vel infirmandæ. Cuius dubij reſolutio duplicem habet inſpectionem, altera eſt, an indultum Leonis X. concedens Capitulo, & fabricæ dimidiam annatam fructuum beneficiorum ciuitatis, & Diœceſ. Seguntinen. non tamen in maiori Eccleſia prædicta conſiſtentium, comprehendat beneficia prædictæ Abbatiæ annexa. Et Domini cenſuere illa non comprehendere, & per conſequens ex dicto priuilegio Abbatem non teneri ad ſolutionem prædictæ dimidiæ annatæ.

Primò, quia huiuſmodi indultum non minus fuit conceſſum ad fauorem Dignitatum, quam Canonicorum, quod ſatis deſumitur ex cauſa in indulto expreſſa ad mouendum Pontificem ad prædictam conceſſionem, nempe vt perſonæ, quæ Canonicatus, & præbendas, ac Dignitates, & alia Beneficia Eccleſiaſtica obtinerent, frequentius ſolito reſiderent. Et ex eo ibi dicimus cultus cum eiuſdem maioris Eccleſiæ decore votiuum ſuſciperet incrementum. Vnde eodem modo, quo in conceſſione comprehenduntur Dignitates, comprehendi etiam debent in exceptione ibi: *non tamen in maiori Eccleſia prædicta conſiſtentium*: cum non ſit admittendum quod Papa voluerit beneficium ad fauorem Dignitatum conceſſum in illarum præiudicium retorquere, nec quod Dignitates ſibi metipſis de ſuis annexis dimidiam annatam ſoluerent.

Quæ interpretatio eo magis eſt admittenda, quatenus 2.
per illam reditur ad ius commune, ex quo eſt fauorabilis. Dec. *conſ.* 3. *num.* 5. Aym. *conſil.* 35. *num* 38. Sarnen. in *Reg. de Iur. quæſit. non tollen. quæſt.* 16. *num.* 2. Per contrariam autem inter

interpretationem recederetur à iure communi, & ſic eſſet odioſa, *l. ius ſingulare, & l. quod vero contra*, *ff. de legib. cap. 1. & 2. de filijs presbyter. in 6.*

3. Vlterius, quia illa verba: *Non tamen in maiori Eccleſia prædicta conſiſtentium:* amplectuntur beneficia prædictis Dignitatibus, & Abbatiæ annexa, cum illa dicantur in maiori Eccleſia conſiſtere. Ad cognoſcendum enim in qua Eccleſia beneficia conſiſtant, debet attendi Eccleſia, vbi præbendatus inſeruit, & in qua nomen recipit, & vbi habet habitationem, vt notauit *dec. 8. num. 2. de præbend. in antiq.* & quando quis deſeruire tenetur in duobus locis, ab illo aſſumit denominationem in quo tahit moram, & in quo magis moratur, *l. ſeruus de leg. 3.*

4. Tum etiam ad eundem effectum eſt attendendum, an præbẽdatus habeat facultatem celebrandi in Cathedrali, & horis diuinis poſſit intereſſe, iuxta *dec. 9.* verſ. *Et videtur attendendum, de præb. in antiq.* per text. *in l. cum quidam, de fund. inſtruct.* quæ deciſio ad cognoſcendum vbi beneficium conſiſtere dicatur, ponderat deſtinationem beneficij, & Eccleſiam vbi quotidie præbendatus deſeruire, & diſtributiones recipere tenetur, & qualitatem deſtinationis moræ, & ſeruitij, & vbi dignius, & frequentius officium exercetur, per text. *in cap. Ad Apoſtolicæ, de decimis, & text. in l. Eius qui, ff. ad municip.* Et quod non debet attendi locus beneficij ſitus extra Eccleſiam: quæ omnia in *d. deciſ. 9.* ponderata concurrunt in noſtro caſu, in quo Abbas habitare tenetur, & reſidere in ciuitate, & Eccleſia Seguntina, ibique moræ, & ſeruitij deſtinationem habet, diuiniſque intereſſe tenetur, digniúſque officiũ Abbatiæ exercere, quin & frequentius. Vnde non mirum ſi prædicta beneficia iſti dignitati annexa, in Cathedrali conſiſtere dicantur, quamuis locus beneficiorum ſit ſitus extra dictam Cathedralem, ex ſupradictis. Nec ad hoc eſt attendendum, dotem beneficij ſitam eſſe extra Cathedralem, cum ratio conſiſtentiæ beneficij non deſumatur à dote, quæ tamquam acceſſoria ſequitur naturam, & conſiſtentiam beneficij, Oldrad. *conſil. 257. n. 15. & 18.* Nauar. infra allegandus.

Vlterius, quia huiuſmodi beneficia ſunt vnita, & annexa iſti Abbatiæ, vt Capitulum fatetur in ſuo libello, & in prædictis ſententiis de partibus, expreſsè dicitur: Sed *ſic* eſt quod beneficium vnitum conuertitur in naturam eius, cui 5.

fit vnio, & amittit nomen antiquum, Rota *deciſ.* 11. *num.* 3. *de reb. Eccleſ. in antiq.* Oldrad. *vbi ſupra num.* 15. *&* 19. Anch. *in cap. Acceſſorium, num.* 2. *de reg. iur. in* 6. Caſſad *deciſ.* 13. *num.* 1. *ſuper reg.* Gomez *in reg. de infirm. quaſt.* 15. *num.* 1. Et ſic iſta beneficia Abbatiæ vnita fuerunt conuerſa in naturam ipſius Abbatiæ, & provt illa conſiſtit in Cathedrali, etiam beneficia illi vnita conſiſtere dicuntur: & ex eo fit quod dicta beneficia ſic vnita Dignitatis, & Abbatiæ, dicantur prædia illius, & fiant de eadem menſa, Rota *in nou. deciſ.* 2. *de exceſſib. Prælat.* Veral. *deciſ.* 349. *num.* 1. *part.* 3. Gambar. *de legat. lib.* 5. *de poteſt. legati, in vnion. n.* 139.

6. Et hinc eſt, quod iſta beneficia vnita dignitatibus in tantum dicantur in Cathedrali conſiſtere, vt ad illorum poſſeſſionem aſſequendam ſufficiat apprehenſio poſſeſſionis Dignitatis, & Abbatiæ in Cathedrali abſque eo quod apprehendatur de ſingulis annexis. Anch *in Reg. Beneficium, ante num.* 12. *& in Reg. ſine poſſeſſione, n.* 10. *in fin. de Reg. iur. in* 6. Natt. *conſil.* 562. *num.* 3. Ferret. *conſil.* 14. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *& conſil.* 236. *num.* 10. *lib.* 2. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 13. Rota *diuerſ.* 19. *num.* 7. *&* 8. *cum ſeq. part.* 2. Vnde pro iſta parte conſuluit Nauar. *conſil.* 6. *de verb. ſignificat.* iuxta Roman. impreſſ. qui videtur iſtum caſum in terminis decidere.

Nec obſtat deciſio illa *Seguntina dimidiæ annatæ* 26. *Nouembr.* 1593. coram bo. mem. Orano, vbi fuit dictum, quod Capellaniæ exiſtẽtes intra Eccleſiam Cathedralem, habentes tamen dotem peculiarem extra Eccleſiam continebantur in indulto, & quod illius exceptio, intelligitur de beneficiis habentibus ſuam dotem ſuper menſa eiuſdem Eccleſiæ, quia ex ſupradictis, facilis eſt reſponſio, cum beneficia huic Abbatiæ vnita, & annexa conſiſtere dicantur in Cathedrali, vti dignior titulus Abbatiæ conſiſtit, cui ſunt vnita, & ſunt prædia illius, & de eadem menſa; quæ omnia ceſſant in Capellaniis, de quibus in illa deciſione, quæ etiam illo potiſſimo fundamento nititur, in obſeruantia nempe 40. annorum, & vltra. Et in illo caſu per teſtes concludenter probata, quæ tamen obſeruantia in noſtro caſu, reſpicit ſecundam huius dubij inſpectionem, de qua particulariter Domini videndum dixere. 7.

R. P. D.

R. P. D. LVGDVNEN.

Vercellen. Capellæ, Mercurij 28. *Iunij* 1606.

DECISIO XII.

1. Illam affert Farinac. tom. 3. Deciſionum, deciſ. 186.

FVit concluſum, gratiam Belleti non eſſe iuſtificatam. Illa enim fundatur ſuper deuolutione ad Sedem Apoſtolicam vigore Concilij Lateranen. iuxta *cap.* 22. *de conceſſ. prabend.* ideoque ea deuolutio bene, & concludenter eſſet probanda, maximè contra poſſeſſorē Put. *dec.* 266. *lib.* 3. Ægid. *deciſ.* 265. Huiuſmodi autē probatio hoc caſu non adeſt, ſiquidem cum deuolutio fiat à Capitulo ad Ordinarium, ab Ordinario ad Metropolitanum, ab eo ad Nuncium, à quo denique ad Papam terminatur prædictorum omnium, probanda eſſet ſucceſſiua ſemeſtris negligentia, *cap.* 2. *& cap. licet el* 1. *de ſupplend. neglig. Prælat.* Gloſſ. *in Clement. vnica*, in verbo, *locorum, eod. tit.* Quia Papa non præſumitur hoc caſu vti velle præuentione, vt fuit dictum, in vna *Calciaten. dimidia Portionis* 17. *Decembr.* 1582. coram Orano. Tempus vero ſex menſium non currit niſi à die ſcientiæ vacationis. Rebuff. *in prax. tit. de deuolut. num.* 11. & ſcientia eſt probanda, *ibid. num.* 12. Vnde quicquid ſit de Ordinario ex præſumptione propter Viſitationem, & de Capitulo propter poſſeſſionē, quàm à d. Capitulo petiit Leporatus ob vacationem per mortem Martini Falleti, ſaltem in aliis adeſt præſumptio ignorantiæ, cum tamen ad effectum deuolutionis ſcientia debeat eſſe certa, nec præſumpta ſufficiat, Put. *deciſ.* 143. *lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 4. *eod. lib.* Sed nec hoc caſu conſiderari deuolutio poteſt. Primò, quia vacauit Capp. in menſe Febr. reſeruato. Deuolutio autem ceſſat in reſeruatis, quippe cum beneficia reſeruata Ordinarius conferre non poſſit, nec etiam illius negligentia dari poſſit in illorum collatione, Caſſad. *deciſ.* 8. *n.* 3. *&* 8. *de publ.* Secundò hoc caſu quia vacatio fuerat conſumpta per vnionem factam de hac Capella per bo. me. Cardinalēm Guidonem Epiſcopū Vercellen. cuius Vnionis vigore Leporatius prædictæ Capellæ poſſeſſionē apprehendit. Ideoque non aderat locus collationis. Feder. *conſil.* 200. *num.* 2. Sarnen. *de Triennali, quæſt.* 8. Rebuff. *de Vnione, num.* 13. Pariſ. *conſil.* 31. *num.* 10. *lib.* 4. Et per conſequens nec poterat deuolui ad Sedem Apoſtolicam, cum deuolutio in vacantibus, & iis quæ conferri poſſunt,

locum tantummodo habeat, *cap.*|*2. de conceſſ. Præbend.* Stante autem quod vacatio per dictam vnionem iam conſumpta fuerit, non ſuffragatur, quod fuit allegatum de clauſula, ſiue alio quouis modo, videlicet illius vigore capi poſſe vacationem in menſe reſeruato, nec fuiſſe neceſſariam probationem deuolutionis. Non obſtat, quod dicitur vnionem debuiſſe habere locum, quandiu Rector conſequutus fuiſſet annos 25. ideoque Leporatus non potuiſſet vti facultate vnionis, cum beneficium obtineat vſque ad prædictum annuum valorem. Fuit enim reſponſum, quoad Capellam Sancti Petri ex teſtibus pro parte Leporati examinatis, qui ſunt plures, & abſque exceptione, atque melius concludunt de communi valore percutientes tempus, non ſolum anni 1590. de quo tempore Leporatus cœpit poſſeſſionem Capellæ, de qua controuertitur; ſed etiam annorum præcedentium, & ſequentium apparere, quod valor prædictæ Capellæ non aſcēdit ad aureos 20. etiam non deductis oneribus, quibus computatis forſan ad aureos 12. non aſcendit. Vltra quod conſtat de lite ſuper dicta Capella inter Capitulū, & Leporatum, qua ſtante Leporatus non poteſt dici pacificus poſſeſſor.

3. Quo vero ad Capellam SS. Simonis, & Iudæ, cuius fructus dicuntur aſcendere ad aureos ſeptem in circa: vltra quod nec coniuncti fructibus Capellæ S. Petri conſtituerent ſummam aureorum 25. deductis oneribus. Adhuc fuit reſponſum illam Capellam SS. Simonis, & Iudæ non fuiſſe vnitam expreſsè, nec probari, quod titulus illius eſſet penes Leporatum, ſed potius, quod de ordine Capituli colligebat fructus in cōputum cuiuſdam ſummæ, quæ ſibi per dictum Capitulum præſtabatur, & ita intelligenda eſt quietatio, quæ datur de anno 1589. facta per Leporatum, quia licet in ſubſcriptione ſe nominet Vicarium, non tamen apparet, quod fecerit quietantiam vti Vicarius, nec quod verbum illud ſtet reſtrictivè, ſed potius demonſtrativè, ad tradita per Natt. *conſil.* 34. *n.* 5. *& ſeqq.*

4. Accedit quod Belletij gratia, nec quoad valorem Capellæ de quo agitur, videtur iuſtificata. Data eſt enim Kalend. Apr. 1601. & tamen teſtes pro illius iuſtificatione omnes deponunt de menſe Martij anni ſequētis. Præterea alij loquuntur de locatione, per quam non probari valorem fuit ſæpius deciſum, alij de auditu,

alij

alij faciunt quaſdam deductiones, quæ indigèrent diſcuſſione Poſtremò nullatenus iuſtificatum eſt, quod narrauit Belletius, Leporatum nullo titulo, ſed propria temeritate detinuiſſe, & detinere dictam Capellam, conſtat enim de Titulo Vnionis.

Illuſtr. CARD. SERAPH.

Pampilonen. Parochialis de Stella Lunæ 14. *Decembris* 1598.

DECISIO XIII.

1. Habetur inter impreſſas huius Eminentiſſ. Cardin. la 1304. FVit concluſum curam Eccleſiæ Parochialis de Stella reſidere penes Abbatum de Hyrache. Primò enim pro hac parte facit donatio Regis Nauarræ Sanctij, qui conceſſit dictam Eccleſiam à ſe conſtructam in hæreditatibus propriis, Abbati, & Monachis de Hyrache in perpetuum, cum decimis, & primitiis, ac oblationibus, & obuentionibus ſuorum Parochianorum integrè, & pacificè, ſine ſubiectione, & contradictione alicuius ſæcularis, aut Clericalis perſonæ. Et Epiſcopus Pampilonenſis ad inſtantiam Regis prædictam donationem conceſſit. Ex qua colligitur Eccleſiam fuiſſe pleno iure conceſſam Abbati, & Monaſterio de Hyrache, & cum donatio comprehendat decimas, primitias, & oblationes, de quibus Rex non poterat diſponere, niſi de conſenſu Epiſcopi, ea omnia comprehendere, quæ in donatione Regis continentur, quamuis dici poſſet licuiſſe Regi ita diſponere vigore priuilegiorum Apoſtolicorum, & præcipuè Vrbani. Vnde ſequitur curam animarum ad eum ſpectare, qui percipit ea omnia emolumenta, quæ curam gerenti, de iure competunt, vt penes eum ſit onus, penes quem eſt & commodum.

Secundò, hanc donationem ſortitam fuiſſe effectum, & ex obſeruantia cõprobari arguunt teſtes examinati pro Abbate, qui probant Abbatem à 50. annis, & citra percipere medietatem decimarũ, ac fructuum, & oblationum Item tertiam partem pedis Altaris, & prouidere de Beneficiis, viſitare, excommunicare, prædicare, & computa exigere. Quiquidem omnes actus comprobãtur per teſtes Vicarij, & Beneficiatorum, vt bene deducitur in facto. Hincque reſultat clara iuris concluſio, quam firmat Cardin. *in Clem. vnica de Offic. Vicar n.*10.*quæſt.*9. Quod quando primitiæ, decimæ, oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali, 2.

Excommunicat Abbas. De quo mirari quis nõ debet, quia aliqui Rectores, Parochi, ſeu Plebani excommunicant.

Clericos, & laicos parochianos ſuos Vide ſupra q. 11. num. 20 text. expreſſum, c. *Cum ab Eccleſiarum Prelatu*, cũ gloſſ. verbo, *Rationabiliter*, el 3. de offic. Iudic. Ordinarij.

aſſignata certa portione Vicario iuxta *cap. Suſcepta, de Prabend. lib. 6.* tunc cura dicitur eſſe penes dictum principalem; ſecus ſi eos perciperet Vicarius, & aſſignaret portionem principali. Tunc enim diceretur cura eſſe penes Vicarium. Idem tenet gloſſ. *in Clement. Frequens*, in verbo, *Ad menſam*, & *ibi* Imol. *n. 16. de exceſſib. Pralat.*

Tertiò comprobatur ex eo quod Vicarius non eſt perpetuus, ſed amouibilis. Quod quidem eſt ſignum manifeſtum curam penes eum non reſidere, ſed ſolum eius exer-
3. citium, vt tradit Innoc. *in d. Clement. Frequens, num.* 3. Sicuti quando Eccleſia ſpatio quadraginta annorum fuit deſeruita per Vicarium temporalem, tunc dicitur eſſe de menſa, vt tradit Rebuff. *in repet. cap. extirpanda, §. Qui vero, 2. concluſ. de Prabend.*

4. Quartò facit quod coram Abbate præſentant Vicarium amouibilem. Hoc enim eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis, vt per Abb. *in d. cap. de Monach. num 9. de Prabend.* Doctores *in cap. fin. de iurepatron.*

5. Quintò ponderatum fuit Abbatem fuiſſe coactum augere ſeruitium, & aſſignare congruam, quod ſpectat ad Rectorem Eccleſiæ ad text. *in cap. Sicut, de ſupplend. neglig. Pralat. & in cap. Auaritia, & cap. de Monachis, de Prabend.* & notat Rebuff. *de cong. poſt n. 15.* Creſcent. *deciſ. 1. de Offic. Vicarÿ.*

Poſtremò cum cura non poſ- 6.
ſit eſſe penes Vicarium temporalem, neque penes Epiſcopum, qui licet in genere habeat curam totius diœceſis, non tamen poteſt habere curam particularem vnius Parochiæ, quæ eſt incompatibilis cum Epiſcopatu, vt fuit dictum coram R. P. D. meo Pamphilio in vna *Pampilonen. de Gongora*, conſequens eſt, vt ſit penes Abbatem, quod optimè confirmatur ex concordia inter Abbatem, & Monachos ex vna, & Beneficiatos ex alia, ſuper approbatione Vicarij, quæ licet non ſit in forma probanti, nihilominus recipit adminiculum ex obſeruantia. Et hoc fuit dictum ex abundanti.

Adde deciſionem corã Vbaldo, ſupra la 3. num.

Neque obſtat, quod poſt 7.
præſentatum Vicarium, & eius approbationem, quæ fit ab Abbate, is mittatur ad Epiſcopum pro obtinenda licentia exercitij curæ animarum, quia ex quo populus non eſt exemptus, debet Vicarius approbari per Epiſcopum Ordinarium loci, vt probat text. in *Cap. vnic. de Capell. Monach. in 6.* Anto de Butr. *num.* 10. Imol. *num.* 7. Abb. *n.* 15. & in *cap. 1. num. 6. eod. tit.* Et ita

intelli

intelligitur Vital. alleg. iuxta *conſ.*Bellam.38.*num.*18. *in fin.*

8. Vltimò non obſtat,quod non conſtet de annexione, ſiue vnione iſtius Parochialis Monaſterio de Hyrache:quia virtualiter de ea conſtat,ex ſupra deductis,vt fuit reſolutum coram me in *Alben. Præpoſitura* 8. *Aprilis* 1598.Non enim poteſt Monaſterium alio modo eam obtinere, quam per viam vnionis ex largitione Epiſcopi,vel conceſſione Papæ, vel præſcriptione cum titulo, & curſu 40. annorum,vt per Vital.in *dicta Clementina Frequens*, *num.* 9. & ita concluſum pro Abbate,& Monaſterio.

Illuſtr.CARD. PAMPHILIO.

Eiuſdem Pampilon. Parochialis de Stella Lunæ 28. Februarij 1600.

DECISIO XIV.

1. FVit reſolutum pro confirmatione ſententiæ Rotalis, de cuius iuſtitia conſtat ex diuiſione R. P. D. mei Seraphini, in qua reſpondetur omnibus in contrarium deductis. Quod enim dicitur donationem huius Eccleſiæ factam Abbati, & Monaſterio de Hyrache ex obſeruantia, quam vt habetur in deciſ. bene probant teſtes examinati in ſecunda inſtantia, qui etiam ſi paterentur aliquas exceptiones, adminiculantur ex aliis etiam nulliter examinatis in prima inſtantia.

Aliud fundamentum quod 2.
per præfatam donationem,non cenſeatur tranſlata cura animarum in Abbatem; ſimiliter tollitur in deciſione, ex quo Eccleſia fuit pleno iure conceſſa Abbati: & cum donatio Regis habuerit originem ex conceſſione Vrbani, qui dedit Regi facultatem diſtribuendi Eccleſias, quas in propriis hæreditatibus fundauerit, omnis cura dicitur tranſlata in Abbatem, vt fatetur Francus ex aduerſo allegatus, in *cap.vnic.ſub num.*3.*in* 2.*membro ſuæ diſtinctionis,de Capell. Monachor.in* 6.

Pleno iure, id eſt quoad ſpiritualia & temporalia.

Omnis cura, id eſt actualis ſimul cum habituali, quæ exprimitur in ſententia, q. 10. num 9.

Vltra quod Franc. & alij allegati loquuntur de cura populi reſpectu inſtitutionis authorizabilis,quã Epiſcopus à ſe abdicare non poteſt, & ad ipſum ſolum ſpectat,quia populus non eſt exemptus,iuxta not. in *Cap. Cum & plantare*, vbi Abb. *num.*7.Socci,*num.*8. & cæteri *de Priuilegiis*,Abb.in *cap.de Monachis,num.*9. *de Præbend.*cum aliis in contrarium allegatis.Et cum de iſta modo non agatur, quia Abbas illam non prætendit,ſed ſolum dicit ipſum eſſe Rectorem, ſicut quilibet alius Rector, penes quem exiſtit cura 3.

anima

animarum ſuæ Parochiæ, ita vt poſſit exercere omnia, quæ poſſunt alij Rectores in ſua Parochia. Et ideo non mirum ſi Vicarius ad exercitium curæ deſtinatus approbetur, & recipiat regimen populi & inſtitutionem ab Epiſcopo, quia iuxta terminos. *Cap.* 11. *de Capell. Monachor. in* 6. cum *ibi* not. hoc reſpicit curam iuriſdictionalem, & inſtitutionem authorizabilem, de qua modo non quæritur.

4. Quod dicitur aſſociationem eſſe de iuribus plenæ ſubiectionis, quæ Abbas non habet: non facit ad rem: quia non prætenditur aſſociatio ratione iuriſdictionis, quam Abbas habeat in Vicarium, & Beneficiatos, ſed quia ſunt deputati ad coadjuuandum. Rectorem in Miniſterio Sacramentorum, & curæ, & conſequenter quoad concernentia præfatum miniſterium, teneantur Abbati tanquam Rectori aſſiſtere, & illum coadiurare.

5. Quod deputatio Prædicatoris pertineat ad Epiſcopum, ſimiliter non obſtat, quia Abbas prætendit tantummodo ſibi licere tranſmittere Prædicatorem approbatum ab Epiſcopo.

R. P. D. COCC. DECANO.

Eiuſdem Pampilonen. Parochialis de Stella, Lunæ 23. *Iunij* 1603.

DECISIO XV.

Petebatur remiſſoria ad euitandam deciſionem in qua firmatur ſententias fuiſſe validas quoad Parochianos citatos, licet ſecus quoad Beneficiatos non citatos, quia actiones erant diuerſæ, & Fiſcalis non erat in cauſa, & Vicarius eſt amouibilis. Quare non poterat dare de nullitate, cum cura ſit penes Abbatem, cuius Monaſterio Eccleſia eſt vnita. Et ideo cum omnes articuli tendant ad probandum quod Vicarius eſt perpetuus, tam ex capite calumniæ, quam irreleuantiæ, Domini cenſuerunt remiſſoriam eſſe denegãdam. Ex deductis enim coram R. D. meo Patriarcha Alexandrino 14. Decembr. 1598. in hac cauſa conſtat Vicarium eſſe amouibilem: & quamvis etiam ad euitandam illam deciſionem articuletur contra ipſius fundamenta; tamen manifeſtè colligitur calumnia, quia ex multis præſentationibus, quæ dantur in ſummario Abbatis ab anno 1544. vſque ad annum 1579. conſtat ſemper Vicarios fuiſſe ad annum præſentatos 1. Eſt inter eius impreſſas, la 121. fol. mihi 224.

ſentatos, & admiſſos. Et quamvis propter præſumptam calũniam non de facili denegetur remiſſoria, Ægid. *dec.* 644. tamen hoc procedit quando articuli ſunt releuantes, quod non eſt hic, vt infra dicetur, vel niſi calumnia eſſet vehemens, prout fuit reſolutum coram R. D. bo. me. Oriolen. in cauſa *Caurien. Iuriſdictionis 26. Februar.* 1587. Qualis videtur in caſu iſto, ſtantibus prædictis prætenſionibus.

2. Nec releuant teſtes pro parte Parochianorum examinati, qui deponunt Vicarium eſſe perpetuum: quia non propterea ceſſat calumnia. Ex ſcripturis enim conſtat Vicarium eſſe amouibilem: & clarum eſt, quod in concurſu præualet probatio per ſcripturas, vt fuit reſolutum. Coram bo. me. Bubalo, in cauſa *Calaguritana beneficij. Iunij* 1589. Vltra quod teſtes deponunt poſt conſtitutionem Synodalem factam de anno 1590. in qua præcipitur, quod Vicarij amouibiles exinde non amouerentur abſque legitima cauſa. Sed nec huiuſmodi Conſtitutio tollit quod Vicarius ſit amouibilis: ſatis enim eſt, quod beneficium in titulum ei non conferatur, & quod ſimpliciter abſque alia priuatione remoueri poſſet.

3. Ex capite irreleuantiæ pariter remiſſoria fuit denegata: probatis enim articulis non releuarent. *l. Ad probationem C. de probatio.* Gloſſ. & Bald. in *Cap. Cum contingat, de offic. delegat.* Caſſador. *dec.* 2. *de dilat.* Caputaq. *deciſ.* 66. *par.* 3. Paleott. *deciſ.* 294. Mohed. *dec.* 199. nam non adeſt perſona legitima, quæ habeat mandatum pro Vicario. Nec poſſunt Parochiani pro ipſo dare de hac nullitate, ad text. in *l. Per fundum, ff. de ſeruit. ruſtic. prædio.* ibi, *benignius*, vbi vnus ex ſociis cedens ius ſuũ, non poteſt poſtea obiicere de iure aliorum qui cedere noluerunt, vt bene explicat materiam gloſſ. *fin. ibidem.* Et merito quidem in præſenti caſu, quia Vicarius nec reclamat, nec aliquid dicit, quare cenſetur ſententiæ acquieſcere, *l.* 1. *C. de appellat. l. ab eo, C. quem, & quam Iud.* Eóque magis, quia Parrochiani ſemper comparuerunt pro Vicario, & hodie volunt allegare turpitudinem ſuam, ipſos comparuiſſe abſque mandato, & ex hoc capite dare de nullitate reſpectu ipſius Vicarij.

Eod. R. P. D. COCCINO Decano.

Eiuſdem Pampilonenſ. Parochialis de Stella. Vener. 8. *Nouembris* 1602.

Decisio XVI.

1. Inter eius impreſſas, la 81. fol. 167.

QVamvis ius Parochialitatis ſit indiuiduum, ad tradita per Innocentium, in *Cap. Prudentiam, num. 9.* vbi Decius, *num. 46. de offic. delegati*, tamen cum ſuper eo ſolum egerint Parochiani, ſententiæ Rotales, quæ ſententias de partibus firmant, quatenus fauorem Abbatis continent, & declarãt, Eccleſiam de Stella eſſe vnitam Monaſterio de Hyrache, Parochianóſque non poſſe impedire iura Parochialitatis, & beneficiatos teneri aſſiſtere Abbati
2. in viſitatione, ſunt valida quoad ipſos Parochianos citatos, licet ſecus dicendum ſit, quoad alios non citatos, *l. Non idcirco, ff. de iudic. l. de vnoquoque*, vbi Caſtren. *in princ. ff. de re iudicat.* Gabriel. *conſ.* 56. *numer.* 16. *vol.* 1. Beneficiati enim non egerunt ſuper dicto iure Parochialitatis, quia cum fuerint citati coram Ordinario, reſponderunt, excepta aſſiſtentia prætenſa ab Abbate, quam ipſi non præſtabant, de mandato Epiſcopi, ſed Superiorum iuſſa expectabant, in reliquis autem nihil ad ſe, quia tangebant Parochiam. Quæ quidem aſſiſtentia non reſpicit ius, & intereſſe ſuper quo agebant Parochiani, ſed quid ſeparatum ab illo: & ſic non agebatur de re ipſa, hoc eſt, de iure Parochialitatis, quoad omnes, ſed quoad Parochianos tantùm. Vnde ceſſat obiectum ex deciſione in *cauſa Montis Regalis* coram R. P. D. Lancellotto.

Adde aliã deciſ. Venetiarũ, ſeu nullius Decimarũ. 15. Nouembr. 1602. coram eodem Coccino la 83. fol. 169. nu. itẽ 2.

Nec facit, quod ſententiæ condemnent etiam Vicarium, & promotorem fiſcalem: quia quatenus attinet ad Vicarium, cum Eccleſia ſit vnita Monaſterio de Hyrache, & Vicarius 3.
ipſe ſit amouibilis, non poteſt dare de nullitate, cum cura penes Monaſterium reſideat, & 4.
ipſe nomine ipſius Monaſterij curam exerceat, ad eius libitũ, Gloſſ. in *Extrauag. Execrabilis*, in verb. *temporalis, de Præbend.* Rot. *deciſ.* 2. *numer.* 2. *de Exceſſib. Prælat. in nou.* Biſignet. *deciſ* 21. *ſub num.* 2. *de Probat.* Cardin. in *Clement.* 1. *ſub num.* 15. *de Offic. Vicar.* Oldrad. *conſ.* 38. *numer.* 1. 9. *&* 12. Rebuff *de diſpenſat de non reſiden. num.* 15 Vltra quod, non adeſt hodie in cauſa perſona legitima, quæ nomine Vicarij prædicti poſſit dare de nullitate.

Quocirca vide hic deciſ. 32. num. 3. & ſeqq. maximè 4. & 13.

Et pari modo reſpondetur ad intereſſe promotoris fiſcalis, quia

quia ipſe non erat in cauſa, & vltima ſententia Rotalis, ſolum
5. de eo facit meritionem. Quare dicendum eſt ſententiam ipſum non afficere. Salycetus, in *l. 1. num. 4. C. ſi aduerſ. rem iudic.* Bald. in *l. ab eo, num. 17. C. Quo-*
6. *modo, & quando iudic.* Et cum non eſſet in cauſa, non poteſt dare de nullitate. Licet enim in partibus fuiſſet actum inter Abbatem, & ipſum promotorem fiſcalem, & Abbas obtinuiſſet ſententiam in ſui fauorem, excepta aſſiſtentia Beneficiatorum. Tamen denuo introducta cauſa, & citato promotore, reſpondit; citandos eſſe Beneficiatos, & Parochianos, poſtmodum vero nihil cum eo actum fuit, & nec ſententia Ordinarij, nec alia Metropolitani, nec prima Rotalis de eo faciunt mentionem, ſed ſolummodo ſecunda ſententia Rotalis. Nec dictæ ſententiæ Rotales quatenus confirmant ſententias de partibus in eo quod continet fauorem Abbatis, comprehendunt ſententiam prædictam, quia omninò eſt, & penitus ſeparata ab actione, cuius vigore cauſa commiſſa eſt in Rota.

Nec ſubſiſtit quod prætenditur probari, tam ex articulis datis coram Ordinario, quam coram Metropolitano, hanc eſſe vnicam cauſam defenſionis, quia illi ſunt intelligendi, quoad hanc aſſiſtentiam ſtante prædicta proteſtatione Beneficiatorum, dum fuerunt citati.

Clarum ſiquidem eſt, quod præcedentia declarent ſequẽtia *l. Si ſeruus plurium, § fin. l. Qui filiabus in princ. de legat.* 1. Et præcedentia magis influunt ad declarationem ſequentium, quam contra, *l. Quiſquis*, & *ibi* Bart *de legat.* 3. Iaſ. in *l. 1. n. 5. C. de lib.* præter Parif, *conſ. 48. n. 52. lib. 3.* Et ita etiam ſunt intelligendi articuli pro parte Monachorum dati.

R.P. DOMINO CERRO,
Pampilonen. Vicariæ de Stella
Lunæ 16. Iunij 1642.

DECISIO XVII.

DVm coram bo. me. Merlino Decano, vtraque parte informante diſputaretur cui 1.
eſſet concedendum mandatum de manutenendo in poſſeſſione, ſeu quaſi deputandi, ſeu nominandi Vicarium in Eccleſia Parrochiali S. Ioannis oppidi de Stella, an ſcilicet Parochianis dicti oppidi, an vero Abbati Monaſterij Beatæ Mariæ de Hyrache, Ordinis S. Benedicti, Domini ordinarunt, vt videretur de bono iure, & poſtea Abbate tantum informante, fuit reſolutum conſtare de bono eius iure.

2. Cum enim d. Eccleſia ſit vnita Monaſterio B. Mariæ de Hyrache, ius nominandi, ſeu deputandi Vicarium, Eccleſiæ vnitæ ſpectat ad eos, quorum Eccleſiis reperitur facta vnio, iuxta Conſtitutionẽ San. mem. Pij V. pluries canonizatam tam à Sacra Congregatione Concilij, vt referunt Gonzal. *ad reg.8. gloſſ. 5. §.3. num. 53. & 54.* Garcia *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 291. cum ſeqq.* quam à Rota vt coram bo. me. Buratto *deciſ. 214 num. 1. & deciſ. 925. num. 2.* & coram Cardin. Caual. *deciſ. 595. num. 3.* verſ. *Stante autem tali ratione, & in Cæſarauguſtana Vicariæ*, coram R. P. D. meo Ghiſlerio, quæ eſt *in recent. deciſ. 16. part. 6.* vbi aliæ referuntur.

3. Vnio probatur ex donatione dictæ Eccleſiæ facta ipſi Monaſterio per Sancium Regem Nauarræ vſque de anno 1225. vigore priuilegij Pontificis Vrbani Regibus Hiſpaniarum conceſſi, poſtmodum confirmata ab Ordinario Pampilonen. & Archiepiſcopo Tarraconenſi.

4. Licet enim ex ſimplici donatione beneficij non inferatur per neceſſe ad vnionem, vt aduertit Rota *in Taruiſina Parochialis* 1613. coram Vbaldo, quia tamen in hoc caſu vltra plura adminicula, donatio concepta fuit verbis ampliſſimis, & continet decimas, primitias, & oblationes, ac obuentiones omnium Parochianorum, perneceſſe importat vnionẽ, cum hæc omnia alio titulo obtineri non poſſint ad tradita per Vitalin. *in Clement. Frequens, n. 48. & 49. de exceſſib. Prælator.* Rota coram Martino Andrea *dec. 11. num. 1. & in Salernitana Portionis fructuum*, Eminent. D. Cardinali Veroſpio, *deciſ. 50. num. 11. part. 7. recent. Et in eadem cauſa*, coram Cardinali Seraph. *deciſ. 1304. n. 3.* verſ. *Vltimo non obſtat*, ſufficit enim in donatione virtualiter contineri vnionem, licet expreſſa mentio de ea facta non fuerit. Pariſ. *conſil. 44. n. 5. lib. 1.* Crauet. *conſil. 49. num. 10.* Garc. *de benefic. part. 12. cap. 2. n. 256.* Rota coram Seraph. *dec. 1272. num. 1. & dicta dec. 1304. ſub n. 3. & in dicta deciſ. 11. num. 1.* coram Martino Andrea, *& d. deciſ. 50. vbi proximè, p. 7. recent.* Et ita conciliantur contrariæ Rotæ deciſiones firmantes ex donatione, non inferri ad vnionem, intelliguntur enim de donatione ſimplici, non de concepta verbis ampliſſimis, & ex pluribus adminiculata, vt diſtinguendò tradit Add. ad Gregor. *deciſ. 77. ſub num. 11.* verſ. *Quæ tamen deciſiones.*

Adminicula autem, & quidem 5.

dem efficacia deſumuntur. Primo ex vniformi, & continua obſeruantia, & fortius quia Abbas per tres ſententias Rorales bo.me. Seraphini, Peniæ, & Coccini conformes, & in iudicatum tranſactas, obtinuit d. vnionem canonizari, ex quibus nedum reſultat vehemens vnionis adminiculum, & præſumptio, ſed illa redditur indubitata, notoria, & manifeſta. Rota *dec.* 210. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* Secundò ex teſtibus datis *in Summario Abbatis, n.* 4. deponentibus de publica voce, & fama, quæ ſufficit ad probandam vnionem. Felin. *in conſ.* 2. *n.* 16. *&* 21. Caputaq. *dec.* 347. *n.* 4. *part.* 3. Addit. ad Gregor. *deciſ.* 196. *num.* 3. verſic. *Arguitur, circa med.* Rota *in recent. deciſ.* 724. *num.* 2. *part.* 2. Attenta præſertim qualitate actorum vnioni maximè congruentium, Abbatem ſcilicet exegiſſe redditus, prouentus, & decimas, olim ad Eccleſiam Sancti Ioannis ſpectantes, detracta certa portione pro Vicario, quod manifeſtè ſupponit vnionem. Cardinal. *in Clem. num.* 10. *q.* 9. *de officio Vicar.* Addit ad Greg. *d. deciſ.* 196. *num.* 3. *eod.* verſ. *Arguitur,* poſt princip. Rota *in rec. d. deciſ.* 102. *num.* 3. *part.* 1. *& deciſ.* 204. *num.* 1. verſ. *Tum ratione perceptionis decimarum, part.* 2. *& deciſ.* 16. *num.* 6. *&* 8. *part.* 6.

Nec aduerſari dixerunt Domini Teſtes pro Parochianis examinati, quia præter quod deponunt de ſimplici inſtantia, nec vllatenus concludunt de aliquo iure nominandi obligatorio, & coactiuo, vt diſtinxit Rota coram Cardinali Caualerio, *deciſ.* 419. *num.* 3. verſ. *Et licet incola.* Non probant aliquem titulum, vel conſuetudinem legitimè præſcriptam, multóque minus immemorabilem cum fama priuilegij, vt opus eſſet ad firmandam in Parochianis competentiam coactiuam iuris nominandi contra diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis Pij Quinti, vt inter alios aduertunt Roch. *de iurepatr.* in verbo, *ipſe velis, q.* 36. Lambert. in *eod. tract. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 10. *principali, art.* 8. verſ. *Tamen conſidera,* Cardinal. Caual. d. *deciſ.* 419. *num.* 5. 6.

Et in omnem caſum, quævis contraria poſſeſſio, & obſeruantia, vbi etiam probaretur, non releuaret tanquam infecta ex clauſula, *ſublata,* & decreto irritanti, quibus munita eſt eadem Conſtitutio, *Cap. ſi eo tempore de elect. in* 6. Caputaq. *deciſ.* 325. *num.* 2. *p.* 1. Lotther. *de re beneficiar. lib.* 1. *q.* 31. *num.* 25. Rota *in recent. d. deciſ.* 710. *num.* 6. *par.* 2. *& deciſ.* 16. *num.* 17. *par.* 6. cum pluribus adductis in dicta. *Dertuſen. Vicariæ* coram. bon. 7.

mem. Merlino apud Poſtium *de manutent. deciſ.*186.*num.*4.

8\. Quod autem dicebatur conſtitutionem Pianam loqui ſolum de Vicariis perpetuis, qualis non eſt iſta, quæ eſt ad nutum amouibilis, & fuiſſe reuocatam per Conſtitutionem 15. Gregorij XIII. nullum habet fundamentum, Quia licet conſtitutio exprimat Vicarias perpetuas tanquam eas in quibus aderat maior ratio dubitandi, verè tamen comprehendit etiã ad nutum amouibiles vt *in dicta Conſtitutione ſub* §. 5. verſ. *& ſi dicta Parochialis Vnita*, ibi, *teneantur in Vicarias ad nutum tamen Superiorum ſuorum amouibiles deputare*, & apertè tradunt Gonzal.*ſup. Reg.*8. *Gloſſ.*5. §.3.*num.*79. & Barboſ *de Offic. & poteſt. Epiſcopi*, *p.* 3. *allegat.*73. *num.*190 verſ. *Quæ omnia confirmabis.* Non fuiſſe autem reuocatam per Conſtitutionẽ Gregorij, notat idem Gonzal. *vbi ſupra eodem n.* 79. dicens Gregorium ore proprio reualidaſſe dictam Conſtitutionem Pianam, ſolúmque præſcripſiſſe certum modum in nominando Vicarium religioſum amouibilem.

Et ita, &c.

R. P. D. CERRO.

Eiuſdem Pampilonen. Vicariæ de Stella Mercurij 3. Iunij 1643.

DECISIO XVIII.

1\. DEfuncto Ioanne de Munarreiz Vicario Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis Ciuitatis de Stella, contendere cœperũt ſuper nominatione noui Vicarij œconomi, & Parochiani eiuſdem Eccleſiæ ex vna, & Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ de Hyrache, ex altera, prætendentes hinc inde ius nominandi Vicarium ad ſe pertinere. Super quo introducta cauſa coram Ordinario Pampilonenſi, & exinde ad Rotam deuoluta, fuit diſputatum cui ex his partibus eſſet concedendum mandatum de manutenendo; ſed quia multa hinc inde deducebantur reſpicientia Petitorium, fuit ordinatum, quod videretur de bono iure. Super quo propoſito dubio coram bo. me. Merlino, ſub die 16. Iunij 1642. Rota, Abbate tantum informante, reſpondit, conſtare de eius bono Iure; Quia Eccleſia S. Ioannis reperitur vnita Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrache, & in Eccleſiis vnitis, clara eſt diſpoſitio Conſtitutionis ſanctæ me. Pij V. 47. in Bullar.

Bullario nouo, quod ius nominandi Vicarium ſpectet ad eos, quorumEccleſiis facta eſt vnio. Quam Conſtitutionem ſæpius canonizauerunt Rota,& Sacra Congregatio Concilij,vt patet ex deciſionibus,& reſolutionibus eiuſdem Congregationis adductis in deciſione dicta die à me extenſa.

2. Nec obſtabat quaſi poſſeſſio nominandi, quam Parochiani allegarunt. Tum quia teſtes, & inſtrumenta, ex quibus ea deducebatur, non concludebant de aliquo iure coactiuo,& obligatorio, prout requiritur iuxta *deciſ.* Cardinalis Caualleri 419. *ſub num* 3. Tum quia in omnem caſum in Conſtitutione Pij V. adeſt clauſula, *ſublata*, & decretum irritans, quæ tollunt, & inficiunt omnem poſſeſſionem, & quamcumque obſeruantiam contrariam, vt latè in eadem deciſione firmatur.

3. Emanata hac reſolutione Parochiani, pro euertendis illius fundamentis, articularunt ſe eſſe in iſta quaſi poſſeſſione nominandi à tempore immemorabili, & petierunt remiſſoriam pro examinandis teſtibus; ſed contradicente Abbate, propoſui de more dubium, An remiſſoria eſſet danda. Et non eſſe dandam, in hac quarta propoſitione, Domini reſponderunt.

Quia licet cauſa vertens ſuper iure nominādi ad effectum remiſſoriæ iudicetur prophana, Achill. *deciſ.* 11. *de iurepatr.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 1. *num.* 11. *de dilat.* cum aliis per Addit.ad Sanct. mem. Gregor. *deciſ.* 164. *ſub num.* 7. Et in cauſa prophana ſecundum ordinarias regulas iuris, pro conceſſione remiſſoriæ ſufficiat materiā eſſe releuantem, abſque aliquo fumo, & talis videatur articulata immemorabilis, quia ea probata ceſſabit Conſtitutio Pij V. per quam non poteſt cenſeri ſublata immemorabilis,cum de ea non fiat mentio in dicta Conſtitutione, prout eſt opus ad effectum vt immemorabili cenſeatur derogatum. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 101. *num.* 4. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 491. *n.* 5. *& cap.* 578. *num.* 10. *& ſeqq.* Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gloſſ* 33. *num.* 6. Rota *in recent. deciſ.* 614. *num.* 1. *part.* 2. & in his terminis Sanchez *ſuper Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 191. *verſ.* 3. *fallit*, & alij, quos allegant ipſe, & Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 190. 4.

At tamen contrarium in hoc caſu conſeruant Domini, cum allegata immemorabilis, viſa ſit imaginata, inveriſimilis, & penſus improbabilis: quo caſu remiſſoria ſemper denegari conſue 5.

conſueuit, ne conteratur tempus, & partes defatigentur tædio, & expenſis, expectando probationem, quæ veriſimiliter fieri non poteſt, Rota *diuerſ. deciſ.99. num.1. part.4. & in recent. deciſ.146. num.13. part.5. & deciſ. 315. num.4. part. 6. & deciſ.128. num.1. part.7.* & dictum fuit *in Ferrarien. Parochialis 6. Martij* 1642. coram me.

6. Talem autẽ eſſe hanc, quam Parochiani prætendunt poſſe probare ex eo liquet, quia ipſi articularunt, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris nominandi, tanquam Patroni laici, à tempore immemorabili, & tamen in facto apertiſſimè conſtat, quod ipſi non habent, nec vnquam habuerunt iuſpatronatus dictæ Eccleſiæ, cum illud ab initio fuerit acquiſitum à Sanctio Rege Nauarræ ex fundatione, & dotatione, & ex eo trãſierit ad Monaſterium Beatæ Mariæ de Hyrache, cui fuit conceſſum à dicto Rege in donatione eiuſdem Eccleſiæ, quam fecit dicto Monaſterio liberè, & abſque vllo onere, & ſine ſubiectione alicuius perſonæ ſæcularis, vel Clericalis, vt apparet ex inſtrumento donationis, & ex illius confirmatione facta ab Ordinario Pampilonenſi, in *Summario ſecunda poſitionis, n.1.* Vnde non ſolùm eſt inveriſimile quod ipſi poſſint probare ius nominandi cum certum ſit, quod illud Parochianis non competit ſine iurepatronatu, vt poſt Ionocent. Io. Andr. & alios tradit Abbas in *C. Querelam, n.2. ante fin. de elect.* & Gonzal. *ſuper Reg. 8. gloſſ.18. num.90.* verſ. *Parochiani námque.* Sed prorſus impoſſibile quod eius reſpectu poſſit probari immemorabilis, quia dum conſtat de fundatione, & ſic de certo initio dictæ Eccleſiæ, ceſſat, & excluditur immemorabilis, cum hæc requirat, quod initij memoria non extet. Rota coram ſanct. me. Gregor. XV. *deciſ.467. num.6. & in recent. deciſ.285. num.4. par.2. & deciſ.56. n.18.* & *deciſ.137. num.6. p.6.* & coram bo. me. Buratt. *deciſ.831. num.6.*

Nec refragantur multæ nominationes factæ à Parochianis in quibus ipſi potiſſimum ſe fundabant: quia cum non ſint factæ, nec fieri potuerint ratione iuriſpatronatus, quod aliis competebat, ſed appareant factæ per viam petitionis, & admiſſæ ab Abbatibus ad preces, & ſupplicationem Parochianorum, non probatur ex illis aliqua eorum poſſeſſio, ſed ſolum quædam honorantia, & prærogatiua nominandi Vicarium gratum, & beneuolum, quæ non conſtituit in aliqua quaſi poſſeſſione, nec attribuit 7.

aliquod

aliquod ius coactiuum & obligatorium Gemin. *conſ.* 45. *n.* 4. Dec. *conſ.* 134. *num.* 3. verſ. *Poſtremò.* Ferret. *conſ.* 31. *num.* 4. & *conſ.* 112. *n. pariter* 4. Rocch. *de iurepatr.* in verbo, *Competens*, *num.* 60. Gonzal. *ſuper Reg.* 8. *d. gloſſ.* 18. *num.* 90.

8. Sed ceſſat difficultas ex alio irrefragabili fundamento, propter quod Domini potiſſimum denegarunt Remiſſoriam: quia videbatur inueriſimile, quod reperiantur teſtes tantæ ætatis, qui poſſint probare hanc immemorabilem, cum enim demendum ſit tempus huius litis, quæ fuit introducta coram Cardinali Seraphino, vſque de anno 1598 vt patet ex Commiſſione cauſæ in *Summario tertiæ poſitionis, litera H.* & ex aliis actibus datis in eodem *Summario litera I.* & eo dempto teſtes ad hunc effectum debeant habere ad minus 54. annos completos, Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 97. *lib.* 1. Gabriel *de praſcription. concluſ.* 1. *num.* 83. Caputaq. *deciſ.* 290. *p.* 3. Gregor. *deciſ.* 1298. *num.* 1. & *ibi* Add. *n.* 12. *cum aliis per Adden. ad Baratt. deciſ.* 673. *n.* 12. Inueriſimile reputatur, quinimo impoſſibile, quod poſſint reperiri homines tam annoſi, & decrepiti qui poſſint deponere de allegata immemorabili, quia deberent attingere centeſimum annum, cuius ætatis non reperiri homines his noſtris temporibus, quotidiana experientia docet: qua inueriſimilitudine, attenta, Rota ſemper denegat Remiſſoriam, vt coram Cardinali Seraph. *deciſ.* 1450. *&* 1460. *vtrobique num.* 2. & *in recent. deciſ.* 235. *n.* 13. *&* 14 *par.* 5. & *deciſ.* 166. *n.* 16. & *ſeqq. p.* 6. & paſſim in aliis.

Nec facit replicatio data, quod cauſa, quæ hodie pendet, ſit diuerſa ab illa introducta coram Cardinali Seraphino, quæ dicebatur eſſe inter Abbatem, & Epiſcopum ſuper iure viſitandi Eccleſiam S. Ioannis, non autem ſuper iure nominandi Vicarium, quia hoc tollitur ex verbis Commiſſionis impetratæ ad inſtantiam ipſorum Parochianorum, ex quibus clarè apparet, quod cauſa erat non ſolum ſuper iure viſitandi, ſed etiam ſuper iure nominandi, vt patet ex illis verbis, ibi, *vertens ſuper iure viſitandi dictam Eccleſiam, nec non ſuper iure præſentandi, ſeu inſtituendi, & ponendi Vicarium.* Illud enim verbum, *Præſentandi*, ſignificat etiam nominationem, & per Lotther. *de re benefic. par.* 2. *q.* 15. *num.* 10. *& ſeqq.* Præſertim cum ſubſequantur illa verba, *& ponendi Vicarium* quæ oſtendunt, quod verè agebatur de nominatione Vicarij; & hoc efficacius probatur ex articulis ab eiſdem 9.

Parochianis datis coram Penia, ſuper iure nominandi, ex quibus declarantur verba dictæ Commiſſionis.

10. Nec obſtat, quod iſta Commiſſio dicatur impetrata à Procuratore, de cuius mandato non conſtat: Quia cum in actis appareat, quod Parochiani vigore eiuſdem Commiſſionis impetrauerunt Compulſoriales generales, eáſque præſentauerunt iudici de partibus coram quo fecerunt plures actus, & in illius executionem cauſam proſecuti ſint, tam coram Cardin. Seraphino, vt patet eius *deciſ.* 1304. quam coram Coccino, vt in eius *deciſ.* 81. *&* 121. ex hoc vſu Commiſſionis, ſatis probatur mandatum, vel ſaltem ratificatio, quæ mandato æquiparatur, vt in terminis geſtorum à Procuratore Gregor. *deciſ.* 176. *num.* 9. & fuit dictum in *Firmana compromiſſi*, 2. *Iunij* 1625. coram bonæ memoriæ Pirouano.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTOBONO

Eiuſdem Pampilon. Vicariæ de Stella, Luna 14. *Decembris* 1648.

DECISIO XIX.

1. LAta ſententia per R. P. D. meum Cerro ad fauorem Abbatis, & Monachorum Beatæ Mariæ de Hyrache Ordinis S. Benedicti, qua fuit pronuntiatum ius nominandi, deputandi, ſeu eligendi Vicarium pro Cura Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis Oppidi de Stella ſpectare, & pertinere liberè, & pleno iure ad ſupradictum Abbatem tamquam Patronum, & Parochum eiuſdem Eccleſiæ, in gradu appellationis coram R.P.D. meo Peutingero actum fuit de manutentione, ac de bono iure ad effectum manutentionis, & præuiis duabus deciſionibus coram eodem emanatis ſub diebus 25. Maij 1644. & 17. Iunij 1647. fuit decretum, & conceſſum mandatum de manutenendo œconomis, & deputatis Parochianorum S. Ioannis Oppidi de Stella. Commiſſa vero mihi cauſa cum clauſula, *ſine præiudicio mandati de manutenendo*, dedi dubium. An ſententia Rotalis coram R. P. D. meo Cerro emanata, eſſet confirmanda, vel infirmanda & Domini eſſe confirmandam cenſuerunt.

Validitas non fuit in dubium 2.
reuocata. Iuſtitia vero ſententiæ deducitur ex vnione Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis de Stella Monaſterio Beatæ Mariæ de Hyrache, de qua vnione amplius dubitari non poteſt, cum ſit canonizata per tres ſententias

ſententias Rotales bo.me.Coccini, Lancellotti, & Peniæ, ſtante vero vnione, certum eſt, quod nominatio Vicarij Eccleſiæ vnitæ ſpectat ad Abbatem, & Monachos, tam ex præſcripto ſacrorum Canonum, vt in *C. extirpanda*, §. *Qui vero*, & *in C. de Monachis, de prabend. cap.* 1. ibique gloſſ. & Doctores, *de Cappellis Monachor. in 6. Clem.* 1. *de iurepatr.* quam ex diſpoſitione *Conſtitutionis* ad fauorem huiuſmodi Religionis ſpecialiter emanatæ à ſanct. mem. *Clement. Octauo, ſub die* 12. *Februar.* 1596. in *ſumm. impreſſo Abbatis, pag.* 21. & vlterius antecedentis Conſtitutionis ſanctæ mem. Pij V. incipit, *Ad exequendum*, in ordine *la* 47. pluries canonizatæ à S. Congregat. Concil. vt referunt Gonzal. *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 53. *&* 54. Garz. *de beneficiis, p.* 9. *cap.* 2. *n.* 291. *cum ſeqq.* & à Rota coram Buratto *deciſ.* 214 *n.* 1. *& deciſ.* 419. *n.* 2. *&* 3. coram Cardinal. Caualer. in *Barchinonen. Parochialis, ſeu Vicariæ*, 10. *Februarij* 1645. *in* § *ex quibus infertur*, coram R.P.D. meo Corrado, & in *Reatina Vicariæ* 10. *Maij*, *&* 28. *Iunij* 1647 *in princip.* coram R.P.D. meo Cerro.

3. Neque obſtat immemorabilis conſuetudo præſentandi Vicarium prætenſa per Deputatos Parochianorum S. Ioannis de Stella, quia hæc nullo modo probatur per teſtes examinatos pro Parochianis, qui non deponunt cum requiſitis neceſſariis, & præcipuè de quadraginta annis ante motam litem, & quod non adſit initij memoria prout neceſſarium omnino eſſet iuxta gloſſ. in *Cap.* 1. *in* verbo, *memoria*, *de præſcriptionibus, in* 6. quam paſſim Rota ſequitur, vt videre eſt apud Seraphinum *deciſ.* 1102. *num.* 2. coram Caualerio. *deciſ.* 56. *n.* 1. coram ſanct. mem. Gregorio *dec.* 196. *num.* 1. ibique Add. & *deciſ.* 152. *num.* 3. & *deciſ.* 434. *n.* 11. & coram Buratt. *deciſ.* 163. *n.* 8.

Imo, quod fortius eſt immemorabilis excluditur, & improbabilis remanet ex oppoſitionibus, diſſenſionibus, litibus, & controuerſiis inter Abbatem, & Monachos ex vna, & Parochianos ex altera actis à 50. annis, & vltra, tam in partibus, quam in Rota, vt plenè probatur in *Summario impreſſo Abbatis, præſertim pag.* 8. *&* 9. & tamen certum eſt quod ſolus rumor contrarius ſufficit ad reddendam illam improbabilem, ex quo Teſtes inter alia deponere debent, quod nihil vnquam in contrarium viſum, nec auditum fuit, Rota in *Coduben. redecimarum* 18. *Maij* 1618. coram rec. mem. Coccino, *relata per Add. ad S. me. Gregor. de-* 4.

 ciſ. 198.

ciſ. 298. *num.* 13. & ideo merito allegatio immemorabilis in hac cauſa fuit reiecta coram R. P. D. meo Cerro in *deciſ.* 3. *Iunij* 1643.

5. Minus obſtare poteſt prætenſum iuſpatronatus Parochianorum S. Ioannis de Stella, quia cum agatur de Eccleſia Regulari, Parochiani tenentur exhibere priuilegium Apoſtolicum, ſine quo in Eccleſiis Regularium iuſpatronatus non acquiritur, *Cap. nobis*, vbi gloſſ. in verb. *Niſi aliter*, *de iurepatro.* Mohed. *deciſ.* 10. *n.* 5. *eod. tit.* Put. *deciſ.* 356. *n.* 3. *p.* 2. *in correct.* Rota *inter diuerſ. deciſ.* 564. *n.* 2. *ac ſeq.* & *deciſ.* 572. *num.* 2. & *deciſ.* 573. *n.* 1. *part.* 4. & *inter recent. dec.* 29. *num.* 9. *p.* 7.

6. Nec minus Concordia inter partes inita de anno 1538. 15. Martij, obſtare viſa fuit, quia huiuſmodi Cōcordia fieri non poterat ſuper iuribus Monaſterij de Hyrache abſque beneplacito Apoſtolico, quod non conſtat interueniſſe. *Cap. Cum tempore*, *de arbitr. Cap. veniens de tranſact.* Redoan. *de Rebus Eccleſ. non alien. q.* 2. *cap.* 1. *n.* 9. Ciarlin. *controu.* 39. *num.* 49. Rota *dec* 261. *n.* 10. *part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 30. *n.* 6. *p.* 6. *deciſ.* 304. *num.* 10. *part.* 7. *recent.*

Addo. Qui donare nequit, nec gratis remittere poteſt. *Cap. Veniens, el* 10. *de teſtib* & *atteſtationibus* & *ibi* gloſſ *ſum. in fin.* & verbo *Remittere.*

7. Beneplacitum vero neutiquam deduci poteſt ex temporis curſu, non probata Concordiæ obſeruantia ſucceſſiua, & continuata, Rota in *Valentin. Baronia de Cortes* 4. *Iunij* 1603. coram Ortembergo, cum pluribus relat. per Add. ad Buratt. *deciſ.* 857. *num.* 14. & probationes circa obſeruantiam debent eſſe certæ, concludentes, & non coniecturales, aut præſumptiuæ. Mareſc. *Var. reſolut. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 13. & 14. Rota coram Seraphino 1042. *num.* 4. coram rec. mem. Coccino *dec.* 38. *n.* 4. *in recent. d. dec.* 304. *num.* 11. *p.* 7. Add. ad Gregor. *dec.* 354. *n.* 18.

Adde Coccinū Decanū, *Deciſio* 140 *n.* 2. & *deciſ.* 362. *num.* 6.

8. Obſeruantia autem in præſenti caſu non ſolum non probatur, ſed plene eliditur, ac corruit ex litibus, appellationibus, & controuerſiis inter eaſdem partes peractis, & actibus difformibus, vt apparet ex *Summario impreſſo Abbatis pag.* 4. & *ſeqq.* Crauett. *conſ.* 96. *num.* 5. & *conſ.* 313. *num.* 4. Surd. *conſ.* 393. *num* 23. & 24. Rota *in recent. deciſ.* 567. *num.* 15. *par.* 5. & coram Buratto *dec.* 472. *n.* 7. & in *Toletana decimarum de la Solana* 22. *Aprilis* 1641. *in* §. *Vel ſaltem*, coram R. P. D. meo Bicchio: quin imo etiam tollitur obſeruantia ex depoſitionibus Teſtium ipſorum Parochianorum, relatis in eorum Summario ſub n. 2. qui expreſsè conteſtantur Vicarios ab eis nominatos, cum ſolius Epiſcopi approbatione, & licentia, abſque vlla Abbatis

de

de Hyrache, vel alterius acquiſitione admitti, & miniſtrare conſueuiſſe. Quod omnino repugnat prætenſæ Concordiæ, quæ requirit approbationem, & examen Abbatis, vt in ea legitur.

9. Augetur inobſeruantia ex actibus, ac ex inſtrumẽtis conuentionis, & mandatis factis ab eiſdẽmet Parochianis de Stella de annis 1595. 27. Februarij, 1598. 5. Nouembris, 1603. 1. Octobris, vt *in Summario Abbatis pag.* 16. 21. *&* 22. ex quibus clarè conſtat de inobſeruantia, contrauentione, & contradictione Parochianorum, qui diutiſſimo tempore variis litibus, & magnis impendiis coram diuerſis iudicibus, & Tribunalibus, etiam ſæcularibus Abbatem, & Monachos fatigarunt, ac pluribus demum ſententiis, & decretis ſuccubuerunt, ideo omni commodo Concordiæ etiam ſi validè celebrata, ſeu confirmata fuiſſet prorſus priuati exiſtunt, tam de iure communi per text. in *l. ſi quis maior.* 41. vbi gloſſ. in verbo, *priuatus*, & Doctores. *C. de tranſaction.* Mantic. *de tacit. lib.* 24 *tit.* 5. *num.* 13. quam ex pacto ſpeciali reſolutiuo appoſito in eodem inſtrumento Concordiæ relato *in Summario Abbatis, pag.* 2. *&* 3. *in fin.* cuius vigore reddita fuit Concordia prorſus inefficax, perinde ac ſi numquam facta fuiſſet, Eugen. *conſ.* 19. *ſub n.* 32. verſ. *ſecundo moquet, & ſeqq. lib.* 1. Peregrin. *conſil.* 77. *n.* 7. *l.* 3. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 90. *n.* 1. *&* 2. Tiraq *de Retract. conuent.* § 1. *gloſſ.* 7. *n.* 3. Gratián. *diſcept.* 307. *n.* 4. Rota coram Penia *deciſ.* 214. *num.* 2.

Neque Parochiani excuſari poſſunt prætextu ignorantiæ, 10.
quoniam ex Conſtitutionibus Procuratorum, & vſu geſtorum ab eis, ac litibus tanto tempore grauiſſimis eorum ſumptibus agitatis illorum omnium ſcientia euidenter probatur.

Quo vero ad nominationes 11.
factas per œcononos, & deputatos Parochianorum ante Conncordiam, placuerunt Dominis reſponſiones datæ in deciſionibus R.P.D. mei. Cerri.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. MELTIO,

Eiuſdem Pampilon. Vicariæ de Stella, Lunæ 26. Maij 1653.

DECISIO XX.

Controuerſia, quæ vertit 1.
inter Abbatem, & Monaſterium S. Mariæ de Hyrache ex vna, & Oeconomos, ac Parochianos Eccleſiæ S. Ioannis de Stella ex altera, ſuper iure nominandi Vicarium d. Eccle-

ſiæ S. Ioannis fuit per duas ſententias Rotales deciſa ad fauorem prædicti Abbatis, ac Monaſterij, ſed non acquieſcentibus adhuc præfatis Parochianis, & commiſſa mihi appellationis cauſa in tertia inſtantia, dubitaui, an dictæ ſententiæ Rotales eſſent confirmandæ vel infirmandæ. Et DD. cauſa pluries propoſita, ac vltimo loco reſoluta, illas confirmandas eſſe cenſuerunt. Omiſſa enim validitate dd. ſententiarum, quæ nec etiam ab ipſis Parochianis fuit impugnata illarum iuſtitia, ſatis clara ex eo viſa fuit, quia firmata vnione d. Eccleſiæ S. Ioannis facta ad fauorem Monaſterij S. Mariæ de Hyrache, de qua dubitari hodie non poteſt, cum illa fuerit iam per tres ſententias nempe bo. me. Coccini, Peniæ, & Lancellotti canonizata, venit in neceſſarium conſequens, quod ius nominandi Vicarium Eccleſiæ vnitæ ſpectet ad Abbatem Eccleſiæ, cui vnio facta reperitur ad text. *in cap. ſuper. ea*, iuncta gloſſ. in verb. *Annexa*, *de Prœbend. in 6. & cap.1. de Capell. Monachor. & cap. de Monachis, de Prœbend.* Rota *in recent. deciſ.* 112.*num.*1. verſ. *quia quando*, *p.*1.*deciſ.*579. *num.*4.verſ. *Minus etiam releuat. deciſ.*710. *num.* 1. verſ. *Nam dicebant*, *part.*2. *deciſ.* 16.*num.*12. *&* 15.*part.*6. vbi dicit hoc eſſe de mente Sacræ Congr. Concilij, *Tiraſonenſis iuris præſentandi* 23. *Maij* 1588. coram Bubalo, *& in Barchinonen. beneficij* 9. *Februarij* 1624. confirmata 19. *Maij eiuſdem anni*, coram bo. mem. Merlino, & ita cenſuit etiam eadem S. Congregatio Concilij vt pluribus declarationibus relatis, firmat Garc. *de benefic. part.*9.*c.*2.*n.* 294.*& ſeqq.*

Neque releuare viſum fuit repertum obiectum immemorabilis conſuetudinis, cuius vigore deputati Parochianorum eiuſdem Eccleſiæ S. Ioannis de Stella prætendunt poſſe præſentare. Primò, quia teſtes de ea deponentes fuerunt examinati in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas, id eſt contra quēdam Petrum Diaz. Vnde contra Abbatem, & Monachos, non citatos, nullum probationis gradū facere poſſunt, *cap.* 1. & *ibi* gloſſ. *verſ. admonen.* vbi Doctores, *de teſtibus*, *l. ſi quam.* §. *ſed cum oportet*, *in fin. C. eo. tit.* Ruin. *conſil.* 14. *n.* 1. *lib* 2. Put. *dec.*166.*lib.*1. Seraph. *deciſ.*967.*n.*4. Mantic. *deciſ.*105. *num.*8. verſ. *præterea*, Rota *in recent. deciſ.*123.*num.*3. verſ. *tum quia hoc non probatur*, *part.* 3. *deciſ.* 162. *num.*2. verſ. *& primò*, *quod teſtes*, *part.*4.*deciſ.*323.*n.*22. verſ. *Nec obſtat allegata conſuetudo*, *part.*4.*t.m.*2. *& deciſ.*678. 2.

*num.*2.

n. 2. verſ. *Nec viſa eſt ſufficiens probatio. part.*4. *tom.*3.

3. Prætereа admiſſo etiã quod dicti teſtes probationem aliquam facere poſſent, adhuc non concludunt immemorabilem, dum non deponunt cum requiſitis, de quibus per gloſſ. *in cap.*1. in verbo, *Memoria, de præſcript. in* 6. nempe de 40. annis ante motam litem, quod non adſit initij memoria, & quod nihil viderint, aut audierint in contrarium, quam gloſſ. communiter ſequuntur ibi ſcribentes, & ſignanter Lap. & Franc. *num.*16. & eſt ab omnibus recepta, vt tradit Gabr. *pluribus relat. lib.*5. *tit. de præſumpt. concluſ.*1. *n.* 81. Couar. *in Reg. Poſſeſſor, p.*2. § 3. *num.* 7. Rebuff. *de decim. q.*13. *num.*99. Fontanell *de pactis nuptial. clauſula* 4. *gloſſ.*17. *part.*4. *num.*51. Illamque paſſim ſequitur etiam Rota, & ſignanter *in recent. deciſ.*248. *num.*2. verſ. *Et Domino*] *Epiſcopo, deciſ.*405. *n.*1. *part.* 4. coram Penia *deciſ.* 508. *num.*1. verſ *Nam primum*, & fuit reſolutum *in Pampilonen. decimarum de Vſurbil*, 1. *Iulij* 1648. coram R.P.D. meo Celſo, §. *Immemorabilis, & in Placent.* ſeu *Abulen. decimar.* 28. *Iunij* 1649. coram R. P. D. meo Peutingero, §. 1. *in fin.* provt idem quoque comprobat vtraq; deciſio emanata *in hac cauſa*, *vna ſub di* 3. *Iunij* 1643. coram R. P. D. meo Cerro, §. *Attamen contrarium:* & altera *ſub die* 14. *Decembr.*1648. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottobono, ſub §. *Neque obſtat immemorabilis.*

Repugnat inquã, ac impoſſibile omnino redditur, quod in propoſito caſu teſtes deponere poſſint de 40. annis ante motam litem, & ſic de primo requiſito. Quia cum dicta lis cœpta fuerit vſque de an.1582. neceſſe eſſet, quod teſtes tempore examinis; quod fuit de anno 1632. excederent centeſimum annum ad probandum immemorabilem, quam tamen ætatem pro inuerifimili omnino reputauit Rota *in deciſ. in hac cauſa emanata*, coram R. P. D. meo Cerro ſub §. *Sed ceſſat difficultas*, & quotidiana experientia docet ex hominibus pauciſſimos admodum, & fere nullos dictam ætatem atingere. 4.

Neque valet replicatio, quod lis tunc cœpta cum beneficiatis verteret ſuper iure viſitandi, deputandi Concionatorem, aſſiſtentiam præſtandi Abbati, quando accedit ad Eccleſiam celebrandi cauſa Miſſam ſolemnem, & ita ſuper iuribus omnino diuerſis à iure deputandi Vicarium, quod longè poſt in iudicium deductum fuiſſe præſupponitur. Quia cõtrarium omnino conuincitur 5.

ex

ex verbis expreſſis tam in ſententia lata per Serranum de d. anno 1582. *Summ. Abbatis n. 6.* quam in commiſſione executoriali in vim trium conformiũ ſuper vnione dictæ Eccleſiæ S. Ioannis eodem Summ. n. 10. ex iis namque cum clarè colligatur litem extitiſſe inter dictum Abbatem, & Parochianos ſuper iure deputandi Vicariũ, fruſtra allegatur cauſarum diuerſitas, Rota coram Merlino *deciſ.* 745. *num.* 71. verſ. *Ceſſátque motiuum.*

6. Deficit etiam ſecundum requiſitum immemorabilis. Quia conſtat de fundatione, & dotatione huius Eccleſiæ facta à Rege Nauarræ Sanctio, illiúſque ſucceſſiua donatione ad fauorem Abbatis, & Monaſterij S. Mariæ de Hyrache, & ſic de certo initio, quo ſtante ceſſat, & excludatur immemorabilis, cum hæc pro ſui eſſentia requirat, quod initij memoria non adſit. Molin. *de primogen. Hiſp. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 64. verſ. *in ſecunda ſpecie.* Rota coram Buratto, *deciſ.* 831. *n.* 6. verſ. *Nec aliqua præſcriptio, in recent. deciſ.* 14 *n.* 2. *par.* 1. & *deciſ.* 56. *n.* 18. verſ. *Quare cum conſtet part.* 7. & fuit dictum *in Toletan. decimarum de Cappilla* 4 *Iulij* 1640. coram R. P. D meo Bichio.

7. Redditur etiam impoſſibilis probatio immemorabilis ex defectu tertij requiſiti. Quia ſtantibus tot oppoſitionibus, litibus, & controuerſiis inter partes excitatis occaſione prætenſi iuris præſentandi ab œconomis, & Deputatis Parochianorum d. Eccleſiæ S. Ioãnis, inveriſimile omnino redditur Teſtes nihil vidiſſe, aut audiuiſſe in contrarium, cum tamen ad hunc effectum, vel ſolus rumor contrariùs ſufficiat, Adden. ad Sanct. mem. Gregorij X V. *deciſ.* 298. *n.* 13. vbi plures aliæ deciſiones cumulantur, & comprobat ſæpius allegata deciſio Eminentiſſ. D. Cardinalis Otthoboni, *ſub* § *imo quod fortius.*

Concordia autem inita ſub die 15. Martij anni 1538. quod eſt ſecundum fundamentum, cui Parochiani nituntur, & cuius virtute prætendunt ſibi ius competere circa nominationẽ Vicarij, minus ſuffragari viſa fuit, quia caret beneplacito Apoſtolico omnino neceſſario in tranſactione, ſiue in ea agatur de alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, ſiue de ſimplici remiſſione iuris Eccleſiaſtici iuxta *Extrauag. Ambitioſa, de rebus Eccleſ. non alien.* Bart in *l. Nulli, ff. de tranſact.* Quaranta in *compend. Bullar.* verbo, *Alienatio rerum Eccleſ. n.* 22. vbi *de ceſſione iurium, & actionum, & n.* 26. vbi *de iuribus.* Molin. *de contract. tract.* 2. *diſp.* 465. *n.* 2. Redoan. *de rebus* 8.

rebus Eccleſ. ı *on al en. cap.* 10. *num.* 12. *&* 18. Prix. Archiep. Neapolit.*cap.*75.*n.*1).*&* 20. Federic. de Sen. *conſ.* 94. Aym. *conſ.* 323. *ſub numer.* 1. verſ. *dico quod Pralatus*, Rebuff. *de alienat.rerum Eccleſ. nu n.*66. Rota *in recent.deciſ.*241. *num.*10.verſ. *& ideo prodeſſe non poteſt*, *par.*4. *tom.*2. & *deciſ.*304.*n.*10. *part.*7. & conſequenter dicta Concordia tamquam nulla ligare non potuit Eccleſiam, prout nec etiam ſucceſſores in ea, *Cap. Veniens, de tranſact.* gloſſ. in *cap. ex multiplici*, in verbo, *eandem, de decimis*, Abbas, *conſ.*56.*num.*2. *lib.*1. Rota coram Martino Andrea *deciſ.*48.*n.* 15. & *in Marciſen. Iuriſdict.* 11. *Decembr.* 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

9. Nihil refragan. præſumpto beneplacito Apoſtolico, deſumpto ex lapſu temporis: quia vltra quod talis præſumptio remanet hodie ſublata ex Conſtitutione Sanct. mem. Vrbani VIII. edita de anno 1641. de qua Rota *in Barchinonen.exemptionis*, 13. *Iunij* 1646. coram Eminentiſſ. D. Cardina. Otthobono, §. *Tum quia verſ. & demum.* & *in Tiburtina affictus*, 19. *Iunij* 1648. & *in Leodien. dominiorum*, 25. *Iunij* 1649. §. *prater quod oppoſitiones* coram eodem *Rauenaten.domus* 14. *Iunij* 1649. coram Reuerendiſſ. Tarraconenſi, & *in Cracouien. diſmembrationis decimarum* 3. *Iunij* 1650 coram R. P. D. meo Veroſpio. Ceſſat etiam ex alia ratione, quæ eſt quod ad dictam præſumptionem inducendam, vltra lapſum temporis, requireretur probatio obſeruantiæ indiuidualis reſpectu pacti contenti in dicta tranſactione, videlicet quod præſentationes fieri deberent à Parochianis coram Abbate. Alex. *in l. qui aliena*, *in* ſ. *ff. de acquirend. hæredit.* Anchar. *conſ.*136. Rota *in recent.dec.*694. *n.*1. *par.* 1. Add. ad Greg. *deciſ.*354 *n.*18. verſ. *Aduertendum*, coram Merlino, *deciſ.*638. *n.*4. v. *Neque lapſus & in recent.*176. *num.* 45. *p.* 5. *verſ. Neque in hoc caſu.* Et plena circa hoc requiritur probatio, cum non ſufficiat præſumptiua, & coniecturata, Mareſc. *Var. reſol. lib.*1. *cap.* 14. *num.*13. *&* 14. Rota *in Burgen. ſeu nullius iuris viſitandi*, 14. *Iunij* 1647. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. §. *Nec pariter obſtat*, *in fin.* & *in Cracouien. diſmembrationis decimarum*, 3. *Iunij* 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Huiuſmodi autem obſeruantia nedum probata non fuit, 10. vt imo illa potius excludatur ex litibus, appellationibus, & controuerſiis, quæ inter ipſaſmet partes extiterunt, & ex actibus difformibus, de quibus deponunt etiam proprij teſtes examinati ad inſtantiam Pa-

 rochiano

rochianorum:ipſi enim teſtantur, Vicarios à Parochianis pro tempore nominatos de conſenſu ſolius Epiſcopi abſque vlla Abbatis S. Mariæ de Hyrache approbatione admiſſos fuiſſe, atque adminiſtraſſe, quod omnino repugnat diſpoſitioni concordiæ, quæ ex expreſſo, & ſpeciali pacto in ea appoſito, approbationem, & examen Abbatis requirit. Vltra quod de inobſeruantia, imo contrauentione expreſsè etiam conſtat ex inſtrumentis conuentionum, & mandatorum procuræ factorum à Parochianis pro ſuſtinen. huiuſmodi lite, tamdiu agitata ſuper iſto iure præſentandi, ex qua etiam contrauentione recte infertur ad priuationem commodi dictæ concordiæ, tam inſpecto iure communi, ſecũdum quod quis non debet iuuari ea re, quam expreſsè impugnat, *l. ſi quis maior*, vbi gloſſ. in verbo, *Priuatus, C. de tranſact.* quam attento pacto ſpeciali reſolutiuo in caſum contrauentionis content. in eodem inſtrumẽto Cõcordiæ, cuius vigore illa reddita prorſus fuit inefficax, *l. voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.* Menoch. *conſ.* 26. *n.* 4. *&* 33. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 77. *num.* 7. *lib.* 3. Eugen. *conſ.* 29. *ſub numero* 32. verſ. 2. *monet. lib.* 1. Gratian. *diſceptat. foren. capite* 308. *ſub numero* 4. verſ. *maxime ſtante.*

Non obſtant deciſiones editæ coram R. P. D. meo Peutingero ad fauorem Parochianorum ſuper manutentione iuris præſentandi; quia illæ emanauerunt in iudicio poſſeſſorio, in quo mera facti inſiſtentia attenditur, Rota *in Cathacen. hereditatis*, §. *& ex huiuſmodi inſiſtentia*, coram R. P. D. meo Cerro; at hic agitur in iudicio petitorio, in quo ius, & non factum diſcutitur, & petitorium nihil commune habet cum poſſeſſorio, *l. Naturaliter*, §. *Nihil commune*, *l. p. minorem*, *ff. de acquirend. poſſeſſ. l.* 1. §. *huius autem*, *ff. vti poſſid.* Rota *deciſ.* 313. *n.* 10. *p.* 4. *recent.* Put. *deciſ.* 166. *num.* 3. *lib.* 1 & probationes, quæ ſufficiunt pro manutentione, non ſatisfaciunt ad obtinendum in petitorio, cum longe leuiores probationes requirãtur in poſſeſſorio, quam in petitorio, ex pluribus cumulatis per Modern. de Manutention, *obſeruat.* 38. *n.* 1. *& ſeqq.* 11.

Vlla neque vis fieri poteſt in præſentationibus factis per Parochianos ante concordiam, quia cum illæ appareant factæ per viam ſimplicis petitionis, & admiſſæ fuerint ab Abbatibus ad preces, & ſupplicationem Parochianorum, non concludunt ius aliquod coactiuum, & obligatorium, ſed perſuaſiuum 12.

ſiuum tantum, & ſimplicem quandam honorantiam,& prærogatiuam nominandi Vicarium gratum, & beneuolum, Archidiac. *in cap. Hortamur* 71. *diſtinct.* Abbas *in cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachor. & in cap. Venerabilis,de except.* Gemin. *conſil.* 45. *num.*4. Dec. *conſil.*134. *n.*3. verſ. *Poſtremò* Rota coram Caual. *deciſ.* 419. *num.* 3. verſ. *& licet*, & firmauit Rota *in 2. deciſione in hac cauſa* emanata coram R. P. D. meo Cerro, §. *Nec refragantur multæ nominationes.*

13. Neque aliæ præſentationes factæ à Parochianis de *annis* 1597. *&* 1607. atque ita poſt initam concordiam habitę fuerunt in aliqua conſideratione tanquam factæ poſtquam lis præcedenter iam introducta fuerat ſuper iure præſentandi, quæ conteſtata demonſtratur vſque de anno 1582. Rota *in Meleuitan. Parochialis 26. Maij* 1651.coram R. P. D.meo Cerro, §. *Non obſtat, & in Aquilanæ Iuriſpatr.* 18. *Iunij* 1649. §. *Pendentia autem*, coram me.

14. Et tanto magis DD. inclinarunt pro confirmatione præcedent. ſententiarum,ad fauorem Abbatis, & Monaſterij, quia vt ſupra dicebatur, d. Eccleſia S. Ioan.de Stella fuit mediante donatione,liberè,& abſque reſeruatione alicuius ſeruitutis facta à Rege Sanctio, qui eam fundauerat,vnita Monaſterio S. Mariæ de Hyrache, atque ita cum hodie agatur de dicta Eccleſia pro Regulari habita, præſentationes factæ à Parochianis, remanent deſtitutæ omni titulo, cum prætenſum iuſpatronatus non poſſit habere locum in Eccleſia Regulari, niſi quatenus doceatur de priuilegio Apoſtolico, ſine quo illud non acquiritur, iuxta text. *in cap. Nobis, de iurepatron.* Mohed. *deciſione* 10. *num.* 5. verſ. *Ratio eſt, eod. tit.* Rota *in recent. deciſ.* 29. *num.* 9. verſ. *Quod tanto magis, part* 7.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. MERLINO.

Dertuſen. Vicariæ Lunæ 22. *Aprilis* 1624.

DECISIO XXI.

FIrmato in hac cauſa die 18. Maij 1622.coram Reuerendiſſ. D. meo Caualerio Vicariam perpetuam Eccleſiæ Parochialis de Beniana, de qua agitur, fuiſſe vnitam menſæ Capitulari Dertuſen. adeo vt cura habitualis tranſlata fuerit in Capitulum, & in Vicarium curæ dũtaxat exercitium. Quæ Vicaria & aliæ quatuor nimi-

R. Hanc habes in Poſt. de Manutenẽdo, dec. 186. & illam citat Rota coram Cerro, infra deciſ. proxima, n. 91

rum de Almaſora, de Villareal, de Calaiſit, & de Villafarnes, etiam vnitæ ad inſtar illius de Beniana fuerunt poſtea de amouibilibus effectæ perpetuæ ab Ordinario, in viſitatione, vt apparet ex tenore ipſarum erectionum. Et firmato etiam in eadem deciſione, quod ſtantibus vnione, ac erectione prædictis, prouiſio illius Vicariæ de Boniana non debeat fieri per concurſum, ſed ad electionem, & nominationem Capituli cũ approbatione Ordinarij, *iuxta Conſtitutionem Sanct. memo. Pij V. in Bullario nouo, in ordine* 47. viſum fuit Dominis annuere petitioni Illuſtriſſ. D. Cardinalis Epiſcopi, qui prætẽdens ſe exiſtere à diuturno tempore, in quaſi poſſeſſione conferendi Vicarias prædictas liberè per concurſum iuxta formam prouidendi Parochiales Eccleſias aſſignatam in S. Conc. Trident. *Seſſione* 24. *cap.* 18. *de reformat.* inſtabat ad euitandas nouas lites, & controuerſias, quæ poſſent oriri vbi contingeret lite pendente vacatio alicuius ex ſupradictis Vicariis diſputari dubium, An ſibi dandum eſſet mandatum de manutenendo. Quo dubio per me hodie propoſito, fuit reſponſum negatiuè.

2. Nam quamuis probetur per quamplures collationes effectuatas tum in Vicaria de Beniana, tum etiam in aliis quatuor, Epiſcopum ſolitum fuiſſe illas conferre liberè per concurſum, nulla ſpectata electione, ſiue nominatione Capituli; attamen hæc prætenſa quaſi poſſeſſio ſibi non ſuffragatur ad effectum manutentionis, ex quo dicta Conſtitutio Pij V. §. 4. incipit, *Volumus*, non exigit concurſum in his Vicariis, licet habeant curam actualem animarum, ſed mandat Vicarios huiuſmodi perpetuos deputari, ad electionem, & nominationem illorum, quorum Eccleſiis factæ ſunt vniones, cum approbatione tamen Ordinarij, & præuio examine. Quæ Conſtitutio ſeruanda eſt, quia dat formam, & præceptum præciſum, ibi: *Volumus inſuper, & ita mandamus*, & quia eſt poſterior per quatuor annos S. Concilio Trid. vt bene refert, & notat Gonzal *ſuper reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 4. *n.* 53. & in dicta Conſtit. adeſt decretum irritans, cum clauſula, *ſublata*, quod decretum inficit, nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem. *Cap. ſi eo tempore, de elect. in* 6. Gabr tit. *de reſtitut. ſpoliator. concl.* 5. *num.* 49. Caputaq. *deciſ.* 325. *num.* 2. *p.* 1. & *deciſ.* 345. *num.* 2. *p.* 3. Bellemen. *deciſio.* 535. Rota *deciſ.* 3. *per tot. de reſtitut. ſpoliat. in nou.* & *deciſio* 17. *num.* 2. *eodem tit. in antiq.* &

& *deciſ.*613.*n.7.p.1.recent.* & in punćto, dićtum fuit *in Vlisbonen. concurſus* 1.*Iunij* 1615. coram R. P.D.meo Remboldo, *quæ eſt inter recent. dec.*710.*n.*6.*p.*2. & *in Barchinonen. Vicariæ* 9. *Decembris* 1616. coram R.P.D. meo Buratto.

3. Maximè cum decretum prædićtum irritans ſit appoſitum in illa Conſtitutione per viam legis generalis, ſicuti decreto appoſito in regula reſeruatoria, eſt, *deciſio Caſſad.* 1. *num.* 1. *per tot. de reſtitut. ſpol.* Put. *dec.*190. *num.* 5. *lib.* 3. Mohed. *deciſ.*15. *num.*1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rota *deciſ.* 510. *n.*5. *& dec.* 633. *num.*3. *&* 4. *lib.*3. *part.*3. *diuerſ.* cum aliis relatis per Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gloſſ.* 31. *num.* 8. *& gloſſ.*67. *num.*29. & Rota coram R. D. meo Decano, *deciſ.* 51. *num.*2. *in eius impreſſ.*

4. Nec dubitari poteſt quin decretum irritans ſit iuſtificatum, cum apertè legatur in Conſtitutione Pij Papæ V. emanata ſuper Vicariis Eccleſiarum vnitarum, nec non de vnionibus Parochialium factis Capitulo, & erećtionibus earundem poſtea ſequutis in Vicarias perpetuas, cum expreſſa relatione ad dićtam Conſtitutionem optimè conſtet ex publicis inſtrumentis, quæ faciunt probationem probatam, & manifeſtam, Bald. *in l. Quoties, in fin. Cod. de iudic.* Dec. *conſil.*36.*n.*2. Roland. *conſil.*9. *num.*26. *lib.*1. Caputaq. *deciſ.* 421. *num.*1. *part.*2. & fuit dićtum *in Terracinen. Dotis* 1. *Decembr.* 1614. coram R. P. D. meo Veroſpio, *& in Bononien. Pecuniaria*, 3. *Aprilis* 1615. coram R.P.D. meo Vbaldo.

Nec obſtat allegatus conſenſus Capituli, ex eo dedućtus, quod Epiſcopus vſque modo contulerit Vicarias prædićtas ſolo præcedente concurſu. Nam reſpondetur, quod cum ſit in facultate Capituli, ad quod ſpećtat nominatio Vicarij, nominare vnum ſolum, qui præuio examine admittatur, recepta inſtitutione authorizabili, ſeu collatione ab Epiſcopo, vel nominare plures inter quos fiat concurſus, & eligere idoneiorem, aut permittere quod vocentur concurrentes, vt deinde nominet approbatum pro magis digno, ex non vſu huiuſmodi facultatis, ſiue permiſſione, quod fieret concurſus, non poteſt dici Epiſcopo acquiſita quaſi poſſeſſio iuris negatiui, quod Capitulum non poſſit nominare aliquem, cui extra concurſum fiat prouiſio cum ſolo examine Epiſcopi, ad doćtrinam Bart. *in l. Quominus*, *num.* 27. *ff. de flumin.* Surd. *conſil.*127.*n.*81. *&* 82. Dec. *conſil.*175. *ſub num.*6. *verſ. Prætereà licet*, Roland *conſil.*53. 5.

*ſil.*53. *num.*38.*lib.*1.Calder.*conſil.*3.*in fin.de conſuetud.*Menoch. *de arbitr.caſ.*160.*num.*6.*& ſeqq.* Theſ. *deciſ.* 16.*n.*3.*in fin.* Rota *diu. deciſ.*778. *num.*5.*part.*1. *inter recent. deciſ.* 536.*ſub num.*4. idem coram Sanct. mem. Gregor.XV. *deciſ.*162. *num.*10. coram R.D. meo Decano in eius impreſſ.*deciſ.*402.*num.*10.& coram me *in Pampilonenſi iuris viſitandi* 15. *Martij præteriti.*

6. Præſertim quia non probatur nominationẽ aliquam Capituli ad Vicarias prædictas fuiſſe reiectam ab Ordinario, & ita deuẽtum fuiſſe ad actum prohibitionis, ſeu contradictionis, cum ſubſecuta acquieſcentia Capituli, prout requiritur ad effectum vt amittatur ius, ſiue priuilegium, & inducatur contraria quaſi poſſeſſio in facultatiuis, Franch. *in cap. Significante, num.* 3. *de appellat.* Felin. *in cap. Paſtoralis, num.* 5. *de offic. Ordinar. in l. Qui luminibus, num.*2. verſ. *ſed tamen, ff. de ſeruit. Vrban. præd.* Crauett. *conſil* 111. *num.*22. Surd. *d. conſil.* 127. *num.* 21. *&* 22. Afflict. *deciſ.* 388. *n.*2. Rota apud Cardinal.Seraph.*deciſ.*1086.*num.*6. *inter recent. deciſ.*530.*n.*2. *&* 3. *part.* 2.*in Calagurritana de Loqueto* 30.*Aprilis* 1593.coram Giptio, *& in Reatina Barchæ* 23. *Ianuarij* 1617. coram R.P.D. meo Buratto.

7. Et quatenus etiam probationem huiuſmodi prohibitionis cum acquieſcentia Capituli præſtitiſſet Epiſcopus; attamen Domini reſpondebant, inde non aliud inferri poſſe niſi errorẽ tam Epiſcopi, quam etiam Capituli falsò putantium tales Vicarias eſſe de iure patronatus Eccleſiaſtico ipſius Capituli, quo caſu fuiſſent quidem conferendæ per concurſum. Verum cum de tali iure patronatus numquam conſtiterit, nec hodie etiam conſtet, ſed de ſimplici vnione Eccleſiarum Parochialium facta Capitulo cum facultate nominandi Vicarium iuxta Conſtitutionem Pij V. non potuit hic error conſtituere Epiſcopum in legitima, & manutenibili quaſi poſſeſſione conferendi Vicarias prædictas liberè per concurſum, non expectata nominatione Capituli, gaudentis priuilegio nominandi. Actus enim erronei carere dicuntur conſenſu, atque ſcientia, & patientia errantium. *l.Nihil conſenſui*, §. *Non videntur, ff. de regul. iur. l. Si per errorem, ff. de iuriſdictio. omni. iudic. l.*2.*ff. de iudic.* ſine qua ſcientia, & patientia in incorporalibus non acquiritur quaſi poſſeſſio, Doctores, *in cap. Cum Eccleſia Sutrina*, vbi Abbas, *num.* 25. & Rip. *num.* 64. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Bart *in l.fin. num.4.ff. vt poſſid.* Bald. *in l.2.per illum text. n.* 24. *C. de ſeruit.& aq.* Afflict *dec.*67. *num.*1.Cardin. Seraph. *dec.*436. *num.*3. *& deciſ.*637.*num.*5. & in his terminis hanc reſponſionem amplexa eſt Rota in allegata *Vlisbonen. concurſus* 1. *Iunij* 1615. coram R. P. D. meo Remboldo, quæ eſt *deciſ.*710. *num. 6. part. 2. recent. & in hac cauſa die* 18. *Maij* 1622. coram R. D. meo Caualerio.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R.P. DOMINO CERRO,

Reatina Vicariæ. Veneris 28. *Iunij* 1647.

DECISIO XXII.

1\. POſtquam ad fauorem Canonicorum, & Capituli Reatini ipſis ſolum informantibus, reſolutum fuit conſtare de attentatis, & apponendum eſſe ſequeſtrum, repropoſita cauſa, informantibus etiam Reuerendiſſ. D. Epiſcopo, & Petro Scoſa in Vicarium electo, DD. ex iiſdem fundamentis ſteterunt in deciſis. Quo enim ad D. Epiſcopum, dum Vicaria de qua agitur, vnita fuit Cathedrali Eccleſiæ Reatinæ, non erat locus concurſui, ſed inſtitutio fieri debebat ad electionem, & nominationem Capituli, & Canonicorum cum approbatione Ordinarij, vt latè firmatur in alia deciſione, & plenius *in Barchinonen. Parochialis, ſeu Vicariæ*, 10. *Februarij* 1645. coram R.P.D. meo Corrado, §.*ex quibus infertur.* Ideóque indicto concurſu, licuit illis appellare, vt reſponſum fuit *in Gerunden. Vicariæ* 3.*Iunij eiuſdem anni*, coram R.P.D. meo Bichio, §.*in caſu autem noſtro*, & conſequenter tam ipſa electio, quam omnia geſta poſt interpoſitam appellationem ſunt omnino attentata, *Cap. non ſolum, de appellat. in* 6.

Nec ſubſiſtit quod appellatio interpoſita die 23. Nouembris 1646 fuerit ſolum verbalis proteſtatio de appellando facta per Procuratorem fiſcalem Curiæ Epiſcopalis, non autem formalis appellatio. 2.

Suppoſitum enim corruit ex facto, quia appellatio non fuit interpoſita à Procuratore fiſcali, ſed ab iiſdemmet Archidiacono, & Canonicis, nec fuit ſolummodo verbalis proteſtatio, ſed vera, & realis appellatio, vt vtrumque iuſtificatur ex tenore illius, ibi: *die* 23.*Nouembris* 1646.*pro Illuſt.& RR. Archidiacono, Canonicis, & Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Reatinæ, contra, &c. comparuerunt iiſdem, & ſaluis, &c. proteſtantur de appellando* 3.

*lando ; provt quatenus, & c. ex nunc appellant ad S. D. N. eiúſque Sanctam Sedem Apoſtolicam Sacrámque Congregationem,omnéſque alios iudices, &c.*Sum. Capituli præteritæ poſitionis, n.9.

4. Quod autem appellãtes eodem inſtanti non petierint ſibi de Apoſtolis reſponderi, nihil releuat, dum huiuſmodi reſponſionem petierunt, & habuerunt die 6. Decembris ſequentis, quo iterum appellarunt. d. Sum. n.10. neceſſarium enim non eſt de Apoſtolis reſponſionem petere in ipſo actu appellationis,dummodo petatur infra triginta dies, qui eſt terminus iuris,iuxta claram diſpoſitionem tex.*in l. iudicibus, C. de appellation.*Bart.in *l.*1.§.*libelli,n.8.ff.eod.* gloſſ.in *cap.ab eo*, in figuratione caſus verſ.*ſed vtrũ,* ibique Archidiaconus,*n.*1. Gemin.*n.*1.& Franc.*pariter num.*1. *eod.tit.in* 6.Specul.*tit.de Apoſtol. lib.*4.*n.*15.Ioan.Ferrar.*de Appellat.lib.*2.*cap.*6.*n.*143. *inter tract. magn.tom.*5.*fol.mihi* 69.Scaccia *eod.tract.lib.*3.*cap.*2.*q.*13. *artic.*4. *num.*38. Rota *deciſ.* 50.*ſub. n.*3. verſ. *Sed quoad Apoſtolorum* de Apellat.in nou.

5. Non obſtat quod præfata appellatio fuerit ſolum extraiudicialis,& quod deſuper nulla fuerit impetrata commiſſio appellationis,ſed commiſſa ſolum cauſa iactationis, & iactationum ſuper iure eligendi, & nominandi Vicarium.

Quia cum electio facta fuerit contra appellationem, & poſt illius interpoſitionem, & vlterius de ea D.Epiſcopus notitiam habuerit,vt apparet, nedum ex decreto de illam inſinuando Procuratori fiſcali ſub dicta die 23. Nouembris, ſed etiam ex reſponſione de Apoſtolis ab ipſo data ſub dicta die 6. Decembris vtique fuit manifeſte attentata quamuis appellatio fuerit extraiudicialis, vt pex text. *in Clement. cauſam de electio.* ibi: *Tunc demum ad Sedem eandem deuolui cenſemus, cum in appellati,aut Procuratoris eiuſdem in ipſa cauſa ſpecialiter conſtituti præſentia interpoſita fuerit, aut eorum alteri infra menſem, & c.legitimè intimata.* diſtinguendo tradit Lancellott. *de Attent.par.* 2. *cap.*12. *limit.*3.*num.*11.& 12. & 25.*cum ſeqq.* & firmauit Rota *in d. Gerunden.Vicariæ coram R.P.D.meo Bichio,*§.*eſto itaque.* 6.

Et hinc facile ceſſat, quod dicitur non fuiſſe commiſſam cauſam appellationis huiuſmodi, quia cum in tantum fuerit appellatum ab indicto concurſu, in quantum illius indictio implicitè continebat electionem non ſpectare ad Capitulum, commiſſio iactationis, & iactationũ continens in ſpecie 7.

hunc

hunc articulum, ibi: *Licet ad oratores ſpectet ius præſentandi, nominandi, & eligendi Vicarium.* &c. bene ſuffragatur, cum præſertim habeat in ventre clauſulam quam, & quas, cum omnibus incidentibus, annexis, & connexis, quæ operatur comprehenſionem omnium in progreſſu cauſæ in litem deductorum. Sarn. *in Reg. de infirm. reſign. quæſt.* 34. *num.* 4. Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 200. *n.* 63. & dictum fuit *in nullius de correctis*, 13. *Nouembr.* 1587. coram Comitulo impreſſ. poſt eundem *dicta part.* 1. *fol.* 231. *num.* 1. *in Romana pratenſi ſpolij*, 2. *Iunij* 1614. coram bon. mem. Cardinali Veroſpio poſt Pacific. de Saluia. *deciſ.* 68. *num.* 12. & Cæſarauguſtana diſtributionum ſeu Attentator 26. Iunij 1645. coram me, §. *Quod eo fortius, cum ſeq.*

8. Nec minus euitari poſſunt hæc attentata eo ſub prætextu quod D. Epiſcopus ſit in quaſi poſſeſſione conferendi hanc Parochialem per concurſum ex vacatione ſequuta an. 1608. *eius ſummar. num.* 2.

9. Quia præter quod vnicus præfatus concurſus non fuit pacificus, ſed à Capitulo acriter controuerſus, vt ex copia appellationis tranſmiſſa in calce reſponſionis; cum ex latè deductis in alia deciſione, clarè conſtet de vnione allegata quaſi poſſeſſio ſuffragari non poteſt, ob reſiſtentiam decreti irritantis appoſiti in Conſtitutione S. mem. Pij V. inficientis titulum, & quamcumque poſſeſſionem, vt in his terminis reſpondit coram bo. me. Burat. *deciſ.* 274. *ſub num.* 8. verſ. *Tum etiam quia*, coram Card. Caualer. *deciſ.* 595. *ſub num.* 4. *& ſeq.* verſ. *Neque viſum fuit obſtare, in recent. deciſ.* 710. *num.* 6. verſ. *Nec denique viſus fuit*, *p.* 2. in Dertuſen. Vicariæ, coram bon. mem. Merlino, apud Poſth. *de manuten. deciſ.* 168. *num.* 4. *cum alijs in Pampilonenſi Vicariæ de Stella* 16. *Iunij* 1642. §. *Et in omnem caſum*, coram me. *& in dicta Barchinonen. Parochialis, ſeu Vicariæ, coram R. P. D. meo Corrado*, §. *Nec obſtat*, quod de anno.

Collationes vero Apoſtolicæ de anno 1629. & 1636. *eod. Summario, num.* 3. *&* 4. non merentur allegari, cum non ſint aptæ immutare ſtatum beneficij, niſi concurrant quadragenaria, animus, & intentio Pontificis illum immutādi, & ſcientia, & patientia illorum, qui ex hac ſtatus mutatione præiudicium recipiunt; quæ tamen omnia hic penitus deſunt, vt notant Canoniſtæ, *in cap. cum qui beneficium, de Prabend. in* 6. tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 4. 10.

quæſt. 34. *n.* 45. *cum plurib. ſeqq.* & dixit Rota *in recent. dec.* 368. *num* 4. *part.* 2. cum aliis per Adden. ad S. mem. Greg. *dec.* 434. *n.* 10. Idque multo minus cum factæ fuerint per viam reſignationis, vt firmauit Rota *dec.* 360. ſub *num.* 14. verſ. *quæ ſane prouiſio, ead. part.* 2. *recent.* & latius *in Lucana Iuriſpatronatus* 29. *Ianuarij* 1644. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, §. *Non obſtant.*

11. Quo vero ad Petrum Scoſſam electum, Domini pariter ſteterunt in deciſis, dum enim poſſeſſionem apprehendit die 14. Decembris 1646. & ſic in ſpretum inhibitionis Rotalis ſibi antecedenter perſonaliter præſentatæ, ſcilicet die 11. eiuſdem, nullo pacto à vitio attentatorum meretur excuſari iuxta ſententiam, quam perpetuo tenuit Rota *in deciſionibus ibidem relatis.*

12. Nec ſuffragatur quod in commiſſione, cuius vigore emanauit inhibitio, ipſe nominatus non fuerit.

13. Quia cum ea non ſit reſtricta ad certas perſonas, ſed concepta cum clauſula, *omnéſque alios*, &c. ipſe etiam in ea dicitur comprehenſus, eiuſque vigore citari, & inhiberi potuit perinde ac ſi ſpecialiter ibidem nominatus fuiſſet, ad tradita per Abb. *in cap. veniens, il ſecondo, num.* 8. *de teſtibus*, Put. *deciſ.* 24. *de iudic.* S. memor. Gregor. *deciſ.* 94. *num.* 3. bo. mem. Coccino *deciſ.* 380. *ſub num.* 5. verſ. *Minus etiam facit.* Rota *in Rom. deuolutionis domus, Iul.* 1620. coram bon. mem Merlino poſt modern. *de manuten. deciſ.* 243. *n.* 6. & nuperrimè *in Vercellen. Prioratus* 25. *Februarij proximi prateriti*, coram R. P. D. meo Peutingero, §. *Non obſtat, & in Romana fideicom. de Marianis* 11. *Martij proximi prateriti* coram R. P. D. meo Roxas, §. *Nihil obſtat, quod in d. cum ſeq.*

Quod autem dicitur de ſubreptione ob non factam mentionem ſuæ prouiſionis Apoſtolicæ, Domini non habuerunt in conſideratione, provt non habuit ſignatura iuſtitiæ, quæ addita pro reformatione, nihil reſcripſit, vt in reſponſione facti pro Capitulo. 14.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. BVRATTO,

Foroliuienſis Parochialis Veneris, 15. *Maij*, 1626.

Decisio XXIII.

Concurrentibus ad Parochialem, de qua agitur, per obitum Vngarelli de menſe Octobris, 1623. Oliuerio prouiſo Apoſtolico, tanquam de reſeruato ratione menſis, & 1. Illam habes apud Tamburin. de iure Abbatum.

Remigio.

tom. 3. diſp. 9. q. 13. fol. 192. Remigio Monacho Vallis vmbroſæ ad eiuſdem curam deputato per Abbatem S. Mercurialis. Poſt deputationem ſuper manutentione 14. Martij, 1625. in qua Rota mandauit, appoſito ſequeſtro, videri de bono iure. Propoſui hoc dubium, & Domini dixerunt, conſtare de bono iure Remigij.

2. Moti, quia viſum fuit, Eccleſiam S. Antonij, & ſic dictam Parochialem eſſe de menſa Monaſterij S. Mariæ de Flumana, vniti Monaſterio S. Mercurialis; & ideo ceſſare reſeruationem Regulæ octauæ; ſed etiam in menſe reſeruato Monaſterio competere præſentationem, & Epiſcopo inſtitutionem, iuxta Conſtitutionem fel. rec. Pij V. ad *cap. 1. de Capell. Monach.* Gonzal. *ſuper reg. de menſa, gloſſ.* §. 3. *num.* 59. & Rota *in Vliſbonen. iuris conferen.* coram Litta, *quæ eſt deciſio* 202. *p.* 1. *in recent. & in alia Vliſbonen.* relata per Gonzal. *vbi ſupra*, & *in Iacen. Vicariæ*, coram me, *quæ eſt* 704. *part.* 2. *recent.* Dec. Littæ, ſupra la 7. Alia Vliſbonen. ſupra la. Iacen. ſupra la 5.

3. Eſſe autem de menſa, probatur ex inſtrumento antiquiſſimo permutationis anni 1237. inito inter Epiſcopum Foroliuienſem cum conſenſu Capituli; & Abbatem Monaſterij de Flumana cum conſenſu Monachorum, in quo Abbas dedit Epiſcopo Eccleſiam S. Petri in Arcu, & recepit ab eo Eccleſiam S. Antonij cum clauſulis ampliſſimis tranſlatiuis iurium, ibi: *Cum pleno iure, cum decimis, poſſeſſionibus, iuribus, tam temporalibus, quam ſpiritualibus dictæ Eccleſiæ competentibus, ad inſtituendum, deſtituendum, & quidquid in perpetuum placuerit, faciendum: & quod licitum ſit ponere, confirmare, inſtituere, & deſtituere, & quod Epiſcopo licitum non ſit, habere inſtitutionem, correctionem, viſitationem, ſeu examinationem, & omnia iura temporalia, & ſpiritualia Epiſcopus Abbati conceſſit, nullum ius reſeruando, quod ad legem diœceſanam iuriſdictionis, & Ordinis pertinere poſſit*, &c. Per quas clauſulas dubitari non poteſt, Eccleſiam S. Antonij pleno iure ſpectare ad Monaſteriũ de Flumana. Gloſſ. *in Clement.* 1. in verbo, *Ad menſam, de exceſſib. Prælat. ibi.* Imola, Anchar. *vterque, num.* 16. Vitalin. *num.* 10. Zabarell. *num.* 3. & notant omnes *in cap. de Monachis, de Præbend.* Rota *in Vrgellen. Parochialis de Oſſeija*, 17. *Nouembr.* 1603. coram Cardin. Pamphilio, *& in dicta Iacen.* Vicariæ coram me.

Effectuatio autem dictæ permutationis viſa fuit Dominis indubitata. Primò; ex eo, quod Monachi de Flumana acceſſerunt ad habitandam Eccleſiam 4.

S. Antonij, per quem acceſſum dicitur capta poſſeſſio. Afflict. *deciſ.* 267. *num.* 1. *&* 2. *in principio.*

5. Et licet tranſlatio Monachorum fuerit per ſententiam anni 1255. declarata nulla, vti ſequuta ſine auctoritate Præſidentis Vallis-vmbroſæ; tamen iſta ratio non tollit effectuationem permutationis, & quod non acceſſerint, & habitauerint, tanquam in Eccleſia propria, vt ſupra acquiſita.

6. Secundò, ex deputationibus in ea factis per Abbatem pro tempore. Primò de Monachis; nempe Don Benigno 16. Octobris 1500. & deinde D. Paulo per reſignationem Don Benigni, *in Summario, num.* 3. quæ cum ſint antiquiſſimæ, etiam ſine effectuatione releuant, vt dicitur de antiquis locationibus, quæ probant poſſeſſionem. Aym. *conſil.* 54. *n.* 11. cum aliis adductis per Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 54. & faciunt allegata *in Lancianen. Archipresb.* 2. *Maij*, 1616. coram me. Secundò, de Clericis ſæcularibus, vt ex quatuor deputationibus, nempe 22. Ianuarij, & 24. Februarij 1564. 8. Ianuarij, & 11. Aprilis, 1584. quæ durauit vſque ad præſentem, *in Summario, num.* 4.

7. Et licet non conſtet de deputationibus medio tempore ab anno 1565. vſque ad annum 1584. illæ tamen præſumuntur, probatis extremis, & non docto de contrario ſtatu. Rota *deciſ.* 545 *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* cum aliis adductis *in dicta Lancian. & Ianuen. Abbatiæ* 13. *Iunij* 1625. coram me.

Tertiò probatur etiam effectuatio ex Decreto, & declaratione Epiſcopi 12. Aprilis, 1584. dictam Eccleſiam S. Antonij eſſe de iuribus Abbatiæ S. Mercurialis, & collationem ſpectare ad Abbatem, & collationem ab eo factam in perſonam Vngarelli fuiſſe nullam, remittendo eundem ad Abbatem, vt ab eo collationem, & poſſeſſionem legitimè reciperet, prout præuia renuntiatione collationis Epiſcopi, collationem & poſſeſſionem ſolenniter cum interuentu, etiam Monachorum, recepit, *vt in Summario, dicto num.* 4. & vſque ad obitum continuauit. 8.

Ex quibus, vbi etiam dubitari poſſet de fide inſtrumenti dictæ permutationis ex eo, quod non conſtet de validitate primi tranſumpti anni 1274. à quo dicitur ſumptum anni 1449. ad inſtantiam recol. mem. R. P. D. Ludouici de Ludouiſiis Bononien. tunc Rotæ Romanæ Auditoris, & Vicarij Proſperi Cardin. Columnæ, Commendatarij Monaſterij de Flumana, 9.

mana, cum tamen ſimus in antiquiſſimis, adhuc ex dicta obſeruantia ei fides daretur. Cyn. *inter conſ. Bald. conſ.* 400. *num.* 5. *lib.* 4 Bald. *conſ.* 101 *num.* 4. *lib.* 1. *&* 274. *lib.* 2. Fab. de Anan. *conſ.* 88. Maſtrill. *deciſ.* 43. *n.* 6. Rota *in Amonitana de Fanellis*, 21. *May*, 1618. coram bon. me. Vbaldo, & *in Foroliuien. cenſus*, 14. *Iunij* 1613. & *in Beneuentana Domus*, 28. *Aprilis*, 1617. coram me.

10. Non obſtat, quod D. Remig. dictam Parochialem, vti vacantem, obtinuerit in titulum perpetui Rectoris quia debet intelligi de vacatione de facto, non autem de iure, vt confeſſio præiudicet minus quam fieri poſſit. *l. ſi quis intentione, de indic.* & in beneficialibus datur multiplicatio titulorum. Caſſad. *deciſ.* 5. *num.* 5. *ſuper Reg.* & fuit dictum *in Ianuen. Abbatiæ*, 3. *Iunij* 1623. *coram me:* & ex superueniente titulo mutatur cauſa paſſionis cumulatiuè, non tamen extinctiuè.

11. Denique, non obſtat quod Vngarellus obtinuerit de dicta Eccleſia prouiſionem Apoſtolicam: quia illa non immutat ſtatum beneficij, vt poſt Calderin. *conſil.* 26. *de Prabend.* Seraph. *deciſ.* 299. *num.* 5. *&* 1273. *num.* 2. Rota *deciſ.* 545. *num.* 3. *p.* 1. *diuerſ.* & *in Sorana Beneficij*, 9. *Nouembr.* 1622. coram R. P. D. Merlino.

Nec etiam ex eo, quod fuerit in dicta Eccleſia deputatus Vicarius, ſeu Rector ſæcularis dici poteſt ſtatus illius mutatus: quia etiam ſæculares eligi poſſunt in Eccleſia menſæ Abbatialis, vt *in hac cauſa* dixit Sacra Congregatio Concilij 12. Aprilis 1625. & fuit dictum *in Callian. vnionis*, 29. *Maij præteriti* coram me. 12.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Aquenſ. Monaſterij, 31. *Maij*, 1568.

DECISIO XXIV.

Conclusum fuit, Abbatiam, quæ caret cura, & Conuentu, non requirere ætatem maiorem viginti quinque annorum; quia de iure communi nulla nomina Officiorum Eccleſiaſticorum præter nomen Epiſcopatus, & ſuperiorum Dignitatum, ſonant in nomen Dignitatis, niſi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus exiſtentes in Eccleſia Cathedrali, quæ ſola duo officia, licet careant cura, & iuriſdictione, dicuntur dignitates, vt per Rotam *deciſ.* 9. *de Præbend. in nouis. Pro regula notat Imola in c. de multa, num.* 40. *de Præbend. Aret. conſ.* 23. *col.* 2. *verſ.* 1. Habetur apud Tamb. tom. 3. la 9. pagin. 303. 2.

ſecundò præmitto, Boert. *deciſ.* 286. *num.* 3.

3. Abbatia autem, ſi careat cura, & Conuentu, non poteſt propriè dici dignitas: quia in ea ſaltim ſufficit præeminentia, ob quam vocatur dignitas. Imol. *in Clem.* 1. *num.* 5. *de reſcr.* & *ibi* Cardinal *num.* 3. Staphil. *de liter. grat. fol.* 57. *colum.* 2. *in princ. ſecundum antiquam impreſſionem.* Bald. *in cap. Paſtoralis, in princ. num.* 7. *de offic. delegat.*

4. Propterea Præpoſitura, quæ habet eandem dignitatem, ſicut Abbas, vt notat Abbas in *cap. Cum illorum. col.* 3. *num.* 13. *verſ. in Gloſſ. in verb. Abbatem, de ſent. excommun.* Sylu. *de benefic. quæſt.* 2. *n.* 38. dec. *conſ.* 161. *col.* 1. *verſ. Quartò, facit. & in c. Decernimus, col.* 3. *verſ. & quod dictum, de iudic.* Chaſſan. *de gloria mundi, part.* 4. *conſider.* 36. ſi careat cura & Conuentu, non vocatur dignitas. Federic. *conſil.* 135.

5. Sicut etiam videmus in Prioratu, qui licet alias ſit dignitas, ſicut Abbatia, Doct. *in c. Nullus, n.* 6. *verſ. in fine.* Gloſſ. *de Elect. in* 6. Felin. *in cap. Inſuper, in* 2. *notabili, de maiorit. & obedient.* Rip. *in cap.* 2. *num.* 30. *de iudic.* Silua *in d. quæſt.* 39. Chaſſan. *in dict. conſiderat.* 36. Archidiac. *in cap.* 2. *col.* 2. *in princ. verſ. Scias, de Prabend. in* 6. *& ibi* Ioann. Andr. *col.* 2. *verſ. ſed hoc.* Gem. *ibid. col.* 2. *num.* 10. *verſ. ſuper ſecundo.* Card. *in Clem. quæſt.* 7. *de reſcript.*

Si tamen caret cura, & Conuentu, non dicitur dignitas, vt poſt Hoſtien. notat Abb. *in c. Niſi eſſent num.* 6. *in fin. de Prabend.* Imol. *in Clem. Et ſi principalis, num.* 21. *de reſcript. & ibi* Vitalin. *num.* 14. & poteſt conferri minori quatuordecim annorum. Vitalin. *in Clem.* 1. §. *Cæterum, num.* 4. *cum ſeqq. de ſtatu regular.* Federic. *conſ.* 49. *n.* 132. 6.

Hinc dicitur, quod Abbatia, inſpecta eius origine, eſt potius nomen ſolicitudinis, quam honoris, vt dicit gloſſ. *in cap. Tuam, verb Non aſcendat. vbi* Innoc. *in fin. & Abb. num* 3 *verſ. In eo, de ætat. & qualit. &* Gloſſ. *in cap. Accedens, verb. Abbatem,* 50. *diſtinc.* Et ex his reſpondetur ad id quod in contrarium adducebatur, ſcilicet quod poſſit dari dignitas, licet careat cura, vt per Aret. *dict. conſ.* 23. Boert. *dict. quæſt.* 286. *num.* 5. Cardin. *conſ.* 30. *col.* 2. *verſ. tem eſt dare.* Capel. Toloſ. *deciſ.* 13. Nam prædictæ auctoritates expreſsè præſupponunt, illam dignitatem habere præeminentiam in Choro, quæ præeminentia ceſſat in hac Abbatia, quæ caret, nedum cura, ſed Conuentu, & ita etiam præſupponit Rip. *in d. c. Decernimus, num.* 3. 7.

num. 3. & ita etiam procedit *cap.* 1. *de ætat. & qualit. in* 6. quia intelligitur de Abbatia habente Conuentum propter quem vocatur dignitas. Et *cap.* 1. *extr. eod.* vbi etiam loquitur de Præpoſitis, & Decanis: quia ſemper intelligitur, exiſtente Conuentu, per ſupradicta, ex quo generaliter loquitur, & ne contrarietur naturæ, & ſubſtantiæ dignitatis Abbatialis. Reſeruarunt tamen Domini conſuetudinem, vel communem reputationem, ſi quæ forſan adeſſet, quæ hanc Abbatiam carentem cura, & Conuentu, efficeret dignitatem.

R. P. D. PENIA.

Tudertina Parochialis, ſeu Prioratus, 7. Februar. 1597.

Decisio XXV.

Tamburinus illā ſumpſit t. 3. pag. 304 n. 10. Habetur que inter eius impreſſas, t. t. la 585. fol. 415.

PRopoſito dubio, an beneficium, ſeu Prioratus, de quo agebatur, eſſet dignitas, ad effectum, vt quando vacat, concurſus fieri, vel non fieri debeat coram Ordinario Tudertino: Rota, vtraque parte informante, duo tempora diſtinguenda putauit, à primæua illius erectione vſque ad annum 1523. quo tempore conſtabat, hunc Prioratum ſancti Nicolai de Griptis, Ciuitatis Tudertinæ, fuiſſe Regularem Ordinis S. Benedicti, habuiſſéque Priorem, & Conuentum conſtituentem Capitulum, qui & Nouitios ad habitum Religionis ſuſcipiebat, & negotia ad Conuentum ſpectantia capitulariter expediebat: & toto iſto tempore cenſuit, fuiſſe dignitatem actu, & habitu, *Clement. Ne in agro, de ſtatu Regular.* Abbas poſt alios, *in c. Niſi eſſent. num.* 6. *& in cap. de Multa, num.* 23. *de Præbend.* Gloſſa *in Clement Et ſi principalis, in verb. Conuentual.* & *ibi* Bonif. Vitalin. *num.* 5. *&* 14. *de reſcript.* Rebuff. *ſuper concord.* §. *in Monaſteriis in verb. Prioratibus, verſic. Nota, quod ſi is.* 1.

Alterum tempus erat ab anno 1523. vſque ad præſens, quo primum Clemens Papa VII. illum cœperat Clericis ſæcularibus in Commendam conferre, ac paulatim deſierunt in eo habitare Monachi, qui Conuentum & Capitulum conſtituerent; & reſpectu huius temporis Rota pronuntiauit, eundem Prioratum deſiiſſe quidem eſſe dignitatem actu: quoniam nec Prior Regularis, nec 2.
Conuentus Monachalis aderat amplius, in quibus potiſſimum in hac materia conſiſtit ratio dignitatis, vt patet ex prædictis; remanſiſſe tamen dignitatem

tem habitu, qui facile poſſet in actum tranſire, quando Prior, & Monachi in eandem Eccleſiam reuerterêtur, & Conuentum, & Capitulum conſtituerent, *iuxta conſ.* Iaſ.77. incipit. *In præſenti conſultatione, lib.*1.

An autem ad prædictum effectum concurſus faciendi, vel non faciendi coram Ordinario, ſatis eſſet Prioratum fuiſſe tantum dignitatem habitu, non actu; placuit Rotæ, vt conſuleretur S. Congreg. Conc. Trid. Interpretum.

Eminentiſſ. Card. VIRILE,

Veronen. iurium parochialium, Veneris, 23. Martij 1619.

DECISIO XXVI.

Habetur apud Tamburinum tom.3. la dec. 87. p.399.

Cvm præſuppoſito, quod Bulla Alexandri III. de qua *in Sum. num.* 1. ſit in forma probanti, denegarunt Domini Parocho S. Mariæ ad Clauciam, manutentionem circa delationem Stolæ, & exercitium aliarum functionum intus Eccleſiam S. Margaretæ. Moti fuerunt: quia aut Rector S. Mariæ prætendit manutentionem ex actibus poſſeſſoriis geſtis in-
1. tus dictam Eccleſiam, & de huiuſmodi poſſeſſione non docetur, & teſtes vti examinati ſine citatione Oliuetorum, non probant, *cap.* 1. *de teſtib. l. ſi quando, C. eodem.*

Aut Rector prætendit manutentionem ſola aſſiſtentia iuris: & cum ex Bulla Alexandri III. Eccleſia S. Margaretæ ſit vnita Monaſterio S. Mariæ in Organo Oliuetanorum, vtique intrant declarationes S. Congregationis Concilij, & Rituum, *Summ. num.* 3. quod dum 2.
cadauera defunctorum ſepeliuntur in Eccleſiis Regularium, Parochus intra dictam Eccleſiam non poſſit ſe intromittere, nec aliquos actus exercere: in Eccleſia enim vnita 3.
Monaſterio Regularium non habet Parochus iuris aſſiſtentiam ex eo, quod ſit ſita intra ſuos limites. Abb. *in cap. dilectus, num.* 3. *& 11. de Capell. Monach. & in cap. Ad audientiam, il 1. num.* 8. *de Eccleſ. adific. & in cap. cum Venerabilis, num.* 46. *de except.* Calderin. *conſil.* 6. *num.* 1. *verſ. Item ſicut, de Relig. domib.*

Vltra quod ex ſola aſſiſten- 4.
tia iuris turbida non datur manutentio. Seraph. *deciſ.* 312. *n.* 1. *& ibi add.* & fuit dictum *in Montis Regalis iuriſdictionis*, 4. *Nouembris* 1596. coram bo. memoriæ Penia.

Nõ obſtant decreta, & ſen- 5.
tentia Vicarij Veronenſis: quia dederunt cauſam liti, & non afficiunt Oliuetanos non citatos. Bald. *in l. Ab eo, num.* 17. *C. quomod.*

Quomod. & quand. Iud. Tabr. *de cit. concl.* 1. *num.* 310. Cæſar. de Graff. *dict* 8. *in fin. de vol. & cont.* Tareg. *deciſ.* 467. *num.* 3.

Rituale Epiſcopi non loquitur in Eccleſia vnita Monaſterio Regularium.

Quoad quartam petitionem funeralium informantes pro Oliuetanis religioſè procedẽtes offerunt Rectori quartam ipſorum funeralium, quæ in die ſepulturæ cum corporibus mortuorum deferuntur.

Et ita vtraque, &c.

Emin. D. CARD. VBALDO.

Auguſtana decimarum, Veneris, 28. *Martij*, 1631.

DECISIO XXVII.

1. Iſtam inuenies in Tamburino tom. 3. la 102. fol. 416. PRopoſito hodie per me dubio, an, & quæ decimæ debeantur Monaſterio; integras deberi, dixerunt Domini, abſque vlla diſtinctione, & moti ſunt: quia cum per viam vnionis, à Sede Apoſtolica confirmatæ, Eccleſia Parochialis S. Stephani fuerit ab Epiſcopo incorporata Monaſterio, & in illud propterea tranſiuerit cura animarum eiuſdem Parochiæ, cum omnibus ſuis iuribus, Anchar. *conſ.* 114. *num.* 2. *& ſeq.* Seraph. *deciſ.* 1009. *n.* 4. Sanct. memor. Greg. *deciſ.* 304. *num.* 1. inde ſequitur, quod Monaſterium tanquam Parochus ratione dictæ curæ debeat indiſtinctè percipere omnes decimas. *cap. Cum contingat, cap. Cum in tua de decimis. & in cap. fin. de Paroch.* Rebuff. *de decim. quæſt.* 7. *num.* 4. *&* 5. *& quæſt.* 13. *num.* 83. Moneta *eod. tract. c.* 2. *num.* 1. Rota *deciſ.* 31. *num.* 1. *p.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 469. *n.* 1. *&* 541. *n.* 4. *part.* 1. *in recent.* 2.

Non obſtant tranſactiones: quia illa, quæ fuit facta cum Monaſterio, non tangit materiam decimarum, ſed conuentionem quandam ſuper ſepulturis certarum perſonarum, & ſuper Miſſis dicendis, pro quibus fuerunt Monaſterio conceſſæ decimæ ſuper quibuſdam agris, ex qua conuentione, quatenus poſſit argui exemptio eorumdem prædiorum ante dictam conuentionem, non inde 3. infertur ad exemptionem vniuerſalem omnium bonorum in territorio dictæ Eccleſiæ Parochialis exiſtentium; ſed ea debet reſtringi ſolum ad prædia ibi nominata, *cap. Per exemptionem de priuileg. in* 6. Monet. *de Decim. cap.* 9. *num.* 131. Rota *deciſ.* 156. *n.* 6. *part.* 1. *recent.*

Aliæ vero tranſactiones, quæ 4. non fuerunt factæ cum Monaſterio, nec de illius conſenſu, illi præiudicare non poſſunt.

Rota *deciſ.*288. *num.*4. *verſ.Nec ſuffragatur,part.*2.*& deciſ.*625. *num.*2. *verſ. Secus autem, part.*1. *in recent.*

5. Nec Vicarius per Monaſterium ad exercendam curam animarum deputatus habet authoritatem tranſigendi ſuper decimis, in quibus nullum ius habet, cum ſolum ſit ei debita ſua congrua à Monaſterio. Ioan. And. *in cap. Expoſuiſti*, *num.* 8. *de Præbend* Felin. *in cap. Poſtulaſti*, *num.* 1. *verſ. Aut perceptio*, *de Reſcript.* Veral. *deciſ.* 339. *num.*3. *&* 5. *lib.*3. Rota *dec.*710. *ſub numero* 3.*part.*2. *recent. cum alijs adductis per Addent. ad dec.* Gregor. 174. *n.*8.*circa fin.*

6. Vltra quod huiuſmodi tranſactiones ſuper decimis, neque fieri poterant abſque authoritate Papæ, & ſine ea factæ non egrediuntur ſuum authorem, *cap. de cætero*, *capit. Veniens. de tranſact.* Rota *deciſ.*585. *num.*3. Coccin. Decan. *part.*1.*recent. &* coram D. meo Decano *deciſ.*340. *num.*1. *& deciſ.*362.*num.*3. Rebuff. *de decim. quæſt.* 13. *num.* 16. *&* 26. Et hac

7. de cauſa neque obſtat illa facta cum Abbate de anno 1584. Vltra quod eſt reſtricta ad vitam Parochi, ſeu Vicarij; & habet clauſulam: *ſine præiudicio iurium hinc inde.* Et Abbas non præiudicat Monaſterio, Vital. *in Clement.* 1. *num.* 57. *de officior. Vicar.* Seraph. *dec.*1279.*n.*3.

Non obſtat, quod ſupradicta vnio non fuerit effectuata: 8.
quia contrarium apparet ex teſtibus deponentibus de decimatione in vim incorporationis, vt *in Summ. Monaſterij n.* 2. *&* 3. Sanct. memor. Gregorius *deciſ.*557.*num.*9. vbi Adden. Caualer. *deciſ.*449. *num.*7. *& deciſ.* 500. *num.*5. Et de hac decimatione fit etiam mentio in tranſactione facta inter Monaſterium, & Epiſcopum vſque de anno 1404. *in Summ.num.*3. quæ mentio corroborat dicta teſtium, præſertim cum ſit facta 9.
tranſactio cum Epiſcopo, qui præſumitur informatus de rebus ſuarum Eccleſiarum. Seraph. *deciſ.* 1016. *num.* 3. Rota *deciſ.* 233. *ſub num.* 2. *part.* 1. *in recent.* Sanct. mem. Gregor. *deciſ.*482 *num.*6.

Non obſtat quod non probetur effectuatio præcisè, & immediatè poſt incorporationem, & vnionem: quia huiuſ- 10.
modi vnio tanquam facta ex titulo oneroſo permutationis, non cadit ſub regula reuocatoria. Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſſ.*5. §.7. *num.*5. Put. *deciſ.*52.*num.*2. *lib.*1.*in antiq.*

Non obſtat allegata conſuetudo non ſoluendi integras decimas, quia ea non eſt probata cum requiſitis immemorabilis, ſeu legitimæ præſcriptionis, 11
provt requiritur, quando agitur,

tur, ad effectum excludendi Parochum à decima ſibi de iure debita. Seraph. *deciſ.* 1404. *num.* 2. Rota *deciſ.* 262. *num.* 3. *part.* 2. *in recent.* Rebuff. *de dec. quæſt.* 13. *num.* 53. *& ſeq. & n.* 69. Gabr. *de Præſcript. concl.* 2. *n.* 16. *&* 18. Gratian. *diſceptat.* 595. *num.* 16. Rota *deciſ.* 474. *num* 3. *& deciſ.* 469. *numero* 2. *part.* 1. *in recent.*

Non obſtat quod iura, de quibus in actis, non fuerint interpretata, & ſint ſcripta lingua Germanica: quia in Summario per Dominos viſo, fuit data eorum interpretatio, quæ poterit quandocumque iuſtificari ante ſententiam.

Non obſtat, quod dicta iura non ſint extracta, ſeruatis ſeruandis; quia ſufficit, quod proceſſus vbi ſunt dicta iura, ſit productus in Rota à Commu-

12. nitate, quæ propterea non poteſt impugnare factum ſuum, & dicere, quod iura à ſe producta non ſint in forma probanti, Surd. *conſ.* 5. *num.* 37. *& ſeq.* Gabr. *de reg. iur. concl. n.* 19. Verall. *deciſ.* 188. *num.* 4. *part.* 1. *& tenuit* Rota *in Caputaquen. Cantoriæ*, 3. *Iulij* 1617. coram bon. mem. Vbaldo.

Obiectum, quod non fuerint citati ſinguli de Communitate poſſeſſores bonorum, ceſſat ex actis, in quibus apparet particularis commiſſio, & citatio contra omnes, & ſingulos de Communitate.

Atque ita deciſum vtraque, &c.

R. P. D. BICHIO,

Gerunden. Capellaniæ, Veneris 27. *Ianuary* 1645.

Illam inuenies apud Dianam, p. 8. la 1.

DECISIO XXVIII.

SVbſiſtere viſa eſt Dominis deciſio edita 13. Iunij proximè præteriti, non obſtantibus ex aduerſo contra eam deductis. Quod enim poſſeſſio Franceſch non ſit manutenibilis, ex quo capitulariter capta non fuerit, vt requirebatur. Caſſad. *deciſ.* 8. *num.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriè & deciſ.* 5. *num.* 3. *de Iurepatron.* Roman. *conſil.* 482. *num.* 2. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 1156. *ſub num.* 1. *lib.* 3. *p.* 3. *diuerſ. deciſ.* 91. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* etiam ſi tradita fuerit de mandato Collatoris, vel alterius executoris. Put. *deciſ.* 22. *num.* 2. Mandoſ. *de Signat. grat. tit. de Regreſſ. col.* 4. *verſ. illa verba*, Loter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 5. *num.* 38. cum aliis allegatis in *Sennenſ. Canonicatus* 21. *Iunij* 1596. coram bon. me. Litta. 1.

Non obeſt, quia Dignitatis, qualis (vt infra dicam) eſt Cappellania de qua agitur, non eſt 2.

 neceſſe

neceſſe, quod capiatur poſſeſſeſſio capitulariter, cum dignitates non ſint de Capitulo, niſi in illarum erectione exprimatur conceſſio Stalli in Choro, & vocis in Capitulo. Seraph. *deciſ.* 98. *num.* 1. Rota *deciſ.* 177. *num.* 4. *&* 5. *inter impreſſ. poſt modern.* Peruſ. *de man. & in Treueren Archidiacon.* 13. *Iunij* 1644. coram R.P.D. meo Cerro. Præſertim, quia ipſe aduerſarius eodem modo, quo Franceſch abſque facto Capituli cœpit poſſeſſionem, in qua petit manuteneri, & ſic agnouit non requiri, quod poſſeſſio capitulariter tradatur, & de hoc defectu dare non poteſt, vt in ſimili dixit Rota *in Auximana Tutela*, 16. *Februarij* 1582. coram bon mem. de Rubeis, *& in Aretina Spolij* 9. *Iunij* 1604. coram bon. mem. Coccino, *inter eius impreſſas deciſ.* 1604. *num.* 7.

3. Quod autem Capellania hæc ſit dignitas, conſtat ex publico inſtrumento anni 1605. dato *in Summa. Tauerner num.* 9. in quo dicitur, quod eſt quarta dignitas poſt Abbatialem, & contra aduerſarium, qui illud produxit, plenè probat, cum producendo confeſſus fuerit vera eſſe omnia ibidem contenta. *Salic. in L. Comparationes, ſub num.* 13. *C. de fide inſtrum. Dec in cap. Cum Venerabilis, n.* 90. *de except. Surd. conſil.* 151. *n.* 16. *Buratt. deciſ.* 934. *num.* 4. atque etiam enuntiata. *Ruin. conſ.* 141. *n.* 13. *lib.* 5. *Aym. conſil.* 134. *n.* 8. *Buratt. deciſ.* 622. *num.* 3. Idemque deducitur ex teſtibus examinatis *in cauſa Gerunden. iuriſdictionis*, coram bon. mem. Coccino, qui licet examinati in alia cauſa, quia deponunt ſuper ſtatu beneficij, probant etiam in hoc iudicio. *Mant. deciſ.* 350. *num.* 4. *& fuit dictum in Piſtorien. Parochial.* 27. *Ianuarij* 1620. *coram bon. mem. Pirouano, & in eadem* 9. *Februarij* 1632. *coram bon. mem. Merlino*, vel ſaltem multum coadiuuant probationem reſultantem ex dicto inſtrumento. *Felin. in c. Cauſam, quæ, il primo, n.* 19. *de teſtib. Natt. conſil.* 394. *n.* 24. *Rota deciſ.* 294. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Minus obſtat, quod Capellania ex quo habet curam animarum, nulliter collata fuerit abſque concurſu requiſito ex diſpoſitione *Sac. Conc. Trident. ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. cuius formam San. mem. Pius V. in Conſtit. 13. *inter eius impreſſ. Bullar. tom.* 2. mandauit ſeruari ſub decreto irritanti, quod inficit titulum, ac poſſeſſionem eius vigore ſubſecutam. *Capurtaq. deciſ.* 307. *n.* 4. *quæſt.* 3. *Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 2. *de reſtit. ſpoliat. Rota eod. tit. deciſ.* 3. *ſub n.* 1. *in nouis, & dec.* 2. *in antiq.* etiam ad effectum manutentionis 4.

Loter.

Loter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 46. num. 63. & ſeq. Vbi quod poſſeſſio habetur pro vacua, & non pro poſſeſſione. *Gratian. diſceptat. 113. num. 72. Put. deciſ. 79. num. 2. & 3. lib. 2. in corr. Rota deciſ. 215. num. 15. & ſeqq. inter impreſſas poſt modernum de manutenendo:* ita vt ſecundo poſſeſſori, licet poſteriori, ſit danda manutentio. *Mant. deciſ. 40. n. 8. Coccin. deciſ. 51. n. 4. Rota inter recent. deciſ. 48 num. 2. & ſeqq. part. 5.*

5\. Quia neceſſitas concurſus ceſſat in dignitatibus habentibus curam animarum, ſiue exiſtant in Cathedrali Eccleſia, ſiue in Collegiata, vt declaraſſe Sacr. Congreg. Concilij Tridentini refert *Garc. de benefic. part. 9. cap. 2. ſub n. 181. & 195.* vbi dicitur ratio, quia Concilium non fecit expreſſam mentionem dignitatum, vt notat *Barboſ. in Collect. ad Concil. d. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. n. 14. & 15. & in tract. de offic. Epiſc. allegat. 60. num. 28. & 29.* Gonzal. *ſuper Reg. gloſſ. 6. num. 162.* Et quamuis Capellania aliquando collata fuerit præuio concurſu, hoc tamen vti factum per errorem, vel ex abundanti, non nocet, *l. teſtamentum, C. de teſtament.* Roman. *conſil. 347. num. 7.*

Hæc declaratio fuit facta 26. Ianuarij, 1601. vt ex eodem Garc. p. & c. hic citatis, n. vero 196. refert Barboſ. collect. 63. deciſ. Apoſtolica, n. 3. vbi abſolute ait fuiſſe deciſum. *Beneficia curam animarũ habẽtia, quæ vere ſunt dignitates, non ſubiacent cõcurſui.*

6\. Et ſufficit dubitari poſſe, an fuerit neceſſarius concurſus, vt interim eius omiſſio non reſiſtat manutentioni Franceſch anterioris poſſeſſoris, vt fere in puncto Coccin. *dec. 114 num. 4. & 5.* nam decretum irritans appoſitum non ſuper certo corpore beneficij, ſed in genere, ſeu in lege generali non tollit inſiſtentiam ſaltem facti, donec iuſtificetur, quod verſamur in caſu decreti irritantis. *Gonzal. ſupr. Reg. 8. gloſſ. 64. n. 32. & 39. Loter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 8. n. 77. Caputaq. deciſ. 325. num. 8. & ſeqq. part. 1.* Caualer. *deciſ. 8. num. 4 Rota dec. 341 n. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3. part. 1. recent. & in Legionen. beneficij, 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſlerio.*

Tandem non obſtat, quod 7.
collatio Capellaniæ non ſpectet ad Abbatem, qui contulit Franceſch; ſed ad Ordinarium, quia hæc reiicienda ſunt ad petitorium, cum reſpiciant titulum poſſeſſionis, qui neceſſarius non eſt ad obtinẽdam manutentionem, vt præter allegatos in prima deciſione dixit *Rota in ſupradicta Treueren. Archidiaconatus, 13. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Cerro*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ZARATE,

Habetur apud Anton. Diana, part. 11. fol. mihi 566. *Mindonien. Parochialis Luna 3. Martij 1653.*

DECISIO XXIX.

1. VAcante per obitum Petri Fernandez Eccleſia Parochiali S. Vincentij de Lagoa Mindonienſis Diœceſis, controuerſia fuit orta inter Ordinarium Mindonien. prætendentem Vicariam dictæ Parochialis in concurſu prouidere, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Lucenſis aſſerentem ad ſe ſpectare Vicarij deputationem ad nutum amouibilis, tanquam in Eccleſia ſibi perpetuo vnita, Vnde præuio concurſu prædictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Franciſco Mel. Capitulum vero Andream Pardo deſignauit, pro cuius inſtitutione coram Ordinario inſtitit. Quapropter appellationis cauſa commiſſa à Reuerendiſſimo Hiſpaniarum Nuncio cuidam Iudici Synodali, Ordinarij ſententia fuit reuocata & declaratum dictam Parochialem eſſe perpetuò vnitam Menſæ Capitulari Eccleſiæ Lucenſis, quæ poſtea per eundem Reuerendiſſimũ Nuncium fuit confirmata: à cuius ſententia, cum mihi cauſa fuiſſet commiſſa, propoſui dubium. An eſſet locus concurſui. Et Domini negatiuè reſponderunt.

Ex ea nimirum ratione; nam conſtat prædictum Beneficium S. Vincentij eſſe perpetuò vnitum Capitulo Lucenſi, adeo vt penes illud reſideat cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiuſdem curæ Vicario incumbat, vt patet ex Bulla fœlic. recordat. Leonis X. edita de anno 1518. data *in Summario Capituli n.* 1. ex qua ſufficiens vnionis probatio inducitur. *Garz. de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 226. *Barboſa de Iure Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 16. *num.* 61. *Rota deciſ.* 9. *&* 20. *de rebus Eccl. non alien. in antiq. Burat. dec.* 734. *num.* 1. *& deciſ.* 870. *eod numero, & in recent. deciſ.* 174. *numero* 5. *part.* 6. *& deciſ.* 448. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *tom.* 20. *& notant Add. ad Sanct. memor. Gregor. XV. deciſ.* 196. *num.* 3. *verſ. Quando igitur.* Quod procedit quamuis prædicta Bulla non ſit extracta ab originali, ſed ſit ſumptum de ſumpto accedentibus pluribus adminiculis infra referendis. Rota penes Çaputaquen. *deciſ.* 234. *num.* 2. *part.* 1. *& in Segobien. Habitus* 28. *Ianuarij* 1613. coram *Sacrato*, iuncta etiam obſeruantia (quæ conſtat.) *Rota in Vrgellen. Vnionis* 27. *Iunij* 1640. *coram Reuerendiſſim. Salamantino, & in Barchinonen.* 2.

nonen. Parochialis 15. *Februarij* 1647. *coram Reuerendiſſ. Terracinen. & deciſ.*482. *num.*3.*par.*1. *deciſ.*18.*num.*1. *deciſ.*703.*num.*8. *part.*2. *recent. deciſ.*469. *num.*5. *coram Sanct. memor. Gregor. XV. vbi Adden. Litera B. deciſ.*641. *n.*9. *coram Caualer.* Quæ etiam præſumere facit iuſtificationem eiuſdem Bullæ concurrente longiſſimi temporis lapſu *Rota coram Seraphino deciſ.*1432. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 196. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 7. *in Barchinonen. Vicariæ* 12. *Decembris* 1639. *&* 2. *Martij* 1640. *coram Coccino*, *&* 10. *Februarij* 1645. *coram Eminentiſ. Cardinali Corrado.* Accedente præterea, quod alias in executionem illius tanquam legitimè extractæ emanauit ſententia iuxta Caputaq. *deciſ.*351. *num.* 5. *p.*2. Seraph. *deciſ.* 1192. *num.* 3. *& deciſ.*465.*num.*3. *ad med. part.*1. *recent.*

3. Effectuatio vero prædictæ vnionis adeſt in poſſeſſione capta per Capitulum Lucen in executionem eiuſdem Bullæ de anno ſubſequenti 1519. *dicto Summario num.*2. Vnde non intrat regula reuocatoria vnionis Adriani VI.& aliorum Pontificum, vt notat Garz. *de beneficijs dicta par.*12. *cap.*2.*n.*281. *&* 290. Barboſa *in Collect. Conc. ſeſſ.*7. *de reformat. cap.*6.*num.*10. *& de Iure Eccleſ. d. tom.*2. *lib.*3. *cap.*16.*num.*65. vbi plures allegantur. Rota *deciſ.*402. *in princ. part.*4 *recent. & deciſ.*90.*num.*6. *verſicul. Quod autem, ead. par.*4. *tom.*2. *in Bonen. Abbatiæ* 3. *Iulij* 1645. coram bon. mem. Arguelles, *& in Peruſina Beneficij*, 10. *Februarij* 1648. coram R.P. D.meo Bichio.

4. Contra quam allegari non valet, quod deficeret mandatum procuræ in perſona eius, qui nomine Capituli cœpit poſſeſſionem, vel controuerti, quod tunc temporis poſſeſſio eſſet vacans, aut quod validè capta fuiſſet. Nam mandatum enunciatur in ipſo inſtrumento captæ poſſeſſionis, & præſumitur, tum ex præcedenti titulo vnionis, tum ex quo idem Procurator inſtrumentum vnionis exhibuit, Caſſadorus *deciſ.*3.*num.*4. *de procurat.* Rota *deciſ.* 176. *num.* 8. coram Sanct. mem. Gregor. XV. *in Bononien. fideicommiſſi de Glauarinis* 2. *Iunij* 1639. *&* 18. *Maij* 1640. coram Reuerendiſſ. Tarraconenſi. Eoque magis, quia ipſe erat Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, qui vti talis, etiam ſine mandato nomine ſuæ Eccleſiæ agere voluit ad illius vtilitatem, *ex cap. coram*, 34. *de offic. deleg. cap.* 14. *de cenſ. cap.* 4. *de confirmat. vtil. vel inutil.* Gloſſ. *in verbo, Portitoribus, in cap. de procurat.* vbi Panormit. *num.* 8. Hoſtien.

Hoſtien *ad tit. de Procur. n.* 13. Valboa *in cap. cauſam* 9. *num.* 3. *de Probat.* Tuſch. *concl.* 821. *n.* 8. *cum ſeqq. litera P.* Golinus *de Procurat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. Bouir. *ſingul.* 26 *num.* 18. Oſuald. *ad Bonell. lib.* 18. *cap.* 12. *littera K.* Virgil. *de legitimatione perſon. cap.* 19 *num.* 11. Modern. *de manutent. obſeruat.* 55. *n.* 133. Rota *deciſ.* 630. coram Caualerio, & Capitulum ſucceſſiuè de hoc beneficio tanquam vnito diſpoſuit, vt infra apparebit. Vacuam vero fuiſſe poſſeſſionem dubitari nequit, ſtante reſignatione per poſſeſſorem facta, non ad fauorem alterius, vt ſupponitur, ſed liberè, per quam propterea ſtatim ac fuit à Pontifice admiſſa vacauit beneficium, eiuſque poſſeſſio fuit abdicata à reſignante, & vacua remanſit, *cap. Quod in dubijs, de renunc. cap. Suſceptum de reſcript. in* 6. Zabarella *conſil.* 210. *n.* 2. Pariſius *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 27. Viuianus *de Iurepatron. lib.* 13. *cap.* 10. *à num.* 6. Barboſa *de iure Eccleſ dicto libro* 3. *cap.* 15. *à num.* 16. *& num.* 66. *cum ſeqq & à num.* 148. Rota *deciſ.* 240. *num.* 3. *part.* 1. *recent. deciſ.* 231. coram Merlin. *num.* 3. *& in Hieracen. Parochialis* 4. *Decembr.* 1651. §. *Deinde*, coram me.

5. Validitas autem poſſeſſionis patet, ex facultate in literis vnionis conceſſa Capitulo capiendi poſſeſſionem propria authoritate, quæ non aderat in caſu ex aduerſo allegato, *dec.* 7. *ſub num.* 9. *verſ. Poſſeſſio, part.* 6. *recent.* Et cui non cenſetur renunciatum ex quo aditus fuit executor, & de eius manibus capta poſſeſſio, dum hæc omnia extraiudicialiter emanarunt, Bart. *in l. creditore*; *n.* 26. *C. de Pignor.* Iaſ. *in l.* 2. *num.* 113. *verſ. volens tamen, C. de iure emph.* Cancer. *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 19 *num.* 25. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1003. *num.* 1 *in Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum* 17. *Decembr.* 1646. Hæc vero, *& ſeqq.* coram R.P.D. meo Bichio.

Actus vero obſeruatiæ oſtenduntur: Primò ex mandato procuræ ad nominandum Vicarium, & nominatione eius vigore facta de anno 1656. ſub enunciatiua prædictæ vnionis, & Bullæ Leonis X. cum facultate amouendi Capellanum, & alium nominandi, & apponendi, prout ipſe Procurator nominauit Rodericum Diaz approbandum ab Epiſcopo, vt *in dicto Summar. num.* 3. 6.

Deinde ex ſententia Ordinarij Mindonien. ad fauorem Marci Manriquez vti nominati à Decano, & Capitulo ſub eadem enunciatiua vnionis, *dicto Summar. n.* 4. Maximè cum 7.

per

per poſſeſſionem à dicto Manriquez captam etiam probetur præſentationis effectuatio. Calderinus *conſil.* 12. *de Iurepatr.* Rota per Buratt. *deciſ.* 111. *n.*2. Quibus accedit alia nominatio cum conſenſu Capituli in perſonam Petri Fernandez de Rico, vel potius permutatio facta de anno 1625. quæ habet vim nominationis, & præſentationis, Rota *deciſ.* 792. *numer.*7. *&* 8. *part.*1. *diuerſ. & deciſ.* 196. *num.*3. *part.*1. *recent.* Ex quibus etiam præſumuntur nominationes medij temporis, vt ex Seraph. & aliis ibi allegatis ponderauit in puncto Vnionis Rota *in Peruſina Beneficij* 10. *Februarij* 1648. §. *concurrunt*, coram R.P. D. meo Bichio.

8. Quæ obſeruantia non poteſt referri ad alium titulum, quam ipſius Bullæ Vnionis quia prædicti actus apparent explicitè geſti in vim Vnionis. Ac Teſtes deponunt de nominationibus factis à Capitulo etiã in menſibus reſeruatis, quod non licuiſſet, ſi vt prætenditur emanaſſent ex cauſa Iuriſpatronatus, quod cum eſſet Eccleſiaſticum, cecidiſſet ſub regula reſeruatoria mẽſium. Rota *in Compoſtell. Parochial.* 17. *Iunij* 1644. coram Eminentiſſimo Cardinali Cecchino, *&* 10. *Februarij* 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Præterea adſtipulantur tres Teſtes firmiter examinati pro parte Capituli Lucen. *eius Summario*, *num.* 10. deponentes de viſu, & certa ſcientia de nominationibus continuò factis à Capitulo, recenſendo ſingulares perſonas nominatas, & reddentes optimas, & ſufficientes rationes, qui propterea bene probant. Rota coram Buratto *deciſ.* 578. *num.* 6. *& deciſ.* 270. *n.*1. *part.*1. *recent.* 9.

Et vlterius addunt fructus beneficij vniti perceptos fuiſſe à Capitulo, relicta ſolum pro Vicario certa portione pro cõgrua ſuſtentatione, vt etiam deponunt Teſtes ex aduerſo examinati pro parte Franciſci: quod quidem eſt ſignum Vnionis, & Curæ habitualis penes Capitulum Lucen. cui vnio facta fuit. Ioan. Andr. *in cap. Expoſuiſti*, *num.*8. *de Præbend.* Rota apud Caputaquen. *deciſ.* 339. *num.* 3. *part.* 3. Mohed. *deciſ.* 5. *in fin. de decimis deciſ.* 204. *n.* 1. *in fin part.*2. *deciſ.* 580. *numer.*8. *&* 15. *& num.* 19. *in fin. part.* 4. *tom.* 3. *recent. in Romana Iurium parochialium* 4. *Decembris* 1651. coram R. P. Dom. meo Celſo. Quamuis hæc fructuum perceptio non requiratur, vt dicatur Vnionem effectum ſortitam fuiſſe, vt tradit Nicol. Garzia *dicta part.* 12. *cap.* 1. *numero* 29. Ricc. *in Praxi for. Eccleſ. reſ.* 376. 10.

*num.*6.Barboſa *de Iure Eccleſ.dicto lib.*3.*cap.*16.*n.*65.

11. Nec dubitari poteſt quin Cura habitualis reſideat penes Capitulum Lucen. actualis vero, penes Presbyterum ab eo nominandum extantibus ampliſſimis clauſulis in Bulla contentis, ſcilicet *cum omnibus iuribus, & pertinentijs*, iuxta tradita per Rotam apud Caualer. *deciſ.* 599. *num.* 2. & 4. Merlin. *deciſ.*115.*num.*6. *verſ. Praterea*, &c. & facultatem conceſſam nominandi Presbyterum ad nutum amouibilem pro exercitio curæ. Rota *deciſ.*102.*n.*10. *verſ.& reſeruatur,part.*1 *recent.* & coram Merlino *dict.dec.*115. *num.*4. & 5. Atque etiam ex Vnione facta per viam incorporationis, vt colligitur ex verbo, *incorporamus*, quod efficit, vt vnio dicatur acceſſoriè facta. Garz. *de benefic.part.*12.*c.*2. *num.*51. & 56. Maſſobr. *in Praxi, habendi concurſ.preludio* 13. *dub.* 2. Barboſa cum ibi adductis, *de offic.Epiſc.alleg.*60.*à n.*23. Rota *deciſ.* 352. *num.*7. *parte* 4. *recent.* & *in Cathecen. pratenſa*, 23. *Maij* 1650. coram R.P.D. meo Bichio.

12. Ex quibus omnibus, inconcuſſa remanente Vnione, non debet eſſe locus concurſui, ſed abſque eo conferendum eſt beneficium ad nominationem Capituli iuxta diſpoſitionem Bullæ Pij V. 47. *in ordine*, §. 4. tradit Gonzal. *in Regul.* 8. *Cancell.gloſſ.* 5. §. 3. *n.* 53. Garz. *de Benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 289. & *ſeqq.* plures quos refert Barboſa vbi proximè *dicto num.* 23. *cum ſeqq.* Rota *deciſ.*785. *num.* 2. & *ſeqq. part.* 3. *recent.* & apud Merlinum *dicta deciſ.* 115. *num.* 2. & *deciſ.* 187. *num.*1. & penes Caual. *dec.*595. *num.*4. & *ſeq.* & *in Gerunden.Capellæ* 20. *Martij* 1645. coram R.P.D. meo Bichio.

Qua ſtante, non obſtant 13. teſtes in contrarium adducti deponentes Beneficium tamquam Curatum ab Epiſcopis collatum fuiſſe, vidente, ſciente, & non contradicente Capitulo Lucenſi, *Summario Capituli Mindonien.num.*1.& 4.Nam quamuis eſſent contrarij, cum ſe referant ad ſcripturas, non probarent, niſi quatenus apparent in relato. *Auth. Si quis in aliquo, C. de edend.* Rota *in Seguntina praſtimonij* 4. *Decembris* 1592.coram Orano, & *dec.*664. *ſub num.*2.*part.* 3.*recent.* Immo cum ex ſententiis, & ſcripturis publicis ſupra relatis conſtet de contrario, nempe Capellanos, & Vicarios fuiſſe à Capitulo nominatos, & nunquam prouiſos per concurſum, talis probatio præualet probationi reſultanti ex prædictis Teſtibus. *L.cenſus*, 10. *ff. de Probat.*

gloſſ.

gloſſ.in cap. 3. *loco verbo teſtium. eod.titul.* Rota *deciſ.*64.*num.*17. *part.* 5. *recent. in Placentina Beneficij* 29. *Maij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo *in Romana dotis* 5. *Iunij eiuſdem anni* coram eodem. Præcipuè cum concordent cum aliis Teſtibus Capituli Lucen. aliaque adminicula concurrant. Crauet *conſ* 400. *num.*35. Rota *deciſ.*61. *numero* 9. coram Mantic. *& deciſ.*487.*n.*5. *verſ. & habent iuris præſumptionem, part.* 2.*recent.*

14. Præterquam dicti teſtes non excludunt, quod præceſſerint nominationes Capituli Lucen. & ita intelligendi ſunt, cum recenſeant perſonas ab Epiſcopo prouiſas, quas habuiſſe collationem præuia nominatione Capituli conſtat ex dictis publicis inſtrumentis, vt accidit in perſona Marci Manriquez, cuius prouiſione allegari non poteſt prædictam obſeruationem fuiſſe interruptã, eo quod de anno 1611. prouiſus fuiſſet in concurſu, & collationem obtinuiſſet ex cauſa ceſſionis illi factæ à quodam Varella; nam verius eſt, quod Varellas & Manriquez fecerunt inſimul examinati, & Varella fuit reprobatus, Manriquez vero approbatus, qui cum poſtea conſequutus fuiſſet nominationem à Capitulo Lucenſi, cuius vigore etiam reportauit inſtitutionem, vt *in dicto Summario, num.*4. Vtique dici non debet, quod illi collata fuiſſet Vicaria ex ceſſione dicti Varellæ.

Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concurſum fuerit prouiſa, cum ex eo præiudicium dicto Capitulo non inferatur, nam licet id aliquoties conſenſerit plures nominando inter quos fieret concurſus, non ideo ſibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui abſque concurſu, & cum ſolo examine collatio fieri debeat, vt in terminis reſpondit Rota *dec.*443. *num.* 7. *verſ. Non obſtat*, *& n.*3. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* vbi *num.*9. *verſ. & quatenus*, &c. Subditur præſumi poſſe concurſus factos fuiſſe per errorem. Sequitur Rota *deciſ.* 580. *num.* 24. *& tribus ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.*16. *num.* 15. *verſ. Neque obſtare*, *& num.ſeqq. part.*6.*recent.* vbi redditur ratio, quia ad formam Conſtitutionis Pij V. faciendæ ſunt collationes, & Conſtitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem poſſeſſionem contrariam. Rota coram Caualer. *deciſ.*599.*in fine*, coram Merlino, *deciſ.*303.*n.*8. *& in d. Gerund. Capellæ*, 20. *Mart.* 1645. §. *Non obſtat, il primo, &* 27. *Ian. eiuſdem anni*, §. *Quia neceſſitas, in fine*, coram R.P.D. meo Bichio. 15.

16. Minus autē obſtat, quod dictum Beneficium fuerit collatum tanquam vacans, quod repugnare videtur vnioni, cum vnita non dicantur vacare. Nam huic obiectioni reſponſum fuit vacationem largo modo verificari etiam in Beneficiis vnitis, & manualibus, cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum. Gloſſ. *in Clem. vnica*, §. *Promiſſa*, *verbo*, *reuocari prope med. verſ. & ſcias*, *de ſupplend. neglig. Prælat.* Curt. *ibid. num.* 8. Vitalin. *num.* 9. Gonzal. *ſuper Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. §. 2. *ſub n.* 24. & reſpondit Rota *in Peruſina Beneficij*, 10. *Februarij* 1648. §. *fin.* R. P. D. meo Bichio.

17. Denique non aduerſatur, quod de anno 1615. huiuſmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili, iuxta diſpoſitionem Bullæ, ſed perpetuò, & quod ſententia Ordinarij ſuperius relata, loquatur de Vicaria perpetua. Nam licet fuiſſet datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata, non ex eo alteraretur vnio iam facta, aut tolleretur obſeruantia præcedens quoad exercitium Curæ, & modum prouidendi, vt in terminis firmauit Rota coram Caualer. *deciſ.* 595. *num.* 2. *verſ. Et licet*, *& n. ſeqq.* coram Merlino *dicta deciſ.* 115. *num.* 13. *& in dicta Peruſina Beneficij*, §. *finali*, coram R. P. D. meo Bichio, ſtante præſertim diſpoſitione Concilij Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reformat.* quæ arbitrio Epiſcopi remittit reductionem Vicariæ temporalis in perpetuam, vt tradit Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 9. Barboſa *in Collect. Concilij dicta ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *n.* 15. vbi ait idem procedere, quamuis in litteris Vnionis eſſet ſtatuta temporalitas. *Et de officior. Epiſcop. Allegat.* 72. *numero* 190. & refert ita fuiſſe declaratum per Sacram Congregat. Concilij, & animaduertit prædictam facultatem Ordinario competere, quando litteræ Vnionis emanauerunt ante Concilium, & tunc requiri iuſtum arbitrium, & neceſſariam cauſam, quodque in Viſitatione fiat; alioquin poſſe appellari à prædicta reductione, vt etiam tradit Flores de Mena, *variar. quæſt.* 10. *num.* 47. Garz. *de Benefic. dicta part.* 11. *cap.* 2. *num.* 8. quod ſequitur Barboſa, *vbi proximè*

Atque ita vtraque parte audita, &c.

R. P. D.

R.P.D. PENIA.

Nullius, ſiue Piſcien. iuriſdictionis 24. Nouembr. 1593.

DECISIO XXX.

1\. VTraque parte informante fuit concluſum, quod expediretur cauſa ad fauorem Præpoſiti Piſcien. cum declaratione expreſſa, quod iuriſdictio quoad Capellam S. Ioannis Baptiſtæ, ſitam in Eccleſia Beatæ Mariæ Caſtri Bugiani, cui cura imminet animarum, in his, quæ concernunt adminiſtrationem Sacramentorum, & quoad perſonam, ſeu perſonas exercentes prædictam curam, ſpectaret ad Præpoſitum cumulatiuè cum ea iuriſdictione, quæ competit Abbati Monaſterij, cui dicta Eccleſia reperiebatur vnita; nam cum Conc. Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regular. c.* 11. concedat Ordinariis iuriſdictionem viſitandi perſonas exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, aut mulierum, ea in dubio cumulatiuè, non priuatiuè cenſetur conceſſa, ita vt Superiores procedere poſſint, ſicut poterant antequam iuriſdictio aliis iudicibus delegaretur. Bartolus, *in l. 1. C. de officio Præfecti Vrb. & in l. 1. §. hoc autem edictum, num. 7. ff. de noui operis nunt. & in l. Sanctio legum, ff. de pœnis.* Baldus *in l. vnica, §. Vbi autem, num. 6. & 7. C. de caducis tollen.* Aretinus *conſil.* 102. incipit. *Spectabilis Domine, num.* 1. Ancharranus *conſil.* 164. *num. 5. verſ. Nec ex eo quod populus*, Decius *conſil. 3. num.* 3. Iaſon *in l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, num. 7. & ſeq. ff. de legat.* 1. vbi latè Aretinus, Abbas *in cap. cæterum, num. 9.* & Felinus, *num. 4. & ibid.* communiter Canoniſtæ, *de iudicijs, Cardinalis in Clement.* 1. §. 1. *num. 4. & 5. de hæreticis*, Ancharanus, Geminianus, Franchus, & cæteri communiter *in cap. Per hoc, de hæretic. lib. 6.* plenè Angelus *in l. Teſtamenta, C. de teſtamentis,* quem ſolum dicit Aretinus bene fuiſſe locutum de hac materia, & fuerat reſolutum in hac coram Illuſtriſſimo Prælato, tunc Rotæ Auditore 15. Iunij 1590.

Habetur inter eius impreſſas, tom. 1. la 336. fol. mihi 143.

Adde Seraph. deciſ. 1067. n. 1. & 4. vbi præſens deciſ allegatur, licet inſcribatur 20. Octobr. & de hac materia adeſt Conſtitutio Gregorij XV.

Præterea, vt omnis ambiguitas tolleretur, placuit Dominis, 2.
vlterius declarare in ſententia, quod ſi hac in materia contingeret Præpoſitum facere conſtitutiones, ſeu decreta diſcrepantia à decretis Superiorum Regularium, tunc Præpoſiti decreta præualere, & obſeruari deberent.

Examen vero, & approbatio Capellani, qui pro tempore eſſet curam animarum ad- 3.

miniſtraturus, ad Præpoſitum duntaxat pertineret.

R. P. D. PENIA.

Portugallien. Vicariæ, die Veneris 20. *Nouembr.* 1598.

DECISIO XXXI.

1. Habetur inter eius impreſſas, tom. 1. la 726. fol. 511.

PEtebat Amator Pintus mandatum de manutenendo in Vicaria S. Saluatoris de Nouellas, annexa Monaſterio de Butello, Diœceſis Portugallenſ. quam à Sede Apoſtolica impetrauerat, & cuius poſſeſſionem ſe accepiſſe prætendebat: ſed quum ex aduerſo Abbas de Butello à ſuo Conſeruatore, ad quem recurſum habuerat, & ſententiam fauorabilem reportauerat, prætenderet contrarium, dubitaui, an Pintus eſſet manutenendus.

2. Et Rota, vtraque parte informante, manutẽtionem Pinto denegauit; quia reſpectu perpetuæ Vicariæ prædictæ Parochialis Eccleſiæ manuteneri non poterat, cum talis perpetua Vicaria non extaret, ex eo quod felic. record Pius Papa V. inſtituta Congregatione Monachorum reformatorum titulos Abbatiales perpetuos huius Ordinis reduxerat ad triennales, & omnia Monaſteria dicti Ordinis in Regno Portugalliæ exiſtentia vniuerat prædictæ Congregationi, illo etiam addito, vt fructus menſæ Abbatialis cuiuſlibet Monaſterij, quandocumque illud vacauiſſet, ſpectarent ad dictam Congregationem. Vnde cum Congregatio, vigore prædictæ annexionis accepiſſet poſſeſſionem prædicti Monaſterij S. Michaëlis de Buſtello, cui erat annexa hæc Parochialis Eccleſia S. Saluatoris, & tanquam filialis ad ipſum pertinebat, & illius propterea cura exercebatur per Capellanum, ſeu Curatum cum certo ſalario, ad nutum eiuſdem Monaſterij amouibilem, & conſequenter nulla adeſſet perpetua Vicaria, qualem Pintus impetrauerat, non poterat ei competere manutentio.

Neque Pinto ſuffragabatur erectio perpetuæ Vicariæ, facta per Epiſcopum Portugallenſem anno 1588. cum aſſignatione certi ſalarij, & quadam domo, & prædio. 3.

Quoniam reſpondebatur, illam erectionem fuiſſe inualidam, tanquam factam de Eccleſia vnita, & Congregationi annexa, eamque non habuiſſe effectum, quinimo apparebat, quod poſtea, & eo præſertim tempore, quo Pintus obtinuerat mandatum de immittendo,

fuerat

fuerat erecta per Vicarios amouibiles, & conſequenter non poterat manuteri in ſtatu Vicariæ perpetuæ, quia ad effectum manutentionis, vltimus ſtatus de tempore motæ litis eſt attendendus. Rota *deciſ.* 49. *de Reſcriptis, in antiq* ibi: *Item quia vltimus, Biſnietus deciſ.* 5. *de Præbend. Thanis deciſ.* 3. *Calderinus conſ.* 23. *de Præbend. Felinus in cap. in noſtra num.* 43. *de reſcript. Paulus de Caſtro conſil.* 3. *num.* 2. *lib.* 2. *Couarruuias in pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 5. & fuit reſolutum *in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum*, 8. *Nouembr.* 1598. coram R.P.D. meo Pamphilio.

Adde Caual. *dec.* 589. *n.* 1. *&* *dec.* 241. *n.* 1. Coc. *dec.* 52 *n* 4 Ludouiſ. *dec.* 569. *n.* 3. *&* *annotat. num* 6.

Habetur penes March. *de commiſſ. pagin* 698. & adde Rota *in Robien. Canon.* coram Giptio, *& in Legionen. confirm.* coram Lancellotto, quæ habentur penes eundem March. *in d p.* 1. *pag* 961. *&* 987. Adde Dur. *dec.* 138. *n* 3. *&* 4. *&* *dec.* 330. *n.* 3. *&* 389 *n.* 6. Caual. *dec.* 109. *num.* 1.

Præterea, non poterat Pintus manuteneri vigore immiſſionis in poſſeſſionem, ſibi conceſſæ ab Epiſcopo Portugallenſi, cui Pintus litteras ſuæ prouiſionis præſentauerat; quia cùm Monachi non fuiſſent citati, nec ſe habuiſſent pro ſpoliatis, & eſſent in poſſeſſione, ipſis dotis competebat manutentio in ſtatu, in quo erant tempore dictæ immiſſionis. Angelus *in l. Qui vniuerſæ*, §. *Item prætor*, vbi Alexander *num.* 5. *ff. de acquirenda poſſeſſ.* Sarnen. *in Regul. de annali, quæſt.* 95. Put. *deciſ.* 419 *in fine lib.* 2.

4 Rurſus, cum tempore, quo Pintus acceperat poſſeſſionē, Monaſterium poſſideret, Pinti poſſeſſio non erat manutenibilis. *l. Peregre, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Decius *conſil.* 400. *num.* 9. Gozadinus *conſ.* 86. *n.* 10.

Reſpectu fructuum, vel portionis Ducatorum 80. non poterat Pintus manuteneri; quoniam non probabat, ſe fuiſſe in poſſeſſione perceptionis eorum, §. *retinendæ*, vbi Ioannes Faber *num.* 16. *Inſtitutionib. de interdict.* 5.

Adde Lud. *dec.* 40 *n* 5. *& ſeq &* *dec.* 549. *n.* 3. *&* 4. Mantic. *dec.* 191. *&* 217. *&* 172. *num.* 2.

6. Denique, non poterat Pinto concedi mandatum de manutenendo, reſpectu aliorum bonorum, nempe domus, & prædij: quia Monaſterium, cui erat annexa, dicebatur, tunc etiam prædicta bona poſſidere. *Rota in vna Bergomen. bonorum, die* 28. *Ianuarij* 1594. *coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & in alia Alben. plebis de Poliano, die* 17. *Maij* 1595. *coram R.P.D. meo Seraphino.*

Habetur inter eius impreſſas la 1127. n. 2. & 4. Adde Ludou. 241. *Vbi annotat n.* 2. *& dec.* 438 *num* 3.

R. P. D. COCCINO DECANO.

Sabinen. Archipresbyteratus, 27. *Decembr.* 1600.

Inter eius impreſſas, la 18. fol 84.

DECISIO XXXII.

PRætendit Angelus Iacobellus, impedire reſignationem Archipresbyteratus Collis Veteris ad fauorem Iacobi Corſi, ſub prætextu vacationis, ex eo quod ei immineat

cura

cura animarum, & reſignans fuerat antea deputatus à Capitulo Sancti Petri Vicarius amouibilis in alia Eccleſia Curata Sancti Martini perpetuo vnita Capitulo, iuxta *cap. De multa, de Præbendis.*

1. Sed credo, hanc prætenſionem non ſubſiſtere. In iſtis enim Vicariis temporalibus, quæ conſtituuntur in beneficiis vnitis iuxta *deciſionem* Rot. 2.*ſub num.* 2. *de exceſſib. Prælator. in nouis*, Biſign. *deciſ.* 21. *num. de Præbend.* cum alleg. per Rebuff. *in tit. de Perpet. Vicar. numero* 6. & late per Alfonſ. Ored. *de incompatib. benefic. part.* 1. *cap.* 15. *ſub num.* 8. *& ſeqq.* non habet locum diſpoſitio *d. cap. de multa* nec ex eis cauſatur incompatibilitas, Gloſſ. in *Clement. in Vicar. perpetuis, de Offic. Vicar.* & in *Extrauag. Execrabilis*, in verbo, *Temporalis, de Præbend.* Capra. *Regul.* 90. *num.* 67. *in* 12. *fallent.* Rebuffus *de diſpenſat. ratione ætatis*, in verbo, *Vel earum perpetuæ Vicariæ.* Ordin. *dicto cap. numero* 16.

2. Diſpoſitio enim dicti capitis *de multa*, non procedit in illis officiis, & dignitatibus, quæ non ſunt perpetua, nec in titulum perpetui beneficij cõferuntur, vt tradunt *ibi* Doctores communiter. Innocent. *ſub num.* 6. *ad finem*, ibi. *Nunquam etiam reputamus.* Anchar. *n.* 18. Imola, *ſub num.* 34. verſic. *Similiter etiamſi.* Abb. *num.* 23. verſ. *Sed contrarium.* Gambar. *lib.* 5. *de offic. legat. in tit. an leg. poſſeſſ. plurib. benefic. conferre. num.* 23. Capra, qui teſtatur de communi, *dicta Regula* 90. *numero* 67. Alfonſ. Ored. *dicto cap.* 15. *n.* 52. Put. *deciſ.* 117. *lib.* 2. & fuit reſolutum in cauſa *Seguntina Theſaurariæ*, 29. *Aprilis*, 1596. coram bon. me. Orano.

Et conſequenter non poteſt habere locum in iſtis Vicariis amobilibus ad nutum conſtituentis, quæ ſunt temporales, & non dantur in titulum perpetui beneficij, nec poſſunt impetrari, cum non ſint tituli beneficiales. Anton. de Butr. *conſil.* 51. *ſub n.* 6. Vitalin. *dicta Clement.* 1. *n.* 56. *de Offic. Vicar.* Rebuff. *in tit. de Nominat. q.* 15. *num.* 62. Mandoſ. *de annal. q.* 15. *num.* 1. & tenuit Rota *in cauſa Salamantina Vicariæ ſub die* 15. *Martij* 1596. coram Illuſtriſſimo Blanchetto. 3.

Nec refert quod Eccleſia Sancti Martini ſit Curata, quia Cura eſt Capituli Sancti Petri, cui fuit vnita, non autem Vicarij temporalis, & ad nutum amouibilis, qui non dicitur Curatus, ſed nomine alieno illam exercet ad libitum ſuum, vel illius, qui ſpecialiter illum deputauit. Gloſſ. *in dicta Extrauag. execrabilis, in verb. Temporalis.* 4.

ralis. Rota *dicta deciſ. 2. de Exceſſib. Prælat.* quæ loquitur in beneficio vnito menſæ Capitulari, Biſign. *dicta deciſ. 21. ſub num. 2.* Cardinal. *in dictam Clement. 1. ſub num. 15. de Offic. Vic.* Oldrad. *conſil. 38. num. 1. 9. & 12.* Rebuff. *de diſpenſat. de non reſid. num. 15.*

5. Quod autem deputatio facta per Capitulum Sancti Petri de hoc Archipresbytero ſit temporalis, & non perpetua, conſtat ex verbis ipſius deputationis, ibi, *ad nutum tamen, & beneplacitum amobilem*, per quæ Vicarius reputatur temporalis, & eo vti de temporali iudicatur, Gloſſ. *in Clementin. Dudum, §. Ac deinde*, in verbo, *Impediant, de Sepultur.* Et patet ex ſupra allegatis, videlicet *deciſ. 2. de exceſſib. Prælator.* ibi. *Vicarius temporalis ad nutum amobilis.* Biſign. *dicta deciſ. 21.* ibi *quia ſi talis Vicarius eſt remouibilis.* Butr. *dicta conſil. 51. ſub num. 6.* Et patet in omnibus Vicariis temporalibus, & ibi, *vt non intitulati ſunt.* Gemin. *dicto conſil. 86. num. 3.* ibi, *quia ipſe exercet curam.* Vital. *in dicta Clement. vnica, num. 56.* ibi, *breuiter, ſi eſſet inſtituendus.* Rebuff. *in dicto tit. de diſpenſat. de non reſid. num. 15.* ibi. *quia pro voluntate inſtituendus.* Alfonſ. Ored. *dicto cap. 15. ſub num. 8.* ibi. *Vicaria temporalis dicitur.* Qui omnes concludunt, Vicariam ad nutum, & voluntatem conſtituentis amouibilem, dici temporalem, etiam ad iſtum effectum, vt non comprehendatur ſub diſpoſitione dicti *capitis de multa.*

Non obſtant, quæ dicuntur 6.
de beneficiis regularibus, quæ licet ſint ad nutum Superiorum amobilia, tamen cauſant incompatibilitatem, iuxta *cap. Cum ſingula, de Præbend. in 6.* Gambar. *de offic. Legat.* loco infra citando. Hored. *de incompatibilitate benefic part. 1. cap. 22. num. 14.* Quia Beneficia Regu- 7.
laria aptitudine ſunt perpetua, niſi ſi ea obtinentes amoueantur. Et de iis iudicatur vt de 8.
perpetuis, prout ſunt de ſui natura, cum conferantur in titulum, & poſſint impetrari, licet obtinentes potius ratione obe- 9.
dientiæ, & ex vi profeſſionis, quam ex natura beneficij, poſſint remoueri ad nutum Abbatis, qui poteſt etiam non remouere: quidquid dicēdum ſit de 10.
manualibus ſæcularibus, quæ non dantur in titulum, iuxta diſtinctionem Gambar. *de offic. legat. lib. 4. tit. de poteſt. legat in reſcru. benefic. num. 14. cum ſeqq.* Præſertim cum Regulares non 11.
poſſint amoueri ſine cauſa, *Clement. 1.* & *ibi* Doct. *De ſupplend. neglig. Prælat.* Siluan. *de Benefic. part. 3. quæſt. 21. ſub num. 5.* Re-

Cc buff.

buff. *de pacific. poſſeſſ. num.* 331.
12. ibi. *quod datur recurſus à remotione ſine cauſa.* Et fuit reſolutum *in dicta cauſa Seguntina Theſaurariæ* coram bon. mem. Orano.

13. Iſta autem ceſſant in Vicario ad nutum amouibili, in Eccleſia ſæculari, qui nullum habet titulum, & nihil agit nomine proprio, & poteſt amoueri ad libitum conſtituentis, etiam abſque cauſa, vt patet ex ſuperius allegatis.

Procedunt autem hæc facilius in hoc caſu, quia non obſtante deputatione Archipresbyteri, reſedit in ſuo Archipresbyteratu, & amplius declarauit in actis Vicarij Sabinenſis, ſe velle in eo reſidere, provt etiam adhuc hodie reſidet, & ſic ceſſant quæ dicuntur de eius animo non amplius redeundi ad ſuum Archipresbyteratum.

Relaxanda igitur ex præfatis videtur ſupplicatio reſignationis dicti Archipresbyteratus, ad fauorem Iacobi Corſi, & reiicienda eſt alia ſupplicatio ab Angelo porrecta de eodem Archipresbyteratu, vti de vacante certo modo ob aſſecutionem Vicariæ temporalis, & ad nutum amouibilis, ex beneficio vnito menſæ Capitulari Sancti Petri, cum iſta vacatio non adſit.

R. P. D. COCCINO. DECANO.

Celſonenſ. Præceptoriæ Veneris, 16. Decembr. 1605.

DECISIO XXXIII.

Ferdinandus, qui ſe fundat in reſeruatione Regulę tertiæ, ex quo narrauit, Præceptoriam eſſe dignitatem conuentualem, illam tenetur probare. Rom. *conſ.* 355. *num.* 11. & 14. Gemin. *conſil.* 36. Caſſad. *deciſ.* 5. *de præbend.* quia Honufr. 1. Habetur inter eius impreſſas, la 109. fol. 392.
2. eſt reus, & poſſeſſor. Iudex enim, cum iniuſtè proceſſerit, illum non priuauit ſua poſſeſſione, vt per Doctores, in *leg. clam poßidere,* § *qui ad nundinas, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Et ſeque- 3.
ſtrum neceſſarium appoſitum per Rotam, nec illum priuauit. Rebuff. *de ſequeſtr. art.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 19. Et ideo ſibi ſufficit, 4.
vincere per non ius Ferdinandi, *l. fin. C. de rei vendicat.* cum vulgaribus, & propterea non eſt diſcutiendum, an ille fuerit electus iuxta formam traditam per Abb. in *cap. cum deputati, n.* 7. *de iudic.*

Hanc autem reſeruationem non probat Ferdinandus; quia licet teſtes deponant, quod Præceptoria ſit dignitas conuentua

uentualis, nihil concludunt, cum non reddant cauſam ſciẽtiæ. Quam etiam non interrogati, tenentur reddere, cum hoc pendeat à iudicio intellectus. Bart. in *l. Solam, in antiq. lect. in fin C. de teſt.* Caſſad *dec. 3. num.* 10. *de Probat.* Surd. *conſ.* 89. *num.* 4. *lib.* 1.
5.

6. Nec Ferdinando ſuffragatur, quod teſtes deponant, quod cum Præceptore tres Fratres maneant, qui ſufficiunt ad conſtituendum Collegium. Ioan de Anan. poſt gloſſ in *cap. Nobis, num.* 14. & Anchar. *n.* 17. *de iurepatr.* Et ideo, cum Præceptor habeat adminiſtrationem, & iuriſdictionem cum præeminentia, eſt dignitas. Boert. *deciſ.* 286. *num.* 2. Aret. *conſ.* 23. *num.* 1. Quia ſtante ſtatuto, quod præter certas Præceptorias ibi nominatas, aliæ non ſunt Dignitates Conuentuales, plures cum Præceptore cohabitantes, non conſtituunt Collegium, Anchar. in *dict cap. Nobis, num.* 1. *verſ.* Si vero conſtat, ibi, *& hoc caſu.* Abbas ante *num.* 9. Et propterea Præceptor non habet Dignitatem. Achil. *deciſ.* 11. *num.* 4. *de ſentent. & re iudicat.*
7.
8.

9. Minus etiam ſuffragatur, quod de iure communi Eccleſiæ Cathedrales, & Regulares, ſunt Collegiatæ. Hoſtienſ. in *dicto cap. Nobis, ſubnum.* 2. *col.* 2. *verſic. quicquid etiam.* Abbas, *num.* 8. verſ. *Item Eccleſia.* Biſignet. *deciſ.* 13. *num.* 3. *de prebend.* Quia hæc fortaſſe procederent, ceſſante dicto ſtatuto Religionis, vt per Anchar. *loco ſæpius allegato* Reſeruarunt tamen Domini particulariter videre, An hoc ſtatutum ſit validum, & in forma probanti.

R. P. D. COCCINO
DECANO,

In ead. Celſonen. Præceptoria, 2. *Iunij*, 1606.

DECISIO XXXIV.

EX deductis in deciſione vltimo loco facta, apparet, Ferdinãdum teneri probare reſeruationem huius Præceptoriæ vigore Regulæ tertiæ: quia eſt fundamentum intentionis ſuæ, Honufrio autem reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non ius ipſius Ferdinandi. Et propterea bis auditis partibus, Rota cenſuit Ferdinandum non probare reſeruationem, quia cum agatur de Præceptoria regulari, cum non probetur eſſe Curatam, aut electiuam, non cenſetur perpetua, ſed manualis. Ægid. *deciſ.* 203. 1.

Habetur inter eius impreſſas, la 196. fol. 431.

 Caſſad.

Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 3. *Dec.*12. *num.*9. *de Præbend.* Sylu. *de benefic. part.*3. *quæſt.*21. *num.*2. Pariſ. *conſil.* 44. *num.*3. *lib.* 4. Mandoſ. *ſuper Regul.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 13. Et in terminis Præceptoriatum S. Antonij, dicit Abb. *in c. Cum deputati, num.* 7. *de iudic. verſ. Quid autem ſi domus inferior.* Et
2. propterea, cum hæc Præceptoria cenſeatur manualis, & pro tali etiam fuerit alias habita per Rotam, *vt in cauſa Barchinonen. Præceptoriarum*, 10. *Ianuarij*, 1578. coram Cardinali Lancellotto, non cadit ſub reuocatione. Calder. *conſil.*26. *de Præbend.* Felin. *in cap. Per tuas, n.*4. *circa finem, verſ. Et adde Calderinum de Maiorit. & obedient.* Æneas de Falc. *de reſeruat. in* 3. *quæſtione principali, n.*25. Achil. *deciſ.*9. *de Præbend.* Mandoſ *præcitato loco, quæſt.*11. *num.*3. *q.*12.
3. *per totam.* Et ratio eſt, quia collatio beneficiorum debet intelligi de ſui natura perpetua, & ideo ſequitur, quod Papa in reuocationibus beneficiorum intelligit de perpetuis, & ſic de collatiuis, & non manualibus, alias ſequeretur abſurdum, quod Superior Regularis poſſet amouere prouiſum à Papa.

4. Neque obſtat, quod cum ſit probatum, tres Fratres degere cum Præceptore, eſt probatum Collegium. Gloſſ. *in cap. Nobis,* in verb. *Conuentualis, de Iurepatr.* Et per conſequens, quod 5.
Præceptoria ſit electiua, quia de iure communi electio Prælati ſpectat ad Conuentum, *cap. Abbatem*, 2. *cap. Abbas*, 2. 18. *q.*2. *cap.*1. *& cap. cum terra, de elect. cir. cap. fin.* 16. *quæſt.*7. Abbas *in cap. Officij, num.*1. *de elect.* Veral. *deciſ.* 296. *part.*1. Quia fuit reſponſum, quod prædicta concluſio non officit in hoc caſu.
Nam cum Abbas, ſeu Præce- 6.
ptor Generalis ſit in quaſi poſſeſſione conferendi huiuſmodi Præceptoriam, ſufficit ad effectum, quod non dicatur electiua, ita vt non comprehendatur ſub Regula, vt per Calder. *conſil.* 23. *de Præbend.* Simonet. *de reſeru. quæſt.*70. Rota *dec.*49. *de reſcript. in antiq.* Mohed. *deciſ.*8. *de Priuileg.* Put. *deciſ.* 3. Et fuit dictum *in cauſa Vincen. Beneficij Sancti Martini*, 19. *Nouembris*, 1599. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Pamphilio, *& in cauſa Taraconen. Sacriſtiæ*, 19. *Iunij* 1600. coram R. P. D. meo Iuſto.

Nec etiam facit, quod Ægid. 7.
& Pariſ. locis præcitatis, videantur annuere, ſufficere ad effectum quod dignitates cenſeantur perpetuæ, quod ſint Conuentuales, quia hoc eſt verum, dummodo electio fiat

per

per Conuentum, quia ipſa electio facta per Conuentum efficit, quod dignitates cenſeantur perpetuæ, vt per Caſſad. *d. deciſ.* 4 *num.* 3.

Denique non officit quod in prouiſionibus Præceptoriarum, dicatur, quod Præceptoriæ vacant per obitum, ſiue remotionem Religioſi deputati, quia non inde ſequitur, quod ſint perpetuæ, & non manuales: quia & in beneficiis manualibus datur vacatio per obitum, & remotionem, vt dicit gloſſa *in Clement. vnica*, §. *Præmiſſa*, in verbo, *Reuocari*, *prope med. verſ. Et ſcias*, *de ſupplend. neglig. Prælat.* & *ibi* Cardinal. *num.* 8. Vital. *num.* 9.

BREVE VRBANI PAPÆ VIII.

VENERABILI FRATRI IVLIO EPISCOPO Crarien. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuntio.

VRBANVS PAPA VIII.

VEN. Fr. Alias à felic. record. Gregorio Papa XV. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſequentis. Videlicet, Gregorius Epiſcopus Seruus ſeruórum Dei, &c. Cum autem, ſicút accepimus circa executionem literarum prædictarum in Regnis Hiſpaniarum faciendam, nonnulla per dilectum filium nobilem virum Rodericum de Silua Ducem Paſtranæ, Cariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici apud nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem, eiuſdem Philippi Regis nomine coram dilectis filiis noſtris Dominico Sanctorum duodecim Apoſtolorum Gymnaſio, Ioanne Garcia Sanctorum quatuor Coronatorum, Millino, ac Scipione Cobellutio Sanctæ Suſannæ, nec non Antonio Sancti Onuphrij titulorum Presbyteris Cardinalibus, reſpectiuè nuncupatis, ad id à nobis ſpecialiter deputatis deducta fuerint per Dominicum, Ioannem Garciam, Scipionem, & Antonium Cardinales prædictos, ſeu alios à nobis ſuper his deputandos maturius, ac plenius videantur, atque conſiderentur; motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, vt in Regnis Hiſpaniarum prædictis tantum ad executionem inſertarum litterarum huiuſmodi ſuperſederi auctoritate noſtra cures, & facias donec aliter à nobis, ſeu Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris prouiſum fuerit, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac tibi in hoc non parenres per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſt-

poſita

poſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præinſertis litteris huiuſmodi, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ſeptima Februarij, anno 1625. Pontificatus noſtri anno Secundo.

Adnotatio. Sic exſcribit Breue Vrbani VIII. ſuſpenſiuũ Conſtit. Greg. XV. quæ incipit. *Inſcrutabili Dei prouidentia*, Magiſter Lezana Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, in tomo, *Conſulta varia* intitulato, conſulto 40. num. 116. & illud ſe propriis oculis vidiſſe, num. præcedenti, teſtatur. [Et addit. *Nihilominus, quia in Regiſtris* " *Papæ Vrbani non inueniebatur per tres menſes, quibus ſuper hoc dili-* " *gẽtia adhibita eſt, vt teſtatur Ioannes Naldus vir ſingulariter doctus,* " *& in Curia Aduocatus in informatione ſuper hac cauſa* (ea ſcilicet, " quæ inter R. Dominum. D. Ioannem de Palafox Epiſcopum Angelopolitanum, vulgo la Puebla de los Angeles, in Indiis Occidentalibus, ex vna, & Patres Societatis Ieſu, partibus ex altera verſa fuerat.) *Ideo Sacra Congregatio in Decretis, & Declarationi-* " *bus præfatis, confirmatis à SS. D. N Innocentio, ſuppoſuit ſemper di-* " *ctam Bullam Gregorij XV. eſſe in viridi obſeruantia in Hiſpaniarum* " *Regnis. Cum vero poſtea repertum fuerit, (Deo ſic prouidente) præfa-* " *tum Vrbani VIII. Breue, nec illud reuocatum ab eodem Vrbano, aut* " *SS. Innocentio, cenſendum eſt manere in ſua vi, & vigore, ac proinde* " *iuxta illud in hac, & ſimilibus cauſis in Regnis Hiſpaniarum in dies* " *emergentibus, iudicandum eſſe.*] Hæc omnia adnotat, & teſtatur " præfatus Author, & hic apponere libuit, tam pro firmandis, quæ diximus, quæſtione 2. ſect. 1. §. 2. de diuiſione beneficiorum, diuiſ. 1. 1. num. 7. quam pro dubiorum, circa Gregorij Conſtitutionem, emergentium reſolutione.

Bulla Sanctiſſ. Alexandri Papæ VII. in fauorem Monaſterij Hyrachenſis.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis Filiis Bibiano Abbati Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Monte Læto, eiúſque Fratribus, tam præſentibus, quam futuris, Regularem vitam profeſſis. Inuiolata Dei genitrix Virgo Maria, quæ merita Sanctorum ſuauitate tranſcendit, Angelis purior, & eminentior, cunctis

cunctis tantò deuotius, & ſpecialius debet ab vniuerſis fidelibus iugiter honorari, quantò amplius ab ipſo immortalitatis Auctore ſuper omnes Angelos meruit feliciter ſublimari. Nos vero, qui eius intercesſionis auxilio deſideramus apud Altiſſimũ adiuuari, Eccleſias illas quæ in honore ipſius ſingularis Virginis ædificatæ ſunt, quadã ſpeciali volumus prærogatiua fouere: & ne indebitis agitentur moleſtiis, Apoſtolicæ tuitionis præſidiis communire. Ea propter, Dilecti in Domino Filij, veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, præfatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri, ac noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quaſcumque poſſeſſiones quæcunque bona idem Monaſteriũ in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificũ, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam Yegui cum vniuerſis pertinentiis ſuis, Hugar cum vniuerſis pertinentiis ſuis, Surbaa cum vniuerſis pertinentiis ſuis. Hetſam cum omnibus pertinentiis ſuis. Yruxium cum omnibus pertinentiis ſuis. Ollonium cum omnibus pertinentiis ſuis. Vrriaceyriaga cum omnibus pertinentiis ſuis. Biloriam cum omnibus pertinentiis ſuis. Monaſteriolum Sancti Clementis cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sancti Iuſti. Ibart cum omnibus pertinentiis ſuis. Honorem de Arcubus cum omnibus pertinentiis ſuis. Turres cum omnibus pertinentiis ſuis. Turrelles cum omnibus pertinentiis ſuis. Mandauiam cum omnibus pertinentiis ſuis. Sotogorriam cum omnibus pertinentiis ſuis. Hithecam cum Eccleſia Sancti Saluatoris. Legardam cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctæ Eulaliæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Monarriſquetam cum omnibus pertinentiis ſuis, Oiuartum cum omnibus pertinentiis ſuis. Heroniz cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Æmiliani cum omnibus pertinentiis ſuis. Loquenam cum omnibus pertinentiis ſuis. Subice cum omnibus pertinentiis ſuis. Cirica, cum omnibus pertinentiis ſuis. Rotas de Ponte Regina. Arbeſcaa cum omnibus pertinentiis eius. Subielca cum omnibus pertinentiis ſuis. Hiſquidiam cum omnibus pertinentiis ſuis Eccleſiam S. Martini de Stella. S. Martinum de Arria. S. Metherium. S. Iacobum de Moru: Eccleſiam de Melche; Villam de Sabal.

S. Ioannem

S.Ioannem de Sada. Sepulturam quoque illius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem interdictum generale terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, interdictis, non pulſatis campanis ſuppreſſa voce diuina officia celebrare. Sane noualium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi, qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, vel Fratrum pars, conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, vt nulli hominum liceat pręfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia, & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundóve, tertióve commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud Deum diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Arnaldus Hoſtienſis Epiſcopus-Ego Bernardus Portuenſis, & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus. Ego Ioan. Presbyter Card. SS. Ioannis, & Pauli tit. Pamachi-Ego Buil, Presbyter Cardinalis tit. Sancti Petri ad Vincula-Ego Boſo, Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris. Ego Petrus Presbyter Cardinalis tit. Sancti Laurentij in Damaſo - Ego Ardicio Diaconus Cardinalis Sancti Theodori-

Ego Cinthyus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani - Ego Hugo Diaconus Cardinalis Sancti Euſtachij iuxta templum Agrippæ- Ego Vitellus Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergij, & Bacchi. Ego Petrus de Bono, Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in Aquiro. Datis Tuſculan. per manum Gratiani Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi, & Notarij 8. Kalend. Iul. indictione 5. Incarnationis Dominicæ Anno 1072. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno tertio decimo. An.1072.

Adnotatio. Hoc ſumptum fideliter, egomet, ex Bulla plumbea originali, Alexandri præfati Papæ tertij, in Archiuo Regij Hyrachenſis Cœnobij aſſeruata, cum ſigillo plumbeo eiuſdem Pontificis, ex multis filis ſericis viridis coloris, pendente, extraxi, & hic apponere lubens, conſultóque duxi, ad maiorem comprobationem iurium, quæ diximus idem Cœnobium in Eccleſiis in eadem recenſitis habere. Et vt omnibus ſit notum, euidentérque pateat, omnes, & earum quamlibet, ad idem Cœnobium pleno iure ſpectare quoad ſpiritualia, & temporalia, ex noua conceſſione Apoſtolica. Quod omne in terminis comprobatur ex Sacræ Rotæ deciſione, in Iacenſ. Parochialis Sanctæ Ceciliæ, 30. Ianuarij de anno 1615. coram Buratto, quam hic habes, in ordine la 5. in qua de ſimili eiuſdem Alexandri III. confirmatione Eccleſiarum in fauorem Monaſterij Pinnatenſis eiuſdem Benedictini Ordinis, cum pari ſuſceptione in ius, & proprietatem Apoſtolicæ Sedis.

REGIS

REGIS SANCTII V. NAVARRÆ Priuilegium, cuius vigore Dominium loci de Ayegui Sancto Veremundo Hyrachenſi Abbati donauit.

SVB nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Hæc eſt cartha donationis, vel gratiæ, quam ego Sanctius gratia Dei Rex libenti animo, cum ſpontanea voluntate facio tibi Patri ſpirituali Domino Veremundo, nutu Dei Abbati, ob tuum delectabile obſequium, de ipſo loco, quod dicitur Ayegui, quod ſitum eſt circa Monaſterium tuum. G. ego Sanctius Rex, etſi indignus, item Dominus hoc te deſiderare toto cordis affectu, & me cupiens tuis, omniúmque Dei, Sanctæ Genitricis ſeruorum adunari, vel communicari precibus, libens concedo tibi poteſtatem, libertatem, atque veram, & ſinceram donationem, omnibúſque Monachis ſub Regula Sancti Benedicti degentibus in Monaſterio Beatæ Mariæ Yraxenſis. Ex hoc ergo die, vel tempore iam dictum locum do cum omnibus ſuis terminis, ſuiſque pertinentiis, cum montibus, fontibus, paludibus, pratis, paſcuis, exitis, introitis, terris, vineis, pomiferis, hortis, molendinis, & quidquid ad ipſum locum de Ayegui pertinet, totum integrè, liberè, & abſolutè maneat in poteſtate, & iure Sanctæ Mariæ, & Deo, ſibique ſeruientium, tam præſentium, quam futurorum perpetuo tempore. Et quicquid ibi facere, vel iudicare voluerint regulariter, liberam in Dei nomine habeant poteſtatem. Et in eodem loco habitantes, tam viri, quam fœminæ; vel in ſuis terris, & terminis, nullum ſuper ſe habeant dominatorem, vel inquiſitorem pro homicidiis, aut furtis, vel cuiuſcumque huius ſæculi cauſis, vel calumniis, niſi Abbatem, & Fratres Sanctæ Mariæ Yraxenſis. Et penitus id ſubtraho meam Regiam, vel futurorum Regum, & Seniorum poteſtatem, ac ditionem, eatenus vna tecum merear pro hoc beneficio cum cælicolis habere partem. Si quis tamen meorum propinquorum, vel extraneorum, ſiue tuorum, hoc teſtamentum meæ donationis, atque

traditionis niſus fuerit violare,vel diſrumpere,binis careat lucernis alienuſque maneat à catholica fide excommunicatus, & anathematizatus: partem habeat cum Iuda traditore in inferno inferiori, & Diabolum ſe ſciat ſibi conſolatorem. Inſuper ſit anno ſæculari afflictus, & poſt partem..... Sanctæ Mariæ centum perſoluat libras auri. Hoc tamen ſctum.ſcum.permaneat, & ſtabile. Ego G. Sanctius Rex, qui hoc teſtamentum traditionis, & donationis fieri iuſſi, & relegi........ manu mea hoc ſignum inieci, & confirmaui, & teſtibus tradidi ad confirmandum, & roborandum. Senior Lope Fortunionis Dominus Calagurrà, & Naſaram Teſtis. Senior Fortunio Lopiz Pungi Caſt. & Muez, T.-S. Sancio Fortunionis Dominus Sancti Stephani de Yon. T.-S. Fortum Azenariz Dominus Fuens & Arriezu, T.- S. Aſcenari Garceis Dominus Copia, & Granione, T.- S. Eximino Fortunionis Dominus Cambero, & Ponte Vrbo, T.- S. Fortun. Garceis Dominus Aptol, & Petralta, T. - S. Eximino Mancionis Maiordomus Regis, T. - Factum teſtamentum donationis, & traditionis Era Milleſima Nonageſima Octaua, Regnante Domino N. Ieſu Chriſto, & ſub eius Imperio, ſupradicto Rege Sanctio Regnante in Pampilona, Alaua, Ypuzcoa, & vſque Pont. Vrbo, Caſtella eius patruus, Fortunio Rege in Legione, & Ramiro Rege in Aragone, Epiſcopo Ioanne Eccleſiam regente Pampilonenſem, & Gomeſano Calagurritana, & Najarrenſem.

REGIS

REGIS GARSIÆ RANIMIRIZ
Priuilegium donationis Villæ de Vgar in fauorem Abbatis, & Monachorum Hyrachenſium.

SVB Chriſti nomine, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Ego Garſias Ranimiriz gratia Dei Rex, libenti animo, atque ſpontanea voluntate, pro remedio animæ meæ, vel parentum meorum, trado, & concedo in Monaſterio Sanctæ Mariæ, & ibi præſenti Abbati Acenario, cùm cæteris Fratribus ibidem Deo ſeruientibus præſentibus, atque futuris, vt memores mei ſitis in omnibus orationibus veſtris, trado vobis, ac concedo vnam villam, quæ vocatur Vuar ex integro cum omnibus terminis, ſcilicet nominatim Iguiza, & Mendictiria, & cum introitu, & exitu, ſcilicet cum terris, & vineis, paſcuis, fontibus, montibus, atque paludibus, ſeu molendinis, vel hortalibus, & cum omni termino ſuo, quod habet, vel habere debet, ſicuti pertinet ad Regiam perſonam ex integro, & trado eam habendam, ac poſſidendam in Monaſterio de Yrache almæ Virginis Mariæ. Et hoc ago in emenda pro ſexaginta marchos de fino argento, quos accepi de eodem Monaſterio, vt non inueniar reus ante conſpectum Domini, & Genitricis eius Mariæ: Et vt ſit ad ſeruitium Fratribus ibidem Deo ſeruientibus iure perpetuo, per cuncta ſæculorum ſæcula, amen. Si quis autem noſtrorum propinquorum, aut extraneorum, quod minime fieri credo, hoc meum factum diſrumpere voluerit, ſit condemnatus, & anathematizatus, atque excommunicatus hic, & in futuro permaneat. Binis careat lucernis, & ab omni Cœtu Chriſtianorum ſit ſegregatus, & cum Iuda traditore, vel cum Diabolo in inferno inferiori ſit demerſus amen. Ego namque Garzias Ranimirus Rex, qui hanc cartham fieri iuſſi, manu mea roboraui, & teſtibus ad confirmandum tradidi, & hoc ſignum † feci.

Huius rei ſunt teſtes Latron, qui tunc tenebat Villam, & per manum eius Garcia Arzeiez de Nouar, & frater eius Eneco Arzeiz. Senior Lope Semenones de Torrellas. Lope Garceiz de

Oriz. Exemen Garceiz frater eius. Senior Garzea Arzeiz de Lomber. Iaun Guilen de Oteiza Cecodin de Labio. Martin Semeroiz de Lehet. Don Marco de Larrada. Martin Lopeiz de Stella. Senior Exemen Azenarz de Tor. Facta cartha era 1175. Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſub eius Imperio Garſias Ranimiriz in Pampilona ac in Aragon. Ranimirus Rex, in Caſtella vero Alphonſus Rex. Epiſcopo Sancio in Pompilana, Epiſcopo Garſias in Caragoſa, Epiſcopo Sancio in Nagera, Martin Lopeiz dominante Stella, & ſub eo Rodericus de Azagra. Latron in Alaua. Martin Sanz in Nagera, & in Logroin.

F I N I S.

SERIES

SERIES TITVLORVM Repertorij.

A

ABBAS.
Abbatia.
Abbatiſſa.
Abſentia.
Abſolutio.
Acceſſorium.
Actus.
Alexander III.
Alienatio.
Appellatio.
Approbatio.
Arbeiza.
Archidiaconus.
Archipresbyter.
Arizala.
Aſſociatio.
Attentata.
Ayegui.

B

Baptiſmus.
Benedictio.
S. Benedictus.
Beneficiarius.
Beneficium.
Biloria.
Bulla.

C

Canonica portio.
Capellanus.
Cardinales.
Celebratio.
Cenſura.
Cenſus.
Ceſſatio.
Citatio.
Clauſula.
Clericus.
Cœnobium.
Collatio.
Collegium.
Commenda.
Concio.
Concordia.
Concurſus
Confeſſarius.
Confeſſio Sacram.
Confeſſio iudicialis.
Confirmatio.
Congregatio.
Congrua.
Conſeruator.
Conſilium.
Conſtitutio.
Contractus.
Culpa.
Cura animarum.
Curatus.

D

Decimæ.
Declaratio.
Decretum.
Definitio.
Definitorium.
Delegatio.
Delegatus.
Deſtitutio.
Deuolutio.
Dignitas.
Diſmembratio.
Diſpenſatio.
Dominatiua poteſtas.
Dominium.

E

Eccleſia.
Electio.
Enunciatiua.
Epiſcopus.
Error.
Euchariſtia.
Exceptio.
Excommunicatio.
Executio.
Exhortari.
Extrema vnctio.

F

Facere.
Facultas.
Fama.
Fugitiui.
Funeralia.
Funus.

G

Generalis.
S. Gregorius I.
Gregorius XIII.

Grego

Gregorius XV.

H

HIerarchia.
Homo.
Horæ Canonicæ.
Hyrachenſe Cœn.

I

IGnorantia.
Immemorabilis.
Impetratio.
Impugnatio.
Incompatibilitas.
Inhibitio.
Inſtitutio.
Inſtrumentum.
Interdictum.
Interpretatio.
Iudex.
Iuriſdictio.
Ius.
Iuſpatronatus.
Iuſplenum.

L

LEte.
Lex.
Limitatio.
Locatio.
Luquin.

M

MAnutentio.
Mare Magn.
Matrimonium.
Medicus.
Mendauia.
Miſſa.
Monachus.
Monaſterium.
Moneo.
Mors.
Motus.

N

NOtorium.

O

OBedientia.
Oblatio.
Officium.
Oraculum.
Ordinarius.
Ordo.
Oteyza.

P

PApa.
Parochia.
Parochus.
Pars.
Patrimonialia.
Patronus.
Paulus IV.
Penſio.
Permutatio.
Perpetuitas.
Perſonatus.
Petitorium.
Pluralitas.
Pœna, Punitio.
Portio.
Poſſeſſio.
Poſtulatio.
Poteſtas.
Præcedentia.
Prælatus.
Præſcriptio.
Præſentatio.
Præſidens.
Præſumptio.
Prior Clauſtralis.
PriorConuentualis.
Prior II.
Prioratus.
Priuatio.
Priuilegium.
Probatio.
Procuratio.
Procurator.
Profeſſio Fidei.

R

RAatio.
Regulæ Iuris.
Regularis.
Renunciatio.
Reſeruatio.
Reſignatio.
Reſtitutio.
Reus.
Rex.

S

SAcramentum.
Sententia.
Sepultura.
Status.
Statutum.
Stella.
Subditus.
Suffragium.
Superior.

T

TEmpus.
Teſtis.
Tribunal.

V

VAcatio.
Vgar.
Vicarius.
Viſitatio.
Vnio.
Vox.
Votum.
Vrbiola.

Z

ZVbielqui.

REPER

REPERTORIVM,

SVMMA, ET EPITOME

EORVM OMNIVM,

Quæ in hoc opere, tam ex profeſſo dilucidantur, quam obiter proferuntur. Littera P. *partem* indicat. q. *quæſtionem* denotat. ſect. *ſectionem*, §. *paragraphum*, Diuiſ. *Diuiſionem*. Dec. *Deciſionem Sacræ Rotæ*. *D. P.* Diſquiſitionem Paſtoralem; Canonicam, & Regularem de iure Prioris Conuentualis annexi. Litteræ D. I. Diſquiſitionem Iudicialem, ac tandem Littera p. poſt numeros marginales poſita paginam demonſtrant.

A

Abbas.

1. QVI habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſæculares, venit nomine Epiſcopi, & quoad iuriſdictionem poteſt omnia, quæ poteſt Epiſcopus. p.2.q.3.n.21. pag.78

2 Quilibet Abbas exemptus ab Epiſcopi iuriſdictione, habet iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in Religioſos ſibi ſubditos. p.3.q.13. n.7. p.136.& D.P.n.113. p.51

3 Quoad iuriſdictionem poteſt erga ſuos ſubditos, niſi expreſſe ſit ei limitatum, quicquid poteſt Epiſcopus erga ſuos, & Papa erga omnes Fideles. D.P. n.117. p.53. & p.144. cum ſeqq. p.63

4 Quoad poteſtatem Ordinis, poteſt benedicere corporalia, ſacras veſtes, & paramenta Eccleſiaſtica, pro cuiuſlibet Eccleſiæ vſu. D. P. n. 109. p. 48. Tonſuram Clericalem conferunt, & Ordinem Lectoratus. p. 3. q. 13 n. 6. & 7. p. 135. 136

5 Delegare poteſt iuriſdictionem. D. P. n. 22. p. 12

6 Qui habet Abbatias, Prioratus, aut Grangias ſibi ſubiectas, Archiepiſcopo comparatur. D. P. n. 12 p. 7. Epiſcopo vero, reſpectu Subditorum proprij Cœnobij. ibid.

7 Vota poteſt omnium ſubditorum irritare. D. P. n. 29. pag. 14.

8 Filiationes viſitat, & in prima inſtantia de omni earum cauſa cognoſcit priuatiue reſpectu Reuerendiſſimi Generalis; & extra viſitationem, in ſecunda, reſpectu Prælatorum dictarum Filiationum D. P. n. 11. pag. 7.

9 Parochus ſuorum ſubditorum eſt D P. num. 129. & ſeqq. p. 58. & ſeqq.

10 Parochus etiam eſt verus Eccleſiarum vnitarum ad menſam ſui Cœnobij. p 2. q. 9. n. 11. 12. 14. & 15 p. 63. p. 2. q. 10. n. 2. p. 127 p. 4. q 9. n. 9. & 13. p. 288. & ſequent bus.

11 Non ſolum habet curam in habitu, ſed etiam in actu, & in exercitio. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 10. & 11. 12. p. 31. 32 & n. 20. p 36. P. 2. q. 2. n 11. 12. 14. & 15. p. 63. & ſeq p. 3. q. 17. n. 11. p. 154. p. 4 q 9. n. 8. p. 288

12 Ad audiendas Confeſſiones Parochianorum Eccleſiarum vnitarum, & miniſtranda eis alia Sacramenta, approbatione Epiſcopi non indiget. p. 1. quæſt. 2. diuiſ. 1. n. 39. & 40. p. 22. & ſeq.

13 Licitè, & validè aſſiſtit Matrimonio ſuorum Parochianorum. p. 4. q. 1. ſect. 3. in fine. pag 183.

14 Deputare poteſt pro exercitio curæ dictarum Eccleſiarum Vicarios ſæculares ad nutum ſuum amouibiles. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 23. 25 p. 38. & ſeq P. 2. q. 2. n. 11. p. 63. P. 3. q. 10. num. 2. p. 127. & q. 17. n. 11. 12. 14. 15. 16. 17. p. 154. & ſeqq.

15 Poſſunt deputare Vicarios Religioſos. p. 3. q. 17. n. 9. p. 153. & n. 12. 13. p. 155. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 23. in fine. p. 38

16 Non poſſunt Vicarios deputare perpetuos. part. 3. q. 17. num. 18. p 156

17 In conſignatione congruæ ſuſtentationis Vicariorum non poſſunt ſe Epiſcopi intromittere, ſed Abbas. p. 3. q. 17. n. 11. pag. 154.

18 Abbas ſuppoſita approbatione Epiſcopi confert Vicariis iuriſdictionem. Epiſcopus enim præter approbationem

nem, & licentiam miniſtrandi Sacramenta, nihil eis confert. p.1.q.2.diuiſ.2 n.25. & 28.p.39. p.3.q.17.n.11. p.154

19 Capellani potiùs quàm Vicarij appellantur deputati pro exercitio curę Eccleſiarum vnitarum ad menſam. p.3 q.17. n.11.14.& 16. p.154. & ſeq.

20 Abbati ſubiecti ſunt dicti Vicarij, ſeu Capellani ab eoque viſitantur. p.3.q.10. n.2. p.127. p.4.q 1. ſect.3. concl.1.n.23.25. p.162.ſeq. q.7. ſect.11. concl.1. n.13. p.273. q.8. ſect.11. 12. 13. p.281.

21 Præiudicare nequit Abbas Cœnobio ſuo, part.4.q.3.ſect.2. concl.2.n.14. p.240

22 Fugitiuos, & cunctos debet requirere. D.P.n.111. p.51

23 In odioſis non venit nomine Monachi, aut Religioſi. p.4.q.1.ſect.4.n.11. p.202

24 Requirere debet pro Cœnobij regimine Monachorum conſilium, ſed non tenetur ſequi. D. P. num.65. & 66. p.29. & ſeq.

25 Abbas temporalis, & non per electionem canonicam aſſumptus, eandem Prælaturam, Dignitatem, & iuriſdictionem habet, ac haberet ſi eſſet perpetuus, & canonice electus. D. P.n.72. p.33

Abbatia.

1. Abbatia in ſuo origine Dignitas non fuit, nec nomen honoris, ſed ſolicitudinis. Dec. 24 n 5. p.152.

2. Si cura, & Conuentu caret, non eſt proprie Dignitas; niſi conſuetudo illam fecerit Dignitatem Dec 24.n.3. p.151

Abbatiſſa.

1. In Eccleſiis ad menſam ſuo Cœnobio vnitis habet curam animarum in habitu. p. 2. q.2. de diuiſ. vnio n. 11. p.63. Dec.3. n.2. & 5. p. 111. & ſeq. Dec.4. num. 5. p.126

2. Habet ius inſtituendi inſtitutione, quæ dat titulum, & poſſeſſionem. p.1.q.2. diuiſ. 2. n.27.p.39.p 2. q.2.n.11. p.63

3. Ponit pro exercitio curæ Vicarium ad ſuum nutũ amouibilem. q 2. q.2.n.11. p.63

4 Non poteſt deputare perpetuum p.3.q.17.n.18. p.156

5. Iuriſdictionem Vicario Epiſcopus confert. p.1.q.2. diuiſ. 2.n.29. p.40

Abſentia.

1. Curatus Regularis licentiam pro abſentia, in caſu quo ſit neceſſaria ab Epiſcopo debet obtinere. p. 1.q. 2. diuiſ.1. n.16 p.14

2. Poteſt curam Eccleſiæ ſuo Monaſterio annexæ, in caſu abſentiæ vno ex ſui Conuentus Monachis ab Epiſcopo ad Cõfeſſiones approbatis committere.p.1.q.2 diuiſ.1.n.16. ibid.

3. Non tenetur ad reſtitutionem fructuum ratione abſen-

tiæ ſi Eccleſia, cui deſeruit ad menſam ſui monaſterij eſt vnita; ſecus ſi Epiſcopo plene ſit ſubiecta. 1. part. q. 2. diuiſ. 1. n. 17. pag. 15.

Abſolutio.

1. Non omnis Sacerdos abſoluere valet, ſed qui iuriſdictionem Ordinariam, aut delegatam habet. p. 3. q. 1. n. 4. & 5. p. 97. & ſeq.

2. Qui in aliquibus caſibus poſſunt ab excommunicatione Canonis abſoluere, poſſunt hanc delegare facultatem. p. 3. q. 17 n. 4. p. 150

3. Qui ligauit, in plurimum, abſoluere poteſt. D. P. n. 139. cum 2. ſeqq. p. 61. & ſeq.

4. Abſoluere non poteſt Superiorem inferior; niſi minoris arbitrio ſe Superior ſubiiciat. D. P. n. 140. p. 62

5. Abſoluere non poteſt ſuperior Prælatus, quem inferior ligauit. D. P. num. 139. & 140. p. 61. & ſeq.

6. Abbates, Priores Conuentuales, & Præſidentes Cœnobiorum abſoluere poſſunt ſuos ſubditos à quibus ſuos poteſt Epiſcopus per iuris, & Concilij Tridentini diſpoſitionem. D. P. n. 143. & ſeqq. p. 63

7. Poſſunt in Congregatione Benedictina Hiſpana, feria 2. poſt primam Dominicam quadrageſimæ ſubditos abſoluere ab omnibus quantumcumque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. D. P. n. 37. p. 19

8. Incendiarios, & excommunicatos vltra annum ſolus Papa abſoluit. D. P. n. 14. p. 8

9. Reus dubie exceptionem ſuam probans abſolui à iudice debet, quia per illam probationem, claram accuſatoris intentionem tollit. D. I. n. 37. p. 80

Acceſſorium.

1. Conceſſo principali, conceditur acceſſorium. D. I. n. 97. pag. 99

Actus.

1. Meræ facultatis actus non amittuntur per non vſum; ſed per contrarium ſic, licet non ſemper, amittitur facultas. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 30. p. 40. dec. 20. n. 5. 6. 7. p. 167. & ſeq.

2. Actus lite introducta geſti, nulla digni ſunt conſideratione. dec. 20. n. 13. p. 171

Alexander III.

1. Bona, & poſſeſſiones Hyrachenſis Cœnobij Alexander Papa confirmauit. p. 4. q. 5. ſect. 1. n. 9. p. 254. In fine operis, eius adeſt Bullæ ſumptum.

Alienatio.

1. Bona, & poſſeſſiones ad menſam pertinentes alienari non debent. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 1. pag. 5.

2. Super iuribus Eccleſiæ, aut Cœnobij, ſeu Monaſterij fieri non poteſt Concordia, aut tranſactio, niſi de Summi Pontificis

tificis licentia. dec. 19. num. 6. p.164. Dec.20.n.8. p.168

Appellatio.

1. Quo tempore debeat, qui appellauit, petere ſibi reſponderi de Apoſtolis. Dec.22. n.4. p.176

2. Si Epiſcopus ſine iuſta cauſa in perpetuam erigat Vicariam temporalem, poteſt à tali erectione appellari. Deciſ.29. num.17. p.196

3. Appellatio quid ſit? n.94. D. I. p.98

4. Appellabilis non eſt ſententia quoad vllum effectum, quæ partes non grauat. D. I. n 19. p.72

5. Appellatio friuola, fruſtratoria, temeraria, & vana eſt quando non grauatus appellat. D. I. n.19. p.72. & n.35. p.79

6. Non grauat ſententia à qua ius appellare non permittit. D. I. n 20. p.73

7. Omni grauato appellatio permittitur. ibid.

8. Appellatio denegatur conuicto, confeſſo, & notorio. D.I. n.32.33. & 35. p.77. & ſeq.

9. Confeſſo per errorem, aut metum tormentorum, appellatio de iure Canonico ſuffragatur D. I. n.33. in fine pag.78. & n.92. p.96

10. Appellatio non debet eſſe ſuffugium cauillantium, ſed refugium grauatorum. D. I. n.36. p.79

11. Appellatio à correctione non datur. D.I. n.59. p.81

12. Appellatio ideo fit à minori ad maiorem iudicem, vt maior corrigat, quod minor fecit. D.I. n 94. p.97

13. Appellatio notorie, & manifeſte friuola nõ impedit quominus Iudex à quo ſuam ſententiam exequatur. D. I. n. 91. p.96. vti exequi tenetur. D. I. num.94. p.97

14. Contra iuſtitiam peccat mortaliter Iudex, & puniri debet, ſi friuolam appellationem admittit, & ſi iuſtam recuſat admittere. D.I.n.19. p.72

15. Friuolè appellans tanquam contumax excommunicari poteſt à Iudice à quo D. I. num.36. p.79

16. Ad cognoſcendum an ſententia appellabilis ſit, attendi debent, quæ in ea ſunt expreſſa, non vero, quæ implicita, aut quæ ex ea colliguntur. D.I. num.27. p.76

17. Ad Iudicem à quo ſpectat cognitio, an ſua ſententia ſit appellabilis, & an admittenda ſit appellatio. D.I. n.75. & 76. p. 89. Et in quo ſenſu vtrumque ſit verũ. D.I.n.77. & 78. p.90

18. Ad Iudicem ad quem, in quo ſenſu dicta competat cognitio. D.I n.77. p.90

19. A quibus grauaminibus per Reuerendiſſimum Generalem illatis habeant Religioſi

ad Definitorium, per appellationem recurſum. D. I. num. 11. p. 70. & n. 21. & 22. p. 74

20. Appellatio legitima coram Definitorio facta, vtrumque effectum, deuolutiuum, & ſuſpenſiuum ſortitur. D. I. num. 12. p. 71

Approbatio.

1. Actus intellectus eſt approbatio. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 28. p. 39

2. Approbationem à iure habent Parochi, quam Epiſcopi reuocare non poſſunt, ſed bene ex cauſa ſuſpendere. p. 3. q. 2. n. 7. p. 100

3. Ceſſat approbatio Parochi relicto Parochiali Beneficio. ibid.

4. Approbatio Epiſcopi ad curam non eſt iuriſdictionis collatio, ſed idoneitatis declaratio. P. 1. q. 2. diuiſ. 2. num. 28. p. 39.

5. Pro Eccleſiis ad menſam vnitis approbat Vicarios Epiſcopus, & illis dat commiſſionem, ſed non iuriſdictionem. ibid

6. In locis non exemptis debet Vicarius ab Epiſcopo approbari Dec. 13. n 7 p. 150. dec. 30. num. 3. p. 197

7. Pro Eccleſiis vnitis, Epiſcopi approbatione, non indigent Prælati Regulares. part. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 40. p. 23

8. Monachi Parochi ſola approbatione ad confeſſiones indigent communi. part. 3. q. 17. n. 20. p. 157

Arbeiza.

1. Populus de Arbeiza cum omnibus pertinentiis ſuis ad Cœnobium pertinuit Hyrachenſe p. 4 q. 6. ſect. 1. n. 1. p. 277

2. Eccleſia Parochialis de Arbeiza ad menſam dicti Cœnobij eſt vnita pleno iure. p. 4. q. 6. ſect. 1. n 3. p. 260. ſect. 2. n. 2. & 3. p. 264. q. 9. ſect. 2. n. 6. p. 287

3. Alexander III. confirmauit Cœnobio prædictà omnia. p. 4. q. 6. ſect. 1. n. 4. p. 261. In fine operis adeſt eius Bulla.

4. Decimas dictæ Eccleſiæ integre percipit Cœnobium. ibid.

5. Cœnobium ſalarium in pecuniis, & in vna portione de ipſius menſa Vicario ſoluit. ib. & ſeq.

6. Portiones dictæ Eccleſiæ, perſonis ſibi bene viſis, conferunt Abbas, & Præſidens Cœnobij. ibid. n. 7. p. 262

7. Vicarium deputant Abbas, & Præſidens ad Parochianorum præſentationem, ſed non ex obligatione. ibid. & ſect. 2. n. 6. p. 264

8. Vicarium amouibilem deputare conſueuerunt. ib. ſect. 2. n. 7. p. 265.

9. Non poſſunt deputare Vicarium perpetuum. p. 3. q 17. n. 18. p. 156. n. 11. & 13. p. 265. conclu

concluſionis 1. & concl. 2. n. 7. p. 267
10. Poſſunt Monachum Vicarium deputare. p. 1. q. 2. diu. 2. n. 23. in fine, p. 58. & p. 3. q. 17. n. 9. 12. & 13. p. 153. & ſeqq.
11. Non inſtituitur per concurſum Vicarius. ibid. & p. 4. q. 6. ſect. 2. concl. 1. n. 4. p. 264
12. Vicarius non habet beneficium Parochiale huius Eccleſiæ. p. 4. q. 6. ſect. 2. concl. 1. num. 3. p. 264. & num. 12. p. 266
13. Nec habet curam animarum illius, ſed nudum exercitium. p. 4. q. 6. concl. 1. num. 1. & & ſeqq. p. 263
14. Non vacat cura per mortem, aut amotionem Vicarij. p. 4. q. 6. ſect. 2. concl. 1. num. 7. p. 265
15. Eccleſia de Arbeiza eſt Regularis. p. 4. q. 6. ſect. 2. concluſ. 1. n. 12. p. 266. & concl. 2. n. 11. p. 268
16. Beneficium Parochiale eius Cœnobium poſſidet. p. 4. q. 6. ſect. 2. concl. 2. num. 8. & 9. p. 268
17. Cura animarum reſidet penes Conuentum Cœnobij, & eius nomine, penes Abbatem, & Præſidentem. p. 4. q. 6. ſect 2. concl. 2. n. 1. & ſeq. p. 266.
18. Reſidet cura penes ipſos, habitu ſimul, & actu. p. 4. q. 6. ſect. 2. concl. 2. n. 13. p. 268
19. Poſſunt Sacramenta miniſtrare, & omnia Parochialia exercere ſine vlla alterius licentia. p 4. q. 6. ſect. 2. concl. 3. num. 1. p. 268
20. Viſitant Vicarium, & Eccleſiam. p. 3. q. 10. n. 2. p. 127. p. 4. q. 1. ſect. 3. num. 23 & 25. p. 182. & ſeq. q. 6. ſect. 1. n 8 p. 262. q. 7. ſect 2. concl. 1. n. 13. p. 273. q. 8. ſect. 11. n. 13. p. 281

Archidiaconus.

1. Dignitatem habet Archidiaconus in Cathedrali exiſtens, etiam ſi iuriſdictione, & cura careat. dec 24 n. 2. p 181
2. Iuriſdictionem habet ſecundum Iuris diſpoſitionem. dec. 1. n. 1. in fine. p. 104
3. Sacerdotium non requirit, ſed Diaconatum. ibid.

Archipresbyter.

1. Exiſtens in Cathedrali, etiam ſi Iuriſdictione, & cura careat, Dignitatem habet dec. 24 n. 2. p. 181

Arizala.

1. Eccleſia Parochialis de Arizala cum omnibus pertinentiis, & iuribus ſuis, ab antiquiſſimo tempore à Cœnobio Hyrachenſi poſſeſſa eſt. p. 4. q. 8. ſect. 1. n 1. p. 277
2. Eccleſia eſt Regularis. p. 4. q. 8. ſect. 2. concl. 1. n. 12. p. 281
3. Eſt vnita ad menſam Cœnobij. part. 4. q. 8. ſect. 2. concl. 2. n. 4. & 5. p. 282. & q 9. ſect. 1. n. 6. pag. 287
4. Decimas percipit Cœnobium à tempore immemorabili tam

tamquam Abbas, & Rector.p. 4 q 8.ſect.1.n.2. p.277

5. Portionem vnam de menſa perſonis ſibi bene viſis Abbas, & Præſidens contulerunt in dicta Eccleſia ibid.n.3.& 4.p.278 & omnibus menſibus.

6. Vicarium annualem deputant Abbas & Præſidens ad præſentationem Parochianorum; non ex vi coactiua,ſed ex honorantia quadam ibid. n. 5. p.279

7. Beneficium Parochiale, & cura animarum penes Vicarium non reſidet.ibid.ſect.2. concl.1.num.1.& 3. p.280

8. Vicarius ius ad ſolum ſalarium habet. ibid. n.7. p. 280. & concl.2.n.6. p.282

9. Habet curæ exercitium ad nutum Abbatis, & Præſidentis reuocabile.ibid concl.1.num 1. & 2. p.280

10. Curam nomine Cœnobij exercet, & non ſuo ibid. n.10. pag.281

11. Non inſtituitur per concurſum. ibid.n.5. p.280

12. Numquã vacat per amotionem, aut mortem Vicarij, cura huius Eccleſiæ. ibid. n.11. p.281

13. Non eſt iſta Vicaria deuolutioni ſubiecta. ibid. num.9

14. Beneficium Parochiale reſidet penes Cœnobium.ibid. concl.2.n.10 & 11. p.283

15. Cura etiam animarum reſidet penes Cœnobium, non ſolum habitu, ſed etiam actu & in exercitio. num.1.& ſeqq. p.282. præcipuè n.10.11.& 13. p.283

16 Abbas, & Præſidens poſſunt, omnia ſacramenta; à Parochis miniſtranda, miniſtrare & omnia iura Parochialia exercere, propria ex authoritate. ibid. concl.3.n.1. & 2. p.284

17. Viſitant Eccleſiam. ibid. ſect.1.n.6. p.279

Aſſociatio.

1. Aſſociare & ac ſeruire debent Vicarij, & Beneficiarij Parocho principali. ibid. q. 9. n.9. p.288. dec.14.n.4. p.152

Attentata.

1. Inhibitio, quæ Canonica non eſt, attentata non cauſat. D.I. n.93. p.97

2. Non dicitur attentare, qui facit executionem ſententiæ contra appellantem, cui reſiſtit ius. ibid.

Ayegui.

1. Huius loci dominium cum omnibus pertinentiis ſuis penes Hyrachenſe reſidet Cœnobium. part.4 q.3.ſect.1.n.12. p.236

2. Eccleſia Parochialis huius loci eſt Eccleſia S. Mariæ Hyrachenſis, non autem Eccleſia S. Martini de Ayegui. ibid. n.7. p.235. ſect.2. concl.1. num.1.& ſeqq. p.236.& ſeqq.

3. Eccleſia S. Martini in ſubſidium

ſidium Parochialis eſt erecta. ibid.ſect.2.concl.1.n 3. p.237
4. Eſt de menſa Cœnobij.ibidem.
5. Eſt Eccleſia Regularis. ib. concl.3.n.9. p.244
6. Abbas, & Præſidens deputant Vicarium ad vicinorum præſentationem, quam ex honorantia admittunt, non ex vi coactiua. ibid. ſect.1. n.6.8.& 9. p.234.& ſeq.
7. Vicarius temporalis,& annualis eſt.ibid.n.9.& 10.
8. Deputationes Vicariorum in perpetuos factæ, ſi vllæ reperiantur, ſunt illicitæ, & nullæ. ibid.ſect.2. concl.2 n.9.& ſeqq. p.238.& ſeq.
9. Abbates, & Præſidentes præiudicare non poſſunt Conuentui aliquoties Vicariam conferendo,quia ex errore,& à non habente ad id facultatem factum fuit. Ibid. n. 10. & per octo ſequentes. p.239
10. Vicarius examinatur ab Abbate, & Præſidente. ibidem ſect.1.n.9. p.235
11. Ab eiſdem viſitatur. ibid. ſect.2.concl.2.n.20. p.242
12. Vicarius non habet Beneficium Parochiale. ibid. num 2. pag.238.
13. Solum habet percipere ſalarium in pecunia à Cœnobio perſoluendum. ibid. ſect.1. n.9. p. 235.ſect.2. concl.2. n.4. pag.238.
14. Non inſtituitur per concurſum.p.4. q.3.ſect.2. concl.2. num.3. p.238
15. Non exercet curam nomine proprio, nec illam habet. ibid.n.1.& ſeqq. p.238
16. Baptizare non poteſt niſi in Eccleſia Cœnobij, nec alibi baptizat. ibid. ſect. 1. n.1. & 2. pag.233
17. Per eius amotionem, aut mortem cura non vacat. ibid. ſect.2.concl.2.n.5. p.238
18. Curam olim exercuit in omnibus in Eccleſia Cœnobij. ibid.ſect.1.n.6. p.234
19. Parochiale beneficium penes Cœnobium reſidet.ibid. num.5.
20 Cura reſidet penes dictum Cœnobium ibidem n. 8. p.235.& ſect.2. concl.3. num.3. & ſeqq. p 242.& ſeq.
21. Abbas, Præſidens, & alij de ipſorum licentia, omnia Sacramenta adminiſtrant, & Matrimonium authorizant. ibid. concl.3.n.6. p.243

B

Baptiſmus.

1. Quilibet Sacerdos baptizare poteſt ex officio, ſed non licet cuilibet. p.3. q.1.n.1.2.3.& 5. p.96.& ſeqq.
2. Baptizare ius proprij Parochi eſt. ibid.
3. Mortaliter peccant baptizantes alienum Parochianum in propria aut aliena Parochia

ſine licentia proprij Parochi, maxime iſto illum baptizare contendente. ibid. part. 4. q. 1. ſect. 3. concl. 4. n. 3. & 4. p. 195
4. Peccant & parentes offerentes filios ab aliis quam à proprio Parocho baptizandos. p. 3. q. 1. n. 6. p. 99. p. 4. q. 1. ſect. 3. concl. 4. n. 3. p. 195
5. Facultas baptizandi non arguit neceſſario Parochum, ſicut nec Fons baptiſmalis Eccleſiam arguit Parochialem. p. 3. q. 18. n. 1. p. 157. dec. 1. n. 11. pag. 107

Benedictio.

1. Sacrarum Veſtium, & Paramentorum Eccleſiaſticorum benedictio ad Ordinis pertinet poteſtatem. D.P. n. 109. p. 48
2. Benedicere illas poſſunt pro cuiuſlibet Eccleſiæ vſu, Abbates, & Præſidentes Cœnobiorum principaliũ, & Priores annexorum Ordinis Benedictini. D.P. ibid. Poſſunt benedicere, & reconciliare Eccleſias, &c. ibid.
3. Benedictio domorum Parochiæ in hebdomada Sancta ius Parochi eſt. p. 3. q. 16. num. 1. pag. 149
4. Non poſſunt illas benedicere Regulares. ibid. n. 2.

S. Benedictus.

1. Regulam à Spiritu Sancto dictatam ſcripſit. p. 4. q. 1. ſect. 4. num. 37. p. 211
2. Munus Prædicatoris Apoſtolici per ſe, & ſuos exercuit Monachos. ibid. verſ. Et ne.

Beneficiarius.

1. Regularis Beneficiarius ad ſui ſuſtentationem, & pias cauſas, poteſt æque ac Beneficiarius ſæcularis diſponere, ſi non poteſt à Prælato ſuo amoueri; ſecus ſi amoueri ab illo poteſt. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 37. & 38. p. 21. & ſeq.
2. Beneficiarij aſſiſtere debent, & ſeruire Parocho actus Parochiales exercenti. p. 4. q. 9. n. 9. p. 288. & dec. 14. n. 4. p. 152

Beneficium.

1. Eſt ius perpetuum percipiendi Eccleſiaſticos fructus, ſiue redditus ex bonis Eccleſiæ, ratione ſpiualis officij Eccleſiaſtica authoritate conſtituti. p. 1. q. 1. n. 2. & ſeqq p. 3. & dec. 34. n. 3. p. 204
2. Beneficium ſine redditibus non eſt beneficium. p. 4. q. 1. ſect. 3. concl. 1. n. 5. p. 177
3. Beneficium aliud ſimplex, aliud duplex. Duplex, quod qualitate aliqua iuris affectum eſt, nempe iuriſdictione aliqua in Clerum, vel adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum; vel locali aliqua præeminentia. Quod aliquam ex his qualitatibus non habet, ſimplex eſt. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 1. p. 28
4. Beneficia duplicia ſunt, ſimplex Curatum Dignitas: Officium; & Perſonatus. ibid.

5. Beneficium duplex, aliud eſt ſupremum; aliud medium, & aliud infimum. Supremum eſt omne id quod habet iuriſdictionem ſpiritualem. ibid. n. 2. Medium eſt Dignitas iuriſdictione ſpirituali carens. ib. n. 3. Infimum eſt ſimplex Curatum, Perſonatus, & Officia. eod. n. 3. & 4. p. 29

6. Beneficium aliud titulare, quod ſcilicet in perpetuum confertur, aut ad vitam. p. 1. q. 2. diuiſ. 3. n. 1. p. 41

Aliud non titulare, quod ad nutum & amouibiliter confertur, quod titulare ſecundũ quid dicitur, quando in titulum amobiliter datur. ibid. n. 2

7. Beneficium aliud electiuũ, quod præcedente electione, & & accedente Superioris confirmatione confertur. ibid. n. 4. & q. 2 §. 3. in princ. p. 42

8. Aliud collatiuum, quod libera, & ſimplici Superioris voluntate confertur. ibid.

9. Aliud Miſſum, quod præſentante Patrono, & Superiore inſtituente confertur. ibid.

10. Aliud incõpatibile, quod cum alio poſſideri non poteſt; quorum quodlibet per ſe, vel naturali iure, vel Eccleſiaſtico continuam poſtulat reſidentiam. p. 1. q. 2. §. 3. diuiſ. 4. num. 1. p. 42. Quænam illa ſint recenſentur. ibid. & num. 2. & 3

11. Aliud ſæculare, quod ſæculari Clerico conferri conſueuit; aliud Regulare, quod Regularibus perſonis confertur. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 1. & 2. p. 5. & ſeq.

12. Regulare, eſt vere beneficium etiamſi ad tempus determinatum, aut ad nutum conferatur. p. 1. q. 1. n 4. 5. & 6. p. 4. & q. 2. diuiſ. 1. n. 24. p. 17. & p. 3. q. 12. n. 7. p. 132. & ſeqq. & dec. 24. n. 1. p. 181

13. Regulare ſæculari conferri non poteſt. 1. p. q. 2. diuiſ. 1. n. 1. p. 5. & p. 4. q. 1 ſect. 3. conc. 1. n. 24. p 182

14. Beneficium, Officium, aut adminiſtratio vnius Cœnobij, Religioſo alterius Cœnobij conferri non poteſt. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. num. 1. p 5

15. Nec Beneficium ſæculare, Regulari. ibid.

16. Sæcularis beneficij, non eſt incapax perſona Regularis. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 51. p. 27. p. 4. ſect. 4. n. 34. & ſeqq. p. 210

17. Plura beneficia, etiam ſimplicia, ſi vnum ad congruam ſufficiat ſuſtentationem, poſſidere non licet. p. 1. q. 2. diuiſ. 4. n. 2. p. 42

18. Pluralitas beneficiorum in duobus verificatur. D. P. n. 6. p. 5

19. Promitti non licet beneficium antequam vacet p. 4. q. 1. ſect. 3. concl. 1. n. 17. p 181

20. Beneficij valor per eius

 loca

locationes non probatur. dec. 12.n.4. p.148

21. Beneficij, aut Eccleſiæ ſtatus vt mutetur, requirit, quadragenariam poſſeſſionem, animum illum mutandi, & ſcientiam, ac patientiam illorum, qui ex ſtatus mutatione præiudicium recipiunt. dec.22.n.10. pag.177

22. Beneficium ſeptem acquiritur modis: Præſentatione cum inſtitutione; Electione cum confirmatione; Collatione libera; Permutatione; Reſignatione cum collatione; & Vnione. p.1.q.3.§.1.n.1.p.44.§.2.n.1. p.51.§.3.n.1.p.53.§.4.n.1 p.55. §.5.n.1.p.56.§.6.n.1.p.57.& §.7.n.vnico. p.59

23. Beneficia aufferre illius eſt, cuius eſt conferre. p.1.q.2. diuiſ.1,n.6. p.6

24. Beneficia omnia Diœceſis conferre Epiſcopo de iure competit; de conſuetudine etiam aliis. p.4.q.1.ſect.3.concl. 2.n.13. p 187

25. Poteſt Epiſcopus pro bono pacis, & ad tollendas lites beneficium vni collitigatorum aſſignare; & alteri penſionem, pro ſola illius, cui illud aſſignatur vita p.2.q.2.n.33. p.71

26. Prouiſio Apoſtolica ſtatum non mutat beneficij. dec. 23.n.11. p.181

27. Beneficium reſignatum non poteſt conſanguineis, affinibus, vel familiaribus Collatoris, aut reſignantis conferri ex Pij V. Conſtitutione, quæ tamen in Hiſpania non ſeruatur p.1.q.3.§.6.n.4. p.58

28. Beneficia Patrimonialia ſunt, quæ ex authoritate Apoſtolica, aut Conſtitutionis Synodalis à Papa confirmatæ, vel ab immemorabili neceſſariò conferuntur natis, incolis, aut originariis alicuius patriæ, oppidi, aut Parochiæ.p.4.quæſt 1. ſect.3.concl.2.n.14. p.188

29. Beneficio comparatur Vicaria perpetua part.4.q.1.ſect 4. num.21. p.206

30. Vicaria amouibilis non eſt beneficium, p.1.q.1.n.3. p.3

31. Beneficium vnitum dicitur eſſe in Eccleſia vbi ille cui vnitum eſt, dignius, & frequentius officium exercet, & deſeruit, quamuis locus beneficij alibi ſit.p.2.q 6 n.6.p.61.& dec.2. num.3. p.109

32. Quando beneficium perpetuo vnitur omne illius ius temporale, & ſpirituale in eum transfertur, cui vnitur. p.2.q 6. n.5.p.85.& dec.9.n.2. p.140

33. Si beneficium non eſt de menſa, quamuis per Religioſum deſeruiatur, non poteſt Prælatus eius aliquam fructuũ partem menſæ ſuæ applicare. p.1.q.2.diuiſ.1.num.37.& 38. pag.21.& ſeq.

34. Reſeruatio menſium pro benefi

beneficiis Eccleſiarum vnitarum non datur. p.4. q.1.ſect.1. num.12. p.167
35. Beneficia Eccleſiarum vnitarum Cœnobio, Abbas, & Præſidens, tamquam earum Parochi conferunt. ibid. n. 10. & ſect.3. concl. 2. n. 13. & 14. p.187.& ſeq.& n.21. p.190
36. Parochialis Eccleſia, ſeu Beneficium Parochiale illius, quot modis ad aliquem pertineat.par.1.q.2.diuiſ.1.num.44. & ſeqq.4. p.24.& ſeq.
37. Ad validitatem impetrationis Beneficij curam habentis animarum, debet curæ qualitas exprimi;fallit tamen ſi acceſſorie illam habeat. p.2. q.6. n.14.p.89. p.4. q.1.ſect.3.n.19. pag.181.
38. Beneficij curati titulus in Capellanum ſeu Vicarium transferri nequit.p.1.q.2.diuiſ.1. num.4. p.7
39. Beneficium habere Parochiale, eſt habere curam animarum, in ſtricta ſignificatione acceptam. p. 1. q. 2. diuiſ.2. n.21. & 22. p.37
40. Quis nomine habentis Beneficium Parochiale veniat? p.1.q.2.diuiſ.1.n.40. p.23
41. Beneficium Parochiale incompatibile eſt cum alio Parochiali.p.4. q.1.ſect.3. concl.1. num.20. p.181

Biloria.

1. Populus de Biloria olim de Dominio Hyrachenſis Cœnobij fuit p.4.q.6.n.1. p.260
2. Eccleſia Parochialis illius ad menſam dicti Cœnobij pleno iure eſt vnita. ibid. num. 5. & ſect 2.concluſ.2.num.2. & 3. p.266
3. Alexander III. confirmauit Cœnobio Biloriam cum omnibus pertinentiis ſuis.ibid.ſect.1. n.4.p.261. & in fine operis.
4. Decimas percipit Cœnobium.ibid.n.5.
5. Soluit Vicario congruam in pecuniis.ibid.
6. Eccleſia eſt Regularis. ibid. ſect.2.concl.1. num.12 p 266.& concl.2.n.11. p.268
7. Beneficium Parochiale eius poſſidet Cœnobium. ib. concl. 2.n.8.& 9. p.268
8. Cura animarum penes Cœnobium eſt. ibid. n. 1. & ſeqq. pag.267
9. Non ſolum habitu, ſed actu.ibid.n.18.remiſſiuè p 268
10. Sine Epiſcopi approbatione, ex propria authoritate poſſunt Abbas, & Præſidens Sacramenta miniſtrare, & iura omnia Parochialia exercere. p.3.q.2.n.7.& 8. p.100.& ſeq.
11. Viſitant Eccleſiam ab immemorabili tempore. p.4.q. 6. ſect.1.n.9. p.262
12. Deputant Vicarium ad vicinorum præſentationem, non ex iure coactiuo, ſed ex honorantia quadam. par.4.q.6.

ſect.1.n 6.p.261.& ſect.2. conc. 1.n.6. p.264
13. Vicarius amouibilis eſt ad nutum Abbatis, & Præſidentis.ibid.concl.1.n.11.& 13. p.265.& concl.2.n.7. p.267
14. Non inſtituitur per concurſum.ibid.concl.1.n.4. p 264
15. Non habet Beneficium Parochiale.ibid.& n.12. p.266
16. Nec curam animarum. ibid.n.1. p.263
17. Per eius amotionem, aut mortem non vacat cura dictæ Eccleſiæ. ibid.n.7. p.265

Bulla.

Vide infra Verbo, *Conſtitutio.*

C

Canonica portio.

1. Est quarta pars oblationum, quæ cum cadauere ad Eccleſiam, in qua ſepeliendum eſt, deferuntur. p. 3. q 8. num.14. p 125
2. Debetur Parocho ob laborem, quem in adminiſtratione Sacramentorum, & prædicatione ſuſtinet. p.3.q.8. num.10. pag 123.

Capellanus.

1. Potius dicitur, quam Vicarius, qui curam animarum nomine exercet alieno, ad nutum amouibilis.p.3.q.17.n.16.p.156

Cardinales.

1. Declarationes Cardinalium probantur authenticæ per atteſtationem authenticam Cardinalis nomine Congregationis fidem facientis: per ſcripturam Secretarij ſigillo comprobatam: & per reſcriptum Papæ p.3.q.3.n.19. p.108
2. Vim legis non habent. ibidem n.20. p.109
3. Reuocare non valent leges, nec priuilegia. ibid.
4. Etiam ſi authenticæ, & originales oſtendantur, niſi ſufficienter ſint publicatæ, & admiſſæ.ibid.& q.4.n.7. p.111

Celebratio.

1. Celebrare volenti Sacerdoti ignoto, poteſt id in occulto permitti, ſecus in publico. p.3.q.13. n.3. p.134. & num.9. pag.136.
2. Poteſt Parochus Regularibus celebrare permittere contra Epiſcopi prohibitionem, ſi tamen litteras commendatitias ſuorum oſtendant Superiorum.ibid.n.2. p.134. & n.11. & ſeqq. p. 137. immo etiam ſi non oſtendant, ſi cogniti ſunt. ibid.n.9. p.136

Cenſura.

1. Quoties Tridentinum vult Epiſcopum per cenſuras contra exemptos procedere, id explicat.part.1.quæſt.2.diuiſ.1. num.10. p.11
2 Parochi aliqui per cenſuras procedunt. D.P. num. 90. pag.40. & deciſ. 13. numero 2. pag.149

3. Poteſt

3. Poteſt prior Conuentualis per cenſuras contra ſuos procedere ſubditos,& ab aliis iſtos abſoluere. D. P.n.137. & ſeqq. pag.61

Cenſus.

1. Monaſterio debetur cenſus ex redditibus Eccleſiæ, ad ipſum quoad iuſpatronatus pertinentis. part.1.q.2.diuiſ.1. n.44.p.24.& p.4.q.1.ſect.4 n.24. pag.207

2. Patronis laicis non debetur iſte cenſus.n.24.cit. ibid.

Ceſſatio.

1. Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus. D. P.n.18.pag.10. & p.3.q.17.n.31. p 154

Citatio.

1. Adeo neceſſaria, eſt, vt contra non citatum procedi non poſſit.p.4 q.1 ſect.4.num.5. pag.199

2. Sententia contra non citatum nulla eſt, quia non afficit non citatum.dec.16.num.2. pag.154

Clauſula.

1. *Sublata,* tollit,& inficit omnem poſſeſſionem, etiam immemorabilem, & quamcumque obſeruantiam contrariam. dec.17.num.7. pag.157. dec.18. num. 2. pagina 159. deciſ.21. num.2. p.172

2. Clauſula, *Omneſque alios*, quos comprehendat? dec.22. num.13. p.178

3. Summarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & apicibus iuris non ſeruatis quomodo intelligãtur. D.I.n.47.vſque ad 73. à pag.83. vſque ad 89.

Clericus.

1. Sub Clerici nomine veniunt in fauorabilibus Religioſi, ſecus in odioſis. D. P. n.124. p.56. & n.5.p.4. & vere Clerici ſunt.ibid.n.6.& 7. p.5

2. Veniunt & omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt: quorum gradus recenſentur. ibid.n.5. p.4

3. Abbates poſſunt ex iuris diſpoſitione Clericos facere, laicos Ordinando. Ibid num.6. & 7. p.5

Cœnobium.

1. Quælibet Domus Regularis plures habens Religioſos, Cœnobium eſt, & Conuentus. D.P.n.3. p 4

2. Duo ſufficiunt vt ſint plures,&Conuentum conſtituant. ibid.n.6.7.p.5.n.10. p.6

3. Cœnobium numquam eſt deſtitutus Superiore, qui iuriſdictionem in vtroque exercere valeat foro. p.3.q.12.n.8. p.132. & D.P.n.100. p 45

4. Improprie Cœnobium, aut Conuentus dicitur Domus,quę vnius tantum Religioſi habitaculum eſt.D.P.n.4.& 5. p.4

Collatio.

1. Si proprie ſumatur, eſt trãſlatio,ſiue libera conceſſio iuris.

Seu

Seu eſt libera conceſſio beneficij vacantis, ab habente poteſtatem conferendi facta, nulla Superioris confirmatione indigens. p.1.q.3.§.4.n.1. p.55
2. Collatio ſub nomine donationis in iure exprimitur. ibi. & n.2.
3. Perpetuum matrimonium ſpirituale denotat. p.4.q.1.ſect. 4.n.18. p.205
4. Improprie accipitur collatio pro inſtitutione, ſeu receptione neceſſaria perſonæ à Patrono ad beneficium præſentatæ. p 1.q.3.§ 1.n.15.p.50. & §.4.n.4. p.56
5. Accipitur etiam improprie pro ipſa præſentatione; aliquando pro electione; & etiam pro confirmatione electionis. n.4.cit. p.56

Collegium.

1. Tres tantum perſonæ conſtituere Collegium valent. D.P. n.6.p.5.& dec.33.n.6. p.203
2. Eccleſiæ Regulares Collegiatæ ſunt in fauorabilibus. p.2. q.6.n.16.p.89. D.P. n.23.p.12. & dec.33.n.9. p.203

Commenda.

1. Beneficium non eſt, cum non detur in titulum. p.1.q.1. n.4. p.4

Concio.

1. Prædicare Parocho de iure proprio incumbit. p.3.q.14.n.1. p.139
2. Quilibet prædicare poteſt ſine licentia Parochi, de licentia Papæ, Legati eius, & Epiſcopi. ibid.n.11. p.142
3. Parochi raro, aut numquam per ſe ipſos prædicantes, ſi per alios id faciant non peccant. ibid.n.7. p.141
4. Eadem hora, qua Epiſcopus prædicat, poteſt & ipſe prædicare; ſecus alij. ibid. n.8.
5. Poteſt Parochus quoties voluerit conciones approbatis ab Ordinario delegare. ibidem n.9. p.142
6. Pro tribus vicibus poteſt & viro noto, & docto etiam non approbato. ibid.& n.10.
7. Immo Religioſis ab aliquo Ordinario approbatis, & à ſuis Superioribus ad prædicandum deputatis, dummodo in eodem loco Ordinarius non exiſtat, quoties voluerit poterit delegare. ibid. n.11.
8. Religioſi ab aliquo Ordinario approbati, & à ſuis Prælatis ad prædicandum deſtinati, poſſunt vbique prædicare, Parocho non contradicente, aut in eodem loco Ordinario non exiſtente. ibid.n.11.
9. Regularis delinquens prædicando ſine Epiſcopi licentia, in caſibus ſibi non permiſſis, puniendus eſt, non ab Epiſcopo, ſed à ſuo Prælato. ibid. n. 12. p.145.& ſeqq.
10. Parochus concionari volens, impediri nequit quamuis

ab immemorabili deſtinari conſueuerint Concionatores. ibid.n.15. p.146
11. Si Parochus per ſe ipſum prædicare nequit, deputatio Concionatoris ad Epiſcopum pertinet, ſalua contraria conſuetudine.ibid.n.16.
12. Epiſcopi debent viros idoneos, qui vice ipſorum plebes ſibi commiſſas verbo ædificent, & exemplo, aſſumere. ibid.q.2.de Pœnit. n.11. p.102. & q.14.n.5. p.140
13. Pro concione in propria Eccleſia facta nequeunt Epiſcopi,neque Parochi licite eleemoſynam accipere, niſi ſponte eis offeratur. ibid. n. 18. & 19. p.147
14. Prædicare poſſunt Regulares in ſuis Eccleſiis ſine approbatione Ordinarij.p.3.q.17. n.11.V. *Quia.* p.154

Concordia.

1. Tranſactio, & Concordia inter D. Epiſcopum Pampilonenſem, & Cœnobium Hyrachenſe circa Eccleſias huic vnitas, refertur. p.4. q.1. ſect.4. num.5. p.199
2. Concordia facta ſine Papæ licentia ſuper iuribus, & rebus Monaſterij, Cœnobij, aut Eccleſiæ, aut ſuper ſimplici eorum remiſſione, ipſo facto eſt nulla.dec,19. n.6.p.164.& dec. 20 n.8. p.168
3. Ex temporis curſu hæc Papæ licentia non præſumitur, non probata concludenter, & certò,obſeruantia ſucceſſiua,& continuata ipſius concordiæ. dec.19.num.7.& ſeqq.p.164.& dec.20.n.9. & ſeqq. p.169
4. Concordia ſine Conuentu, & abſque illius conſenſu celebrata, Conuentui præiudicare non valet.dec.27.n.4. p.185
5. Concordia ſuper decimis per Vicarium ad curæ exercitium deputatum facta, nulla eſt.ibid.5. p.186
6. Sine Papæ authoritate fieri non poteſt Concordia ſuper decimis; Si tamen fiat, ſuum non tranſgreditur authorem. ibid.n.6.
7. Concordia cum Epiſcopo facta corroborat dicta teſtium deponentium iuxta in illa concordata. ibid.n.11.
8. Concordia valide celebrata, aut confirmata, inefficax, & nulla ex contrauentione redditur. dec.19.n.9 p.165. & dec. 20.n.10. p.169

Concurſus.

1. Neceſſario concurſus adhibendus eſt in omni inſtitutione, aut collatione curæ animarum non annexæ ad menſam, vel quæ dignitas non ſit. p 3.q.17. n.12.p.155.& p.4.q.1. ſect.3.concluſ.1.à n.8.vſque ad 13.p.178. & ſeqq.
2. In Eccleſiis iuriſpatronatus Monachorum adhiberi debet.

bet.p.4.q.1.ſect 4 n.30. p.209
3. In Eccleſiis ad menſam vnitis non eſt locus concurſui, etiam ſi earum Vicariæ in perpetuas erigantur. p.1.q.2. diuiſ. 2.n.15.& 16.p.33.dec.7. num.1. p.130. & n.8. p.133. dec.8. n.1. p.134.dec.9.n.1.& ſeqq. p.140. dec 21.num.1. p.171
4. Neceſſarius eſt concurſus quoties habitualis cura transfertur.p.2.q.6. n.17.p.90. dec.7. n.8.p.133.& dec.9.n.1. p.140
5. Dignitates curam habentes animarum, per concurſum non conferuntur. p.2.q.6.n.16. p.89.& dec.27.n.13. p.187
6. Concurſus ex abundanti, vel per errorem adhibitus non præiudicat. dec.9.n.6. pag.142. dec.21.n.7. p.174

Confeſſarius.

1. Solus ille idoneus eſt ad Confeſſiones excipiendas, qui aut Parochiale habet beneficium, aut approbationem Ordinarij.p.3.q.2.n.6.& 7. p.100
2. Regulares Confeſſarij à Papa habent iuriſdictionem immediate.p.1.q.2. diuiſ.2.n.29. pag.40
3. Impediri non poſſunt Confeſſarij Regulares ab Epiſcopis, ne eant confeſſum infirmos in domibus priuatis.p.3.quæſt.13. num.19. p.138
4. Vbique excipere valebant Confeſſiones dummodo ab aliquo fuerint ſemel Ordinario approbati, exceptis locis vbi Ordinarij exiſtunt. Sed non valent modo p.1.q. 2. diuiſ.1. n.39.p.22.& p.3. q.14. num.11. pag.142
5. Semel ad curam animarum approbatus, ſi ab ea remoueatur, & ad eandem iterum deputetur, noua approbatione non indiget.part.1.q.2. diuiſ.1. n.42. p.23

Confeſſio Sacramentalis.

1. Confeſſiones excipere actus Ordinis eſt, ſimul ac iuriſdictionis.p.3.q.2.n.12. p.102
2. Quilibet Sacerdos ſine Parochi licentia, licite valet de licentia Papæ, Pœnitentiarij,& Legati eius ac etiam Epiſcopi, excipere. ibid. n.9.11.12. & 13. p.101.& ſeq.
3. Munus, & ius Parochi eſt excipere ſuorum Confeſſiones. p.3.q.2.n.1.& ſeqq. p.99
4. Poteſt extra Parochiam,& eius territorium illas excipere à ſuis. ibid.n 7. p.100
5. Sine Papæ, Epiſcopi, aut Parochi licentia, ſaltem præſumpta, nemo poteſt Confeſſiones excipere: & quando licentia præſumatur. ibid. n.1.5. & 9.& 11. p.99.& ſeqq.
6. Mortalis culpa eſt ſine licentia Confeſſiones excipere, cum nullæ illæ ſint.ib. n.3.& 4.
7. Prælatus Regularis cuius Cœnobio, aut Monaſterio Parochialis Eccleſia eſt vnita, poteſt

teſt ſine alia licentia, aut approbatione Confeſſiones excipere.p.1.q.2.diuiſ.1.n.39. & 40. p.22. & ſeq.
8. Regulares confiteri nequeunt niſi Prælato ſuo, aut Cõfeſſariis ab eo deputatis, vel de eius licẽtia. D.P.n.129. p.58
9. Monialium Confeſſarij non examinantur ab Ordinario.p.3. q.17.n.11. p.154
10. Confeſſarius debet eſſe approbatus ab Ordinario loci. p.3.q.14.n.11.in fine. p.145

Confeſſio Iudicialis.

1. Plene probat confeſſio partis ex aduerſo litigantis. p.2. q.7.n.8. p.94

Confirmatio.

1. Electionis confirmatio, eſt Superioris approbatio electionis à Collegio factæ alicuius perſonæ ad Dignitatem, Prælaturam, vel Beneficium vacans. p.1.q.3.§.2.n.3. p.52
2. Obligatoria eſt, & non libera ex parte Superioris approbantis ibid n.6.
3. Priuilegiorũ Benedictinorũ confirmatio. D.P.n.34.pag.17.

Congregatio.

1 Duæ tantum perſonæ Congregationem ſufficienter conſtituunt.D.P.n.6.& 7. p.5

Congrua.

1. Parochus congruam debet aſſignare Vicario. deciſ.13.n.5. pag.150.
2. Ex congruæ aſſignatione ſequitur quod Eccleſia ſit ad menſam vnita, & quod cura penes aſſignantem congruam ſit.dec.7.n.7.p.132. dec.8.n.1.2. & 3 p.134. & deciſ.13.n.2. & 5. p.149.& ſeq.

Conſeruator.

1. Iudex Conſeruator impedire poteſt, etiam per ſententiam, ne prouiſus à Papa de Beneficio Eccleſiæ Monaſterio annexæ, tali vtatur prouiſione. dec.31.n.1. p.198

Conſilium.

1. Conſilium regulariter nemo ſequi tenetur, etiam in caſibus, in quibus ſi non requireretur, actus eſſet nullus.D.P.n. 66.pag.30.
2. Abbas conſilium requirere debet, non vero ſequi tenetur.ibid.n.65. p.29
3. Ea eſt conſilij natura vt excitet ad deliberandum, non tamen ad ſequendum obliget. ibid.n.67. p.31
4. Nunquam neceſſitatem, aut obligationem inducit conſilium D.I.n.38. p.80

Conſtitutio.

1. Synodalis Conſtitutio Pampilonenſis Vicarias temporales, perpetuas nõn fecit. p.4.q.1. ſect.3.concl.2.n.8. p.186
2. Facultas alicui Religioni conceſſa ad conſtitutiones condendas, vel confirmatio iam factarum, intelligitur, quamuis ampliſſima ſit, dum-

modo honeſtæ illæ ſint, & iuri Canonico non aduerſentur. D. P. n. 86. p. 39

3. Facultas Religionibus conceſſa ad Conſtitutiones, legeſve condendas, pro Regulæ obſeruantia conceſſa eſt. ibidem num. 65. p. 29

4. Conſtitutiones ſupra ea, quæ habentur in Regula fieri nequeunt in Religionibus. ibidem.

5. Conſtitutio Pauli IV. *Poſtquam diuina bonitas.* reuocata fuit à Pio IV. p. 4. q. 1. ſect. 4. n. 45. pag. 216

6. Pij V. Conſtitutio: *Quanta Eccleſia Dei.* non ſeruatur in Hiſpania, quoad diſpoſitionem de non conferendis beneficiis reſignatis, conſanguineis, affinibus, aut familiaribus reſignantium, aut Collatorum. p. 1. q. 5. §. 6. n. 4. p. 58

7. Conſtitutio, *Ad exequendum* Pij V. in vim legis emanauit dec. 2. n 5. p. 110. & dec. 21. n. 3. p. 173

8. Reuocata non eſt dicta Conſtitutio. dec. 17. n. 8. p. 158

9. Conſtitutio *Inſcrutabili*, Greg. XV. ſuſpenſa eſt pro Hiſpaniæ Regnis. p. 1 q. 2. diuiſ. 1. num. 7. p. 8

10. Conſtitutio Sixti IV. Mare Magnum Dominicanorum, fuit ab Vrbano VIII. confirmata 1. p. q. 2. diuiſ. n. 7. p. 9

Contractus.

1. Non obligat contractus quando metus, aut dolus illi cauſam dedit. p. 1. q. 3. §. 6. n. 3. p. 58.

Culpa.

1. Sine culpa non eſt aliquis puniendus, niſi ſubſit cauſa grauis. D. P. n. 76. & 77. d. 35

Cura animarum.

1. Alia eſt propria, quæ conſiſtit in iuriſdictione quoad forum Pœnitentiæ, & Sacramentale. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 5. p. 29. & n. 21. & 22. p. 37. D. P. n. 2. p. 3. & dec. 1. n. 1. p. 103

2. Alia eſt impropria, quæ in iuriſdictione contentioſa in ordine ad morum correctionem conſiſtit. ibid.

3. Curæ impropriæ capaces ſunt Eccleſiaſtici, etiam ſi Ordine vllo initiati non ſint. dec. 1. num. 1. p. 103

4. Illam habent Archidiaconi. ibid.

5. Vtriuſque curæ incapaces ſunt laici, & mulieres. ibid n. 11. pag. 107

6. Cura propria, alia habitualis, quæ conſiſtit in iure, & habitudine ad exercitium adminiſtrationis Pœnitentiæ, & aliorum Sacramentorum. p. 1. q 2. diuiſ. 2. n. 7. p. 30

7. Alia actualis eſt, quæ conſiſtit in dicto exercitio. ibid.

8. Quoties abſolute nominatur Cura, intelligitur Cura

propria, non ſolum habitu, ſed etiam actu.ibid.n.11.& 12.p.31. & ſeq.p.4.q.1.ſect.3.concluſ.1. num.7. p.177
9. Curam propriam actu habere non poteſt qui Sacerdos nondum ſit.dec.1. n.1.p.103. & n.11. p.107
10. Plures in eadem Eccleſia curam habere non poſſunt, niſi per modum vnius;aut vnus habeat habitualem, & alter actualem. p.1.q.2. diuiſ. 1.n.4. p.5.& diuiſ.2. n 13. p.32
11. Cura perpetua conſtituit curatum, & Parochum part.3. q.12.n.1.p.130.& p.4.q.1.concl. 1.n.7. p.177. non autem temporalis.dec.7.n.4.p.131. & dec. 13.n.3. p.150
12. Cura non eſt, quam quis non proprio nomine, ſed alieno exercet.p.3.q.10. à num.1. p.127.& dec.1. n.3. p.105
13. Cura neceſſario in Parochialitate implicatur; non tamen econtra.dec.1.n.14 p.108
14. Curatam Eccleſiam non arguit Baptiſmalis Fons,& vſus Baptiſmi p.3. q.18. n.1. p.157. dec.1.n.11. p.107
15. Neque ſepulturæ, aut actus ſepeliendi, arguunt Eccleſiam Curatam. p.3.q.18.n.1. p.157.dec.1.n.10. p.106
16. Cura exprimi debet in impetratione beneficij, dummodo illa annexa non ſit. p.2. quæſt. 6. num. 14. pagin.89.& p.4.quæſt.1 ſect.3.concl.1.n.19. pag 181
17. Cura per mortem illam poſſidentem vacat. ibid.n.17.
18. Cura reſidet penes eum, cui Vicarius ad illius exercitium præſentatur. deciſ. 8. n.1. & 2. p.134. & ſeqq. & deciſ.13. num.4. p.150
19. Reſidet penes eum, qui congruam augere compellitur. dec.7.n 7.p.132.dec.8.n.1.& 2. & 3.p.134. & ſeqq. dec.13.n.5. p.150.& dec.17.n.5. p.156
20. Cura animarum in ea eſt Eccleſia vbi habitat, & dignius deſeruit illam tenens annexam licet locus beneficij alibi ſit. p.2.q.6.n.6. p.85. & dec.11.n.3. pag.145.
21. Cura animarum ſæcularium non eſt interdicta Cœnobio habenti populum. dec. 20. num.10. p.169
22. Omnes, & ſinguli de Eccleſia aut Cœnobio, cui Parochialis eſt vnita, eius curam habent.p.1.q.2.diuiſ.1.n.4.& 5. p.5.& ſeq.
23. Cura animarum Eccleſiarum annexarum, penes eos reſidet, quibus ſunt vnitæ.part.1. q.3.§.1.n.11.& ſeqq.p.47.& ſeq. p.3.q.10.n.1.2.& 4.p.127.& ſeq. dec.9.n.1.2. & 3.p.141.dec.15. num.1.p.152.& deciſ.21. num.1. p.171
24. Curam habent & Moniales, quarum Monaſterium

Parochialem Eccleſiam ſibi vnitam habet.p.2 q.2. de diuiſ. vnion.n.11.p.63 & n.15.pag.65. dec.5.n.5.pag 112. & dec.4.n.5. pag.126

25. Quando vnio eſt ad menſam non ſolum cura habitualis, ſed etiam actualis penes eum, cui Eccleſia vnita eſt reſidet. p.1.q.2.de diuiſ. benefic.diuiſ.2. n.10.11.12.pag.31.& ſeq.& n.20. p.36.& p.2.q.2.n.15. p 65

26. Abbatiſſa, & Moniales non habent curam in actu,cum ob incapacitatem ſexus non poſſint per ſe ipſas exercere; ſed ſolum habent illam in habitu. p.1.q.2. diuiſ.2. n.29.p.40. & q.3. §.1.n.11. p.47. & p.2.q.2. num.12. p.64

27. Cura non eſt penes Vicarium temporalem. p.1.q.2.diuiſ. 2.n.14 & 15.p.32. p.4.q.1. ſect.3. concl.1. n.7.p.177. dec.7.num.4. pag.131. & deciſ. 13. num.3. & 6. pag.150

28. Neque penes Vicarium perpetuum. dec.7. n.4. p. 131. & n.10. p.133

29. Cura reſidet penes eum, cui Eccleſia eſt vnita, etiam ſi Vicaria in perpetuam erigatur. p.1.q.2. diuiſ.2. num.14 & 15. p.32. dec.7.n.10.p.133.& deciſ.9. n.1. & ſeqq. p.140

30. Ex quo Eccleſia pleno iure conceditur, cura illius in eum cui conceditur transfertur. dec.14.n.2. p.151

31. Eccleſiæ vnitæ, & incorporatæ cura, tranſit cum omnibus ſuis iuribus in eum, cui fuit vnita. dec.9.n.2. p.140

32. Omnis cura Eccleſiæ poſſeſſæ ab Abbate, & Conuentu ex Papæ conceſſione mediata, vel immediata, in Abbatem, & Conuentum eſt tranſlata. dec.14. n.2. p.151

33. Cura in habitu non transfertur in Vicarium perpetuum ſi Eccleſia eſt vnita ad menſa. p.1. q.2. diuiſ.2.n.9. & 10.p.31. & dec.7. n.4. p.131.& num.10. p.133

34. Immo neque cura in actu totaliter,ita vt principalis ſi velit nequeat illam exercere p.1. q.2. diuiſ.2. n.10.11.& 12.p,31. & ſeq & n.20.p.36.p.2 q,2.n.12. & 15. p 64.& ſeq.

35. Curæ tranſlatio fit quando habitualis, & actualis ſimul transferuntur. p.1. q.2. diuiſ.2. n.16.p.33.p.4. q 1. ſect.3. concluſ.1.n.11.p.179.dec.7.num.8. p.133.dec.9.n.1.3.4.&5. p.140. & ſeqq. & dec.14. num.2. & 3. p.151

36. Cura totalis tunc ſolum penes Vicarium reſidet, quando percipit omnes fructus Parocho debitos & principalis ſolum percipit portionem. p.1. q.2.diuiſ.2. n.16 p.33. verſ. *Nec poteſt*.dec.7. n.2.p.130. deciſ.8. n.1. p.134. dec.9. n.3. p.141. & dec.13.n 2. p 149

37. Curam

37. Curam poteſt per ſe ipſum exercere, qui habet Eccleſiam Parochialem ſibi, aut ſuæ Eccleſiæ vnitam. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 10. p. 31. & n. 20. p. 36. p. 2. q. 1. n. 12. & 15. p. 64. & ſeq. & p. 3. q. 17. n. 11. p. 154

38. Poteſt & per Vicarios temporales, ſeu Capellanos, quos amouere poteſt. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 23. & 25. p. 38. & ſeq. p. 2. q. 2. n. 11. 12. p. 63. & ſeqq. n. 23. p. 68. q. 6. n. 13. pag. 88. p. 3. q. 17. n. 9. & ſeqq. p. 153. & p 4. q. 1. ſect. 4. n. 28. & 29. p. 208. & dec. 3. n. 17. p. 116

39. Non poteſt Vicarios perpetuos deputare. p. 1. q. 2. diu. 2. n. 23. p. 38. p. 2. q. 2. n. 15. p. 65. & n. 23. p. 68. p. 3. q. 17. num. 18. p. 156. & dec. 3. n. 17. p. 116

40. Cura Regularium penes eorum immediatos reſidet Prælatos, etiam in Prioratibus, & Grangiis. D. P. n. 128. & ſeqq. p. 58

41. In eos tranſlata eſt cura propria, & lata, per exemptionem Religionis, quas in eos Epiſcopus, & Parochus reſpectiue haberent, ſi exempti non eſſent. ibid.

Curatus.

1. Curati munus, & ius eſt ſuos Parochianos baptizare. p. 3. q. 1. p. 96. Eorum Confeſſiones excipere. ibid. q 2 p 99. Illis Euchariſtiam miniſtrare. ibid. q. 3. Et etiam Extremam Vnctionem. ibid. q. 5. p. 112. Matrimonia authorizare, & benedicere. ibid. q. 6. p. 115. Miſſam popularem celebrare. ibid. q. 4. p. 109. Cadauera ſuorum ſepelire. ibid. q. 7. p. 119 Decimarum, Oblationum, & Quartæ perceptio. ibid. q. 8. p. 121. Miniſtrare neceſſaria celebrare volentibus, ita vt ab Epiſcopo cogi non poſſit, neque impediri. ibidem q. 13. p. 34. Concionari, & deputare Concionatores. ibid. q. 14. p. 139. Præcedere. ibid. q. 5. p. 112. Benedicere domus ſuæ Parochiæ in hebdomada Sancta. ibid. q. 16. p. 149 Vicarium delegare, & ſubſtitutũ ponere. ibid. q. 17. p. 150. & dec. 1. n. 7. p. 106. Vt Parochia ſua ſit certis finibus limitata. p. 3. q 11. p. 129. Vt ſit vnicus ſuæ Eccleſiæ Rector. p. 1 q. 2. diuiſ. 1. num. 4. p. 7. diuiſ. 2. n. 13. p. 32. p 3. q 9. n. 1. & ſeqq. p. 125. Vt nomine ſuo, & non alieno curam exerceat. p. 3. q. 10. p. 127. Et quod illam habeat perpetuam. q 12. p. 130

2. Ex prædictis Parochi, ſeu Curati iuribus, ſolum ſunt eſſentialia quatuor vltimo recenſita & perceptio decimarum p. 3. q. vlt. p. 157

3. Curatus Matrimonium contrahit ſpirituale cum ſua Eccleſia. p. 3. q. 9. n. 3. & 4. p. 125. & ſeq. & q. 12. n. 4. p. 131

4. Eo ipſo quo quis eſt Parochus, eſt Curatus; non vero è

contra

contra, ſi cura late, & improprie ſummatur. Si proprie autem conuertuntur. dec.1.n.14. p.108
5. Curatus debet intra annum Sacerdotio initiari.dec.1. num.1. p.103
6. Curatus, alius habitu, & actu ſimul. p.1. q.2. diuiſ.2.n.4. & 7. p.29.& ſeq.
7. Curatus improprie dicitur, qui non eſt actu Curatus, ſed ſolum habitu. ibid. n. 12. p. 32. & p.4. q.1. ſect.3. concl.2. n.32. pag.193
8. Quoties abſolute fit de Curatu mentio, intelligitur de Curatu, in habitu ſimul, & actu. p.1.q.2.diuiſ.2.n.11.& 12.p.31. & ſeq.part.4.q.1.ſect.3.concl.1. n.7.p.177.concl.2.n.32. p.193. & q.9 n.9. p.288
9. Nemo Curatus eſt niſi ratione Beneficij Parochialis. p.4.q.1.ſect.3.concl.1 n 4.p.176
10. Curatum, ſeu Parochiale Beneficium eſt, quod Curam proprie, & ſtricte ſumptam habet annexam. p. 1. q. 2. diuiſ.1. n.1. p.5. & diuiſ. 2. n.21. & 22. pag.37
11. Omnis Curatus per concurſum debet conferri, aut inſtitui, dummodo non ſit dignitas in Cathedrali, aut Collegiata, aut Curam non habeat ratione vnionis acceſſoriæ.p.2. q.6.num.16.p.89. p.4.q.1.ſect.3. concl.1. num.8. & ſeqq. p.178. & n.20. p.181. dec.7.n.8. p. 133. dec.9.n.1.p.140. & dec.28.n.5. pag.189
12. Curatus late dicitur Prælatus.p.1 q.3.§.2.n.1. p.51
13. Vnicus debet, & poteſt in qualibet Parochia eſſe Curatus.p.1. q.2. diuiſ.1.n.4.pag.7. diuiſ.2.n.13. p.32. p.3. quæſt.9. pag 125. & q.vlt.p.157.p.4 q.1. ſect.3.concl.1. num.7. p.177. & dec.1.n.4. p.105
14. Incompatibilis eſt vnus Curatus cum alio.p.4.q.1.ſect.3. concl.1 n.20. p.181
15. Iuriſdictionem ordinariam habet Curatus ad Sacramenta miniſtranda ſuis Parochianis, & ad omnia alia iura Parochialia, quam illi Epiſcopus impedire non poteſt abſque cauſa. p.4.q.1.ſect.3.n.3.& 4. p.176
16. Ordine hierarchico eſt ſubordinata Epiſcopo & Papæ Iuriſdictio Curatus. part. 3. q.2.n.1.p.99.& n.9.& 10.& ſeq. p.101.& ſeqq.
17. Curatus approbationem habet à iure, quam Epiſcopus reuocare non poteſt, ſed ſuſpendere: ceſſat tamen dimiſſo beneficio.p.3.q.2.num.7.& 8. p 100 & ſeq.
18. Curatus eſt, qui fructus ratione Curæ debitos percipit. p.3.q.8.p.121. dec.7. n.2. p.130. dec.8.n.1.2.& 3. p.134. & ſeqq. dec.9.n.3.dec.13. n.1. & 2. dec. 17.n.5.dec.27.n.2.dec.29.n.10.

Cura

19. Curatus vbique ſuorum valet excipere Confeſſiones. p.3.q.2.n.7. p.100
20. Sub mortali debet eos neceſſaria ad ſalutem docere. p.3.q.14.n.7. p.141
21. Quamuis regulariter teneatur Curatus per ſe ipſum curam exercere, poteſt ex priuilegio, aut conſuetudine immemorabili introduci vt per Vicarium, aut Capellanum illam exerceat. p.3. q.18. num 3. pag.158
22. Curatus principalis iuriſdictionem ſpiritualem in Vicarium, etiam perpetuum habet. p.3.q.10.n.2.p.127.& p.4.q.1. ſect.3.concl.2.n.25. p.191
23. Curatum aſſociare debent Vicarius, & Beneficiarij, & illi deſeruire,dum aliquid ad munus Parochi ſpectans facit. p.4.q.9.n.9.p.288.& deciſ.14. num.4. p.152
24. Curatus iuris aſſiſtentiam non habet in Eccleſia ad Regulares pertinente, ex eo quod intra limites ſuæ Parochiæ ſit ſita. Nec poteſt in illa actum vllum Parochialem exercere, aut ſtolam quidem in illa deferre.dec.26.n.2.& 3. p.184
25. Veri Curati ſunt Prælati, quorum dignitatibus aut Conuentibus Parochiales Eccleſiæ ſunt ad menſam vnitæ, non ſolum habitu ſed & actu. p.1.q.2. diuiſ.2.n.19.p.35.p.2.q.2.n.11. 12.14.15.p.63.& ſeqq.& n.28. p.70.q.6.n.13.p.88.p.3.q.17. n.11.p.154.part.4.q.9.num.9. pag.288.
26. Curatuum ſæcularium capaces ſunt Religioſi ſine Papæ, aut Epiſcopi diſpenſatione, cum ſola ſui Prælati licentia. p.4.q.1.ſect.4.n.34.35.p.210. n.40.41.& 47.p 215.& ſeq.& n.51.& 52. p.218
27. Curatos Regulares non poteſt Epiſcopus ob negligentiam adminiſtrationis Sacramentorum remouere. p.1.q.2. diuiſ.1.n.6. p.8
28. Prælati Regulares quando poſſint illos remouere. ibid. n.26.p.18.num.49.& 50.p.26. & ſeq.
29. An poſſit Epiſcopus illos viſitare,& punire.p.1.q.2.diuiſ. 1.n.7.8.9.p.8.& ſeqq.& n.48. pag.25
30. In caſu, quo illos punire poſſit Epiſcopus poteſtas eſt cumulatiua cum Prælato Regulari, ad quem illos remittere debet vt ab eo puniantur. p.1. q.2.diuiſ.1.num.9.& 12.p.10. & ſeq.& dec.30.n.1. p.197
31. Illos Epiſcopus excommunicare non poteſt p.1.q.2. diuiſ.1.n.10.p.11.& n.21. p.17
32. Curatus Regularis circa adminiſtrationem Sacramentorum in loco nullius Diœceſis delinquens, non poteſt à Prælato territorij puniri.part.1.

quæſt. 2. diuiſione 1. num. 11. pag. 12
33. Quando teneatur Officium diuinum iuxta ritum ſui Ordinis perſoluere; & quando iuxta ritum Eccleſiæ cui deſeruit, oſtenditur. ibid. num. 13. pag. 13
34. An ſocium ſui Ordinis habere debeat. ibid. n. 14
35. An aſſiſtere teneatur collationibus caſuum conſcientiæ, & proceſſionibus ab Epiſcopo præceptis. ibid. n. 15. p. 14
36. Si Eccleſia, cui deſeruit Religioſus eſt pleno iure Epiſcopo ſubiecta, eidem Epiſcopo in omnibus eſt ſubiectus, etiam ſi ſuus Abbas ad dictam præſentet Eccleſiam. ibid. n. 12. p. 12. n. 15. 18. 20. & 22. p 14. & ſeqq. & n. 41. p. 23. & n 49. p. 26
37. Profeſſionem Fidei facere intra bimeſtre tenetur Religioſus aſſumptus in Curatum perpetuum Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ. ibid. n. 23. p. 17
38. Licentiam pro abſentia, in quo illa neceſſaria ſit, ab Epiſcopo debet obtinere. ibid. n 16. verſ. *Monet.* p. 14
39. Poteſt curam Eccleſiæ ſuo Cœnobio annexæ, in caſu abſentiæ vni ex ſuis commonachis, approbato tamen ab Epiſcopo ad Confeſſiones, committere. ibid. num. 16. verſ. *Quartum.* p. 14
40. Si inſeruiat Eccleſiæ ſuo Cœnobio vnitæ, ad reſtitutionem fructuum pro abſentiæ tempore, non tenetur; ſecus ſi Epiſcopo ſit illa pleno iure ſubiecta. ibid. n. 17. & 18. p. 15
41. Eccleſiæ, cui deſeruit acquirit Curatus Religioſus ſi illa eſt Epiſcopo pleno iure ſubiecta; Cœnobio vero ſi ei eſt annexa ad menſam. ibid. num. 27. cum 6. ſeqq. p. 18. cum ſeqq.
42. Quam diſpoſitionem de fructibus habeat beneficij oſtẽditur. p. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 34. cum 4. ſeqq. p. 20. & ſeqq.
43. An ſit illorum Dominus? ibid. n. 36. p. 21
44. An valeat Sacerdoti, à ſuo Regulari Prælato approbato, confiteri? n. 41. p. 23
45. An ad curam approbatus ſi ab Eccleſia remoueatur, & poſtea eiuſdem ſeruitio deputetur iterum, noua Epiſcopi indigeat approbatione? ib. n. 42
46. Curatus Regularis, quamuis amouibilis, Confeſſiones poteſt audire. ibid. n. 39. p 22
47. Subiectus eſt Superiori Regulari ſolum in temporalibus, ſi Eccleſia cui deſeruit eidem eſt Prælato quoad temporalia ſubiecta; ſi quoad ſpiritualia, & temporalia eſt illi ſubiecta, in omnibus eſt illi ſubiectus; ſi tandem Eccleſia nullatenus eſt Abbati ſubiecta, neque vllo modo Curatus Monachus

chus erit illi ſubiectus. 1. p.q. 2. diuiſ. 1. n. 22. p. 17. & n. 49. & 50. p. 26. & ſeq.

48. Abbas, & quilibet alius Prælatus, cuius, & Conuentus ſui menſæ vnita eſt Parochialis Eccleſia, poteſt tanquam illius Curatus pro exercitio curæ Vicarium am[illegible]ibilem deputare. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 23. & 25. p. 38. & ſeq. p. 2. q. 2. n. 11. & 12 p. 63. & ſeq. & n. 15. p. 65. & num. 23. p. 68. & q. 6. n. 13. p. 8. p. 3. q. 17. n. 6. p. 151. & dec. 3 n. 27. p. 116

49. Huiuſmodi Pr[illegible]lato eſt dictus Vicarius ſubiectus, & eius iuriſdictioni, & viſitationi. p. 3 q. 10. n. 2. p. 127. p. 4. q. 1. ſect. 3 concl. 2. n. 23. 24. 25. & 26. p. 190. & ſect. 4 n. 2. p. 197

50. Curatus vbique eligi poteſt à quocumque habente facultatem Confeſſarium eligendi. p. 3. q. 2. n. 8. p. 101

51. Sub nomine proprij Curati veniunt etiam Papa, Epiſcopus, & eius Vicarius. ibid. n. 9. & ſeqq.

52. Curatus quandiu Curatus manet non poteſt niſi à Papa, aut Concilio Generali priuari facultate aſſiſtendi matrimonio ſuorum, aut concedendi licentiam eidem aſſiſtēdi, quia ab his illam accepit ſine ſubordinatione ad Epiſcopū, quoad valorem matrimonij. p. 3. q. 6. n. 6. p. 116

53. Curatus aſſiſtens matrimonio ſine duobus ſaltem teſtibus: & teſtes aſſiſtentes ſine Curato, vltra matrimonij nullitatem, & inhabilitatem ad contrahendum, puniendi ſunt. p. 3. q. 6. n. 7. p. 117. Non tamen eſt neceſſarium quod ſponte adſint, ſi quod fit aduertant. ibid. n. 12. p. 118

54. Si ſponſi diuerſarum ſunt Parœciarum, quilibet ipſorum proprius Curatus legitimus erit ad aſſiſtendum eorum matrimonio in propria Parœcia reſpectiue. ibid. n. 8. & 11. p. 117. & ſeq.

55. Si procul à propria vtriuſque abſint Parœcia, & non breui reuerſuri, poteſt loci Curatus eorum aſſiſtere matrimonio. ibid. n. 9

Vide alia verbo. ***Parochus, Præcedentia.***

D

Decima.

1. Decimarum perceptio ius Parochi eſt. 3. p. q. 8. p. 121

2. Perceptio decimarum Parochum, & Parochiam arguit. ibid. & q. 18. n. 6. p. 158

3. Ad perceptionem decimarum ſequitur quod illas percipiens habeat Eccleſiam ad mēſam ſuam vnitam, & ſit illius Parochus maxime ſi Vicario congruam relinquat. dec. 7. n. 1.

 2. 3.

2.3. pag.130. dec.8. n.1. p.134. dec.9. per totam p.140. dec.13. n.1. pag.149. dec.17. n.5. p.156
4. Decimæ Eccleſiæ vnitæ Monaſterio, eidem integrè debentur. dec.27. n.1. & 2. p.185
5. Decimæ Parocho debentur ob adminiſtrationem Sacramentorum, non pro Miſſæ applicatione. p.3. quæſt.4. n.3. pag.110
6. Non debentur decimæ à Monachis, & Clericis in communi viuentes, de laboribus, & nutrimentis ſuis. p.2. q.2. n.30. pag.70
7. An Concordia ſuper decimis fieri valeat. Vide Verbo *Concordia*.

Declaratio.

1. Locum non habet in claris. p.4. q.9. n.11. p.291
2. Declaratio S. Congregationis ſub Gregor. XIII. de eo quod non liceret Canonicis Regularibus aſſumere curam animarum, non comprehendit alios, quam dictos Canonicos: imo ab ipſis practicata non eſt. p.4. ſect.4. n.47. p.216
3. Præcedentia declarant ſequentia. D.P. n.19. p.10
Declarationes Cardinalium. Vide verbo Cardinales.
4. Declaratio Papæ legem conſtituit. part.3. quæſt.17. n.11. pag.153
5. Declaratio non habet locum in claris. D.I. n.88. p.95
6. Declarare poteſt Reuerendiſſimus Generalis Conſtitutiones Ordinis pro aliquo caſu particulari, tanquam Ordinarius, Definitorium vero, tanquam delegat. D.I. num.79. pag.91

Decretum.

1. Non citatos non afficit. dec.26. n.5. p.184
2. Decretum irritans inficit, & tollit titulum, & poſſeſſionem quamcumque. dec.9. n.6. p.142. dec.17. n.7. p.157. dec.18. n.2. p.159. & dec.21. n.2. p.172

Definitiones.

1. Definitiones in tribus Capitulis Generalibus confirmatæ, vim legis habent. D.I. n.17. pag.72

Definitorium.

1. Definitores iudices declarare poſſunt Conſtitutiones vti delegati, in caſu appellationis. D.I. n.8. p.69
2. Totam iuriſdictionem plenariam Congregationis habēt, cum limitationibus tamen. D.I. num.9. & 10. p.70
3. Exacta diligentia ſeruare debent delegationis formam. D.I. n.85. p.93. n.85. 86. & 87. p.93. & ſeq.
4. Quomodo ſe gerere debeant cum Reuerendiſſimo Generali in caſu appellationis. D.I. n.13. 14. p.71
5. De aliis caſibus, quam de expreſſis in Conſtitutionibus

cognoſcere

cognoſcere non poſſunt. D. I. n.18.72.n.84. p 93

6. Definitor Præſidens poteſt per cenſuras œconomum Monaſterij compellere. D. I. n.14. pag.71

7. Poteſt Abbatem ſuſpenſum, & probatum per Generalem Monaſterio reſtituere ſuo, in caſu quo Generalis acta cauſæ tranſmittere nolit. D. I. n.15.p.71.& n.86. p.94

Delegatio Delegatus.

1. Vnus ex præcipuis, & propriis actibus iuriſdictionis ordinariæ delegatio eſt. p. 3. q. 17. num.4. p.150

2. Quæ iure ordinario, ratione officij, & proprij muneris poteſt quis per ſe ipſum facere, delegare poteſt, & per alios facere.ibid.num.3.4.& 5.p.150. & ſeq.

3. Delegare poteſt Parochus Sacramentorum adminiſtrationem, & omnes alias Parochiales functiones, Sacerdoti idoneo.ibid. n.1.& ſeqq.

4. Delegati Papæ, & eius Legati nequeunt eſſe niſi Dignitates, Perſonatus, & Canonici Cathedralis Eccleſiæ.D.P.n.70 pag.32

5. Prior Conuentualis, & Vicarius Epiſcopi eſſe poſſunt Delegati, etiam ſi manuales ſint, & ad nutum amouibiles. p.3.q. 12.n. 10. p. 132. & D.P. n.70.& 71. p.32

6. Prior Clauſtralis Perſonatum habens, fieri poteſt delegatus; ſecus ſi non habet. D.P. n.26.p.13.& n.70. p 32

7. Interpretari non valet delegatus reſcriptum ſuæ iuriſdictionis, niſi quatenus illius verba patiuntur, rigoroſe ſumpta. D.I.n.79. p.91

8. Cogitur formam delegationis ſuæ exacta diligentia ſeruare.D.I.n.80. cum 3.ſeqq.p.91 & ſeq.

9. Non poteſt, etiam de partium conſenſu aliter procedere, quam in delegatione conceditur. ibid.

10. Delegati iuriſdictio reſtringenda eſt, quia ordinariè odioſa. ibid.

Deſtitutio.

1. Inſtitutio, & deſtitutio illius ſunt, cuius eſt res poſſeſſa. part.4.q.1.ſect.3. concl.1.n.25. pag.183

2. Deſtitutio in Eccleſiis vnitis, ſicut & inſtitutio, non ad Epiſcopum, ſed ad eum, cui illæ vnitæ ſunt, pertinet. part.4.q.1. ſect.4.n.16.& 18. p.204.& ſeq.

Deuolutio.

1. Locum habet in beneficiis maxime curatis. p.4. q.1 ſect.3. concl.1.n.22. p.182

2. Deuolutio exigit ſemeſtrem negligentiam in quolibet ordinario Collatore, Metropolitano, & Nuncio, vt ab vno ad alium, & tandem ad Pa-

pam deuoluatur. Et ſemeſtris non currit niſi à die ſcientiæ vacationis : quæ ſcientia probanda eſt. dec. 12. ñ. 1. p. 147

3. Quando Prælatus Regularis habet Prælatum immediatum intra Ordinem ſibi ſuperiorem, ille beneficia confert deuoluta ob negligentiam inferioris Prælati, & non Legatus Apoſtolicus. p. 2. q. 2. num. 17. pag. 66

4. Non datur deuolutio in vnitis ad menſam. ibid. n. 21. p. 67. q. 6. n. 13. p. 88. p. 4. quæſt. 3. ſect. 2. concl. 2. n. 18. p. 241. q. 4. ſect. 2. concl. 1. n. 9. p. 249. q. 8. ſect. 1 n. 4. pag. 278. dec. 12. n. 2. pag. 147

5. In menſibus reſeruatis Papæ locum non habet deuolutio, quia cum ab alio conferri nequeant, nullus inferior negligentiam poteſt habere. deciſ. 12. n. 2. p. 147

Dignitas.

1. Et beneficium habens adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione ſaltem in foro externo. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 1. p. 28. q. 3. §. 2. num. 2. p. 51. dec. 33 n. 7. p. 203

2. Dignitatem habet, qui iuriſdictionem cõtentioſam poſſidet, D. P. n. 104. & 106. p. 47

3. Nullum beneficium, aut officium eſt Dignitas ſi iuriſdictione caret contentioſa, niſi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus in Cathedrali exiſtentes. Dec. 23. num. 1. & 2. p. 178. & ſeq.

4. Impropriè, & latè de Perſonatu dicitur quod ſit Dignitas. p. 1. q. 3. §. 2. n. 2. p. 51. Aliqui tamen dicunt eſſe Dignitatem quamuis careat cura, & iuriſdictione ob præeminentiam, quam habet in choro. Dec. 23. n. 3. p. 179. & n. 8. p. 180

5. Conſuetudo, & communis reputatio efficere poſſunt vt Abbatia carente cura, & Conuentu, Dignitas ſit. Deciſ. 23. n. 8. p. 180

6. Dignitates non ſunt de Capitulo, niſi in earum erectione exprimatur conceſſio ſtalli in choro, & vocis in Capitulo. Dec. 28. n. 2. p. 187

Diœceſis.

1. Diœceſis, & territorium idem ſunt. p. 3. q. 15. p. 147

Diſmembratio.

1. Eſt incorporatio fructuum remanente beneficio penes ſuum Rectorem. p. 2. q. 2. n. 33. p. 71

2. Non compatitur cum vnione diſmembratio. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 43. verſ. *Nec poteſt.* p. 4. q. 1. ſect. 3. concluſ. 1. n. 11. p. 179. dec. 9. n. 3. p. 141

Diſpenſatio.

1. Diſpenſare non poteſt Epiſcopus cum illegitimo ad beneficium Curatum, niſi acceſſorie ſit vnitum. p. 2. q. 6. n. 19. p. 90.

p.90. p.4. q.1. ſect.3. concluſ.1. n.21. p.182
2. Quilibet Prælatus Regularis, etiam Prior annexi, cum ſuis ſubditis in omnibus diſpenſare poteſt, in quibus poteſt Epiſcopus cum ſuis vigore Concilij Tridentini D.P.n.145. p.64

Dominatiua poteſtas.

1. Eſt ius, quod Religio, & Prælati acquirunt ex profeſſione Religioſi ſubditi ad imperandum, ei, eiuſque vtendum operibus, prout conueniens iudicauerit. D.P. n.112. p.51

Dominium.

1. Territorij dominium magnum ſecum affert adminiculum ad probandum Eccleſiam in illo ædificatam eſſe de Domini menſa. Dec.8.num.1.& 2. p.134. & ſeqq.

E

Eccleſia.

1. PArochialis Eccleſia per quinque conſtituitur. p.3.q.vlt. p.157
2. Parochialis non eſt, quæ habitu tantum eſt curata. p.1. q.2. diuiſ.2. n.12 p.32. p.4. q 1. ſect.3.concl.2.n.32. p.193
3. Eccleſia alia eſt ſæcularis, & alia Regularis. p.1.q.2.diu.1. n.4.p.7.dec.4.n.1.p.125.dec.19. n.4.p.163. dec.20. n.14. p.171. dec.33.num.9. p.203
4. Regularis Eccleſia in fauorabilibus venit ſub nomine Collegiatæ. p.2. q.6.n.16.p.89. D.P. n.23. p.12. dec.33.num.9. p.203
5. Sine Eccleſia Monaſterium non datur. dec.3.n.2.& 3. p.111.dec.4.n.1.p.125.& dec.8. n.4 p.136
6. Eccleſiæ à Papa Monaſterio confirmatæ ad illud pleno iure quoad ſpiritualia, & temporalia pertinent. dec.5.num.1. & 2.p.127. per totam.
7. Eccleſia probatur Regularis ex poſſeſſione quadragenaria deputandi Vicarium ad nutum amouibilem Dec.4.n.9. p.127
8. Eccleſia ad menſam Abbatis, & Conuentus vnita, eiſdem eſt pleno iure ſubiecta. p.1.q 2.diuiſ.1.n.18.p.15.& n.47. pag.25.diuiſ 2 n.9.cum 5.ſeqq. p.31.& ſeq. n.20. p.36. & n.26. p.39.p.2.q.2.n.7.9.& 11. p.61.& ſeqq. & n.17. 19. p.66. & n.23. p.68. p.4.q.9. n.5.p.287. dec.2. n.1. p.109. dec.7.n.2. p.130. deciſ.9. n.2. p.140. dec.13. num.2. p.149
9. Eſſe vnitam Eccleſiam, annexam, & ſubiectam idem eſt. p.2 q.2.n.6.p.61.& dec.10. n.2. p.143
10. Eccleſiæ multis modis reperiuntur vnitæ Monaſteriis. p.2.q.2.n.8.& 9. p.62
11. Monaſteria poſſunt habe-

re Eccleſias ſibi vnitas quoad temporalia ſolum, quarum fructus percipiant, reſeruata Vicario honeſta ſuſtentatione. ibid. n.25.& 27. p.69

12. Non tollit quod Eccleſia pleno iure quoad ſpiritualia, & temporalia ad Monaſterium, pertineat, quod Epiſcopus aliqua temporalia ex ea recipiat, & quod illi ſit quoad Viſitationem, procurationem, & correctionem ſubiecta. p.1.q.2.diuiſ. 1.n 47.verſ.*Nota*. p.25

13. Sed an poſſit Epiſcopus viſitare Eccleſias Regularium, vel per Regulares deſeruitas: & quæ in caſu viſitationis poſſit præcipere.ibid.n.8. & 9.p.9. & ſeq.& n.48. p.25

14. Non poſſunt Epiſcopi exigere ab Eccleſiis pertinentibus ad Monaſteria Benedictina Hiſpana, neque à Vicariis, ſeu Miniſtris earum vllam procurationem. p 1.q.2. diuiſ. 1. n.8. pag.9

15. Viſitatio Eccleſiarum pertinentium ad Regulares, non pertinet ad Epiſcopum priuatiue ſed cumulatiuè. ibid.n.9. p.10.& dec.30 n.1. p.197

16. Poſſunt Prælati Monaſteriorum Eccleſias vnitas habentium, eas viſitare, & Vicarios, quamuis Epiſcopalem iuriſdictionem in eos non habeant. p.1.q.2. diuiſ. 1. num. 48.p.25. part.4.quæſt.1. ſect.3. concl.2. n.23.cum 3.ſeqq. p.190.& ſeq. & ſect.4. n.2. p.197. & dec.30. num.1. p.197

17. Eccleſiæ ad menſam Regularium vnitæ, Regulares ſunt.p.2.q.6.n.8.p.86.dec.4.n.9. p.127.dec.13.n.3. p.150.dec.19. n.5. p.164 & dec.20.n.14. p.171

18. Bona Eccleſiæ Monaſterio vnitæ, poſſideri à Monaſterio dicuntur. dec.31.n.6. p.199

19. Vna Eccleſia aliam præſcribere poteſt tamquam ſibi vnitam, per 40. annorum ſpatium, ſi allegetur titulus, & probetur per publicam famam. p.4.q.5.ſect.1.n.1. p.251

20. Pro Eccleſiis ad menſam Monaſteriorum vnitis, non inſtituit Vicarios Epiſcopus inſtitutione propriè dicta, illa ſcilicet, quæ dat titulum, ſed ſolum approbat, quos deputant Monaſteria, & illis commiſſionem, ſeu licentiam ad miniſtranda Sacramenta confert, quæ eſt authorizabilis inſtitutio.p.2.q.2.n.14.p.65.dec.6. n.1.p.129.dec.13.n.7. pag.150. dec.14.n.3. p.151

21. In vnitis Eccleſiis, ſed non ad menſam, ſed quoad temporalia ſolum, præſentatos per Monaſteria inſtituit Epiſcopus vtraque inſtitutione p.2. q.2.n.14.& 15. p.65

22. In Eccleſiis vnitis ad menſam Monaſteriorum, non poteſt Epiſcopus Vicarias in

perpe

perpetuas erigere, vigore facultatis ipſi per Tridentinum factæ. p.2.q.2.n.13.p.64. & dec. 31.num.3.
23. In Eccleſiis vnitis ad menſam Monaſteriorum ceſſat ius præſentandi Vicarios, & Beneficiarios. part.4.q.1.ſect.1. n.12. p.167. & deciſ.19.num.5. pag.164
24. Ceſſat etiam reſeruatio menſium pro Papæ prouiſione. p.4.q.1.ſect.1.n.12.p.167.dec.2. num.3. p 109
25. Eccleſiæ menſæ vnitæ non vacant vnquam, ſed tantum improprie. part.2.q.6.n.10. p.87.dec.29.n.16. p 196
26. In Eccleſiis menſæ vnitis neque Abbas, neque Epiſcopus poteſt Vicarios perpetuos deputare. p.1.q.2. diuiſ.2.n.23. p.38. p.2.q.2. num.13.15. p.64. & ſeq. & dec.31.n.3. p.198
27. Si tamen de facto Vicarij deputentur perpetui, non ideo Eccleſiæ deſinunt eſſe de menſa.dec.7.n.10. p.133
28. Liberæ præſumuntur Eccleſiæ, non vnitæ, niſi de contrario conſtet. deciſ.8. num.10. p.140.
Alia vide verbo, *Beneficium.* verb. *Iuſpatronatus.* V. *Viſitatio.* V. *Vnio.*

Electio.

1. Si proprie ſumatur, eſt alicuius perſonæ ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam canonice facta vocatio p.1.q.3.§.2.num.1. p.51.D.P.n.55.p.26.vide, infra num 13.
2. Actus ſpiritualis eſt electio. ibid. n.5. p 4
3. Per ſæcularem ad Prælaturam, aut Parochiam facta, eſt ipſo iure nulla: & ſic electus, ſi paſſus eſt per ſæcularem eligi, incapax eſt ad omnem dignitatem. ibid.n.7. p.7
4. Debet fieri per Conuentum.dec.34.n.5.& 7. p.204
5. Semper debet per Eccleſiaſticos fieri.p.1.q.3.§.2.num.6. pag.52
6. Electus iure acquiſito per electionem priuatur, ſi à die habitæ notitiæ electionis intra menſem, aſſenſum non præbet. ibid.n.5.
7. Religioſus electionem de ſe factam, acceptare non poteſt, niſi de ſui Superioris licentia, quam ſi dare noluerit, eſt compellendus. Sed an à ſolo Papa? D.P.n.80.& 81. p.37
8. Electionis confirmatio, *eſt approbatio Superioris electionis à Collegio factæ, alicuius perſonæ ad dignitatem, Prælaturam, vel Beneficium vacans.* part.1.q.3.§.2. n.3. pag.52
9. Confirmatio electionis, obligatoria eſt.ibid.n.6.
10. Differt Electio à Præſentatione, & nominatione, quia iſtæ poſſunt à ſæculari perſona fieri; ſecus vero illa. ibid.n.6

11. A Poſtulatione in multis differt. p.1 q.3.§.3.n.8. p.54
12. Electio à maiori parte facta, cenſetur facta concorditer ab omnibus electoribus. D. P. n.46. p.23
13. Vnde Electio definitur Canonica ſic. *Eſt alicuius certæ perſona canonice facta voluntaria vocatio à maiori parte intereſſentium, & habentium ius eligendi, legitime congregata.* ibid.n.55. p 26
14. In omni electione, electores ſuffragium deciſiuum habent. ibid n.60. p.28
15. Nullus in Eccleſia vbi duo, vel tres fuerint in Congregatione, niſi eorum electione canonica Prælatus eligi poteſt. ibid. n.64. p.29
16. In Conuentu duorum, vnus eorum alterum poteſt canonice eligere. ibid.n.7. p.5
17. Triplex eſt forma electionis Canonicæ: per ſcrutinium; per compromiſſum, & per communem inſpirationem; & nulla alia. ibid. n. 56. p.26.& 60.p.28
18. Scrutatores tres de ſubſtantia electionis non ſunt, ſed vnus ſufficit, etiam ſi de eodem non ſit Collegio. ibid. num.63. & 64. p.29
19. Praxis electionis Priorum annexorum Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, varia poteſt eſſe. ibid.n.61. p.28

Enunciatiua.

1. Enunciatiua Ordinarij plene probat quaſi poſſeſſionem præſentandi. Dec.3. num.6. & ſeqq. p.113.& ſeq.
2. Enuntiatiua Abbatis dicentis, *Eccleſiam noſtram*, vel *Rectorem ſe talis eſſe Eccleſiæ*, probat curam dictæ Eccleſiæ penes illum reſidere. Dec.8.n.1. p.134
3. Plures enunciatiuæ loco teſtium ſuccedunt ad factum antiquum manifeſtandum. p.4. q.5. ſect.1. n.4. verſ. *Et quidem.* p.252
4. Duæ enuntiatiuæ pro pluribus habentur. ibid. & D. P. n.7. p 5
5. Enunciatiuæ antiquæ, diuerſæ, & à pluribus emanatæ plene probant, etiam contra tertium. p.4.q.5.ſect.1.n.3.& 4. p.252.& q.9.ſect.2.n.6. p.287

Epiſcopus.

1. Non poteſt Parochum cogere, ſed hortari, ad ſubminiſtranda neceſſaria Presbyteris celebrare volentibus in ſuis Eccleſiis. p.3.q.13. n.1. p.134
2. Nec prohibere poteſt ne permittat celebrare habentibus litteras commendatitias ſuorum Superiorum etiam Regularium. ibid. n.2.& ſeqq.
3. Non poteſt pro concione in propria Eccleſia facta eleemoſynam accipere. p.3. q.14. n.18. p.147

4. Nec poteſt Regularem in Eccleſia Monaſterio vnita curam exercentem remouere ob negligentiam in Sacramentorum adminiſtratione. p.1.q.2. diuiſ.1.n.6.p.8.Poteſt tamen remouere exercentem curam in Eccleſia ſæculari. ib.n.12. p.12

5. Poteſt viſitare in concernentibus ad curam tantum,Religioſum deſeruientem Eccleſiæ Monaſterio vnitæ ad menſam. ibid. n.8. & 9. p.9. & n.48. p.25. & quoad omnia ſi Eccleſiæ deſeruit ſæculari. ibid. n.12. pag.12

6. Procurationem exigere non poteſt pro viſitatione Eccleſiarum Conuentibus Congregationi Benedictinæ Hiſpanæ vnitarum.ibid.n.8. p.9

7. Regularem curam agentem in Eccleſia Monaſterio vnita ad menſam excommunicare non poteſt Epiſcopus.ibid. n. 10. ſecus ſi Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ deſeruiat.ibid.n.12. p.12

8. Regularem curam exercentem in Eccleſia Regulari, ſeu Conuentui ad menſam annexa, punire non poteſt,ſed ad ſuum Superiorem debet remittere.ibid. verſ.*Sed.*

9. In viſitatione Eccleſiæ Regularibus vnitæ non poteſt præcipere vt Eccleſia, aut Sacriſtia reficiatur.ibid.n.9. p.10

10. Epiſcopi viſitatio in Eccleſia Regularibus annexa priuatiua non eſt, ſed cumulatiua.ibid.n.9.p.3. q.10.n.2. p.127 p.4.q.1.ſect.3.n.23.25.p.190.& ſeq.& dec.30.n.1. p.197

11. Si contraria in viſitationibus Epiſcopus,& Abbas præcipiant, Epiſcopo eſt obediendum.p.1.q.2. diuiſ.1. n.9.pag.10. & dec.30.n.1. p.197

12. Epiſcopus eſt Abbas Monachi Parochi Eccleſiæ pleno iure eidem Epiſcopo ſubiectæ. p.1.q.2.diuiſ.1.n.50. p.27

13. Epiſcopum non poſſe vſum Clauium in quem libet ſuæ Diœceſis exercere,ſicut & Chriſtus poſſet,eſt blaſphemiæ vicinum.D.P.n.10. p.6

14. Eius poteſtas eſt vniuerſalis.ibid. n.8.

15. Per ſe, & per alios poteſt Sacramenta miniſtrare. ib. n.9

16. Impedire non poteſt ne Regulares eant confeſſum.infirmos in domibus priuatis.p.3. q.13.n.19. p.138

17. Neque prohibere poſſunt Regularibus ne celebrent in qualibet Eccleſia,Parochia,&c. ibid n 20.& 24.

18. Neque laicis, ne diebus feſtis Miſſam in Eccleſiis audiant Regularium. ibid. n.21. & q. 17. num. 11. p. 154. verſ. *Quarto quia.*

19. Neque prohibere poteſt, ne Parochus eadem hora, qua ipſe concionem in Parochia

faciat. p.3.q.14. n.2. p.140
20. Punire non poteſt Regularem prædicantem ſine eius licentia, ſed Regularis Prælatus punire debet. ibid. n.12.13. & 14. p.145.& ſeq.
21. Deputare Concionatores quando ad Epiſcopum ſpectet. ibid n.16.& 17. p.146.& ſeq.
22. Debet aſſumere ad conciones viros idoneos, qui vice ipſorum plebes ſibi commiſſas verbo ædificent, & exemplo. p.3 q.17.n.4. p.150
23. Epiſcopo de iure competit beneficia ſuę Diœceſis conferre. p.4. q.1. ſect.3. concluſ.2. n.13. p.187
24. An poſſit Beneficia & Eccleſias vnire? quæ? & quibus? p.2.q.3.n.4.& ſeqq. p.104
25. Vicarium, ſeu Oeconomum deputare poteſt in beneficio vacante, interim, & quouſque de Rectore prouideatur, aut cognoſcitur de eligentium iure. Dec.3.n 37. p.122
26. Epiſcopi approbatio ad curam animarum, non eſt iuriſdictionis collatio, ſed idoneitatis declaratio. p.1.q.2.diuiſ.2. n.18. p.39
27. Poteſt Epiſcopus admittere reſignationem beneficiorum, quæ ſibi ſubſunt. p.1.q.3. §.6.n.3. p.58
28. Poteſt inſtituere inſtitutione propria, & quæ dat titulum, in Eccleſiis pertinentibus ad Monaſteria ſolum quoad titulum, adminiſtrationem, & temporalia. p.2.q.2.n.14. & 15. p.65
29. Neque inſtituere proprie, neque deſtituere poteſt in Eccleſiis vnitis ad menſam Monaſteriorum; ſed vtrumque ad iſtorum pertinet Prælatos Regulares. ibid p.4.q.1.ſect.4 n.16. & 18. p. 204. & ſeq. dec.6.n.1. p.129.dec.13.n.7. p.150. & deciſ.14.n.3. p.151
30. Epiſcopi munus eſt approbare, & inſtituere, inſtitutione authorizabili, omnes, qui curam exercent. p.1.q.3.n.8. & 9 p.46. dec.8.n.6. p.137. deciſ.13.n.7:p.150.dec.14.num.3. p.151
31. Fallit hoc in Prælatis Regularibus, & aliis Dignitatibus, curam acceſſorie annexam, habentibus. p.1.q.2.diu.1. n.40.p.23 p.3.q.2.n.7. p.100. & p.4.q.1.ſect.3.concl 4.n.3. p.195
32. Pro Eccleſia ad menſam Regularium vnita ſolum poteſt Epiſcopus admittere, approbare, & licentiam ſeu commiſſionem pro adminiſtratione Sacramentorum deputato à Prælato Monaſterij, dare. p.1. q.2. diuiſ.2. n.25. p.39. p.2. q.2. n.14. p.65. dec. 2.n.1. p.109. deciſ.7.n. 1.p.130. dec.13. num.7. p.150.& dec.21.n.1.& 2. p.171. & ſeq.
33. Epiſcopalis iuriſdictio, eſt

cura

cura animarum latè ſumpta, non vero ſtrictè. p.2.q.2.n.12. p.64
34. Incapax eſt Epiſcopus Curatus pluriũ Eccleſiarum ſumpta cura proprie. deciſ.3.n.40. p.123
35. Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis cum territorio ſeparato, non eſt præſcriptibilis per inferiorem. dec.6.n.4. p.129
36. Epiſcopo æquiparatur Prælatus Regularis exemptus. D.P. n.95.& ſeqq. p.42.& ſeq.
37. Præſumitur Epiſcopus informatus de rebus ſuarum Eccleſiarum. dec.27.n 9. p.186
38. Dominus eſt reddituum Epiſcopatus, etiam ſi Regularis ille ſit. p 1. q.2. diuiſ.1.n.36. p.21
39. Habere iuriſdictionem Epiſcopalem, & Epiſcopum eſſe, idem non eſt. ibid.num.11. p.12

Error.

1. Concurſus per errorem adhibitus non præiudicat. dec.9. n.6.p.142.dec.21.num.7.p.174. dec.28.num.5. p.189.& dec.29. n.15. p.195
2. Quod Prælatus admiſerit præſentationes, & fuerit confeſſus quod Vicaria, aut Beneficium eſſet de iurepatronatus laici, nec ſucceſſoribus præiudicat, nec Monaſterio, ſi ex ſcripturis detegatur erronee proceſſiſſe. p.4.q.3.ſect.2. concluſ.2.n.14. p.240
3. In factis per errorem deficit ſcientia, & patientia neceſſaria ad acquirendam poſſeſſionem aut quaſi poſſeſſionẽ in corporalibus. dec.21.n.7. p.174

Euchariſtia.

1. Miniſtratio Euchariſtiæ, ius eſt, & munus Parochi. p.3. q.3 n.1.& ſeqq. p.103
2. Euchariſtiam miniſtrans ſine licentia ſaltem tacita, aut præſumpta Papæ, Epiſcopi, aut Parochi, peccat mortaliter. ibid.n.5.& 9. p.104.& ſeq.
3. Incurrunt etiam excommunicationem maiorem, Papæ reſeruatam, Religioſi ita miniſtrantes.ibid n.6.
4. Abbas ſic miniſtrans non incurreret dictam excommunicationem.p.4. q.1. ſect.4.n.11. pag.202
5. Immo, nec Religioſus, qui aliqua probabili ratione fulcitus miniſtraret. ibid.
6. Nec qui ex ignorantia etiam culpabili prohibitionis miniſtraret. ibid.
7. Poſſunt iam hodie Regulares miniſtrare ad ſuas Eccleſias accedentibus, ex variis Pontificum priuilegiis. p.3. q.3. n.9. p.105. Etiam pro communione Paſchali, ex Eccleſiæ præcepto, debita.ibid.n.12.cum ſeqq. p.106.& ſeq.
8. Omni priuilegio ſecluſo, concedente vtique Regulari-

bus facultatem miniſtrandi in die Paſchatis, poterant, & illo die, Euchariſtiam miniſtrare, dummodo in Parochia iam communicarint, vel communicaturi ſint intra quindecim Paſchales dies: quia exceptio diei Paſchatis, in aliis adhibita priuilegiis, formaliter pro communione Paſchali ſumitur. ibid. num. 17. p. 108

9. Miniſtratio Euchariſtiæ iuriſdictionis actus eſt. ibid. n. 9. pag. 105

Exceptio.

1. Firmat regulam in contrarium in non exceptis. D.P. n. 12. pag. 7

2. Exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis. D.I. n. 22. p. 74

Excommunicatio.

1. Parochi, ſeu Plebani aliqui excommunicant. D. P. n. 106. p. 47. dec. 13. n. 2. p. 149

Vide verb. *Euchariſtia*, n. 3. 4. 5. 6. Et *Extrema-vnctio*, ac *Cenſura*.

Executio.

1. Poteſt fieri executio ſententiæ per iudicem à quo poſt appellationem, cui ius reſiſtit. Immo etiam ſi appellatio de iure teneat, dummodo inhibitio canonica nondum ipſi iudici fuerit intimata, aut ſponte appellationi detulerit, quamuis alias illa eſſet exequibilis. D.I. n 93. p. 97

Exhortari.

1. Idem ſignificat exhortari, *quod inducir con raçones:* Et quod monere conſulendo. D.I. n. 38. p. 80

Et,

1. Dictio *Et*, aliquando vim coniunctiuæ, aut copulatiuæ non habet, ſed inter diuerſa ponitur. D.I. n. 40. p. 81

Extrema-vnctio.

1. Miniſtratio huius Sacramenti munus eſt, & ius Parochi. p. 3. q. 5. p. 112

2. Qui ſine licentia Papæ, Epiſcopi, aut Parochi illud miniſtrauerit, peccabit mortaliter. ibid. n. 3. p. 113

3. Incurret etiam excommunicationem Papæ reſeruatam Religioſus, qui *cum præſumptione* miniſtrauerit. ibid. n. 2. p. 112

4. Neque incurrit excommunicationem, neque peccat qui in caſu miniſtrat neceſſitatis. n. 7. p. 114

5. Non perficitur hoc Sacramentum per modum iudicij, & ſententiæ ſicut Pœnitentia. ibid. n. 8

F

Facere.

1. QVi per alium aliquid facit, per ſe ipſum facere cenſetur. p. 3. q. 14. num. 7. p. 141

2. Quæ ex officio competunt

tunt complete licite fiunt. p.3. q.1.n.4. p.97

Facultas.

1. Quæ à iure conceditur, nec licite, nec valide poteſt ab alio quam Papa impediri. p.3. q.13.n.11. p.137

2. In facultatiuis præſcribi non poteſt contra facultatem habentem, niſi in duplici caſu. p.1.q.2. diuiſ.2. n.30. p.40. deciſ.21.n.5.6.&7. p.175.& ſeq.

3. Non amittitur facultas in mere facultatiuis, per non vſum eius; an autem per contrarium vſum? ibid.

Fama.

1. In antiquis plene probat. p.2.q.7.n.6. p.93

2. Vim famæ habent verba duorum inſtrumentorum antiquorum. ibid.

Fugitiui.

1. Abbates, & Priores Conuentuales, annuatim debent ſolicite requirere Fugitiuos, & eiectos de Ordine. D. P. n.111. pag.51

Funeralia.

1. Sunt, quæ cum corpore ſepeliendo deferuntur, & conſiſtunt in cera, & aliis oblationibus.part.3.q.8. num.12.& 13. p.124

Funus.

1. In funeribus defunctorum, qui in Regularium Eccleſiis ſepeliuntur, quomodo Parochi, & Clerici ſe gerere debeant, & quomodo Regulares ipſi, latè traditur.p.3.q.8.n.7. p.123

G

Generalis.

1. IN hierarchico ordine cuiuſlibet Religionis, Generalis eius Patriarchis, & Primatibus hierarchiæ Eccleſiaſticæ comparatur. D.P.n.13. p.7

2. Subeſt Capitulo Generali quoad vim directiuam, & coercitiuam. ibid. n.73. & 74. p.33. & ſeq.& n.121. p.54

3. Circa Filiationes Conuentuum principalium, & Conuentuales illarum iuriſdictionem non habet in prima inſtantia.ibid.n.11.12. p.7

4. Habet tamen in ſecunda, & in appellationis gradu. ibid. n.12.p.7.& n.80. p.37

5. Ceremonias, aut Conſtitutiones Ordinis mutare, aut alterare nequit; bene tamen declarare pro caſu particulari.n.8. Et tanquam Ordinarius. D. I. num.79. p.91.

6. Sub præcepto, & cenſura tenetur acta cauſæ, in caſu appellationis tranſmittere ad Definitorium; alias per Capitulum Generalem grauiſſime puniendus. D.I.n.19 p.72.& num.87. pag.94

7. Quas pœnas infligere poſſit, vide verbo, *Pœna.*

S. Greg.

S.Greg.Magnus.
1. Angliæ fuit Apoſtolus. p.4 q.1.ſect.4.n.38. p.212
Greg.XIII.& XV.
1. Gregorius XIII. Conſtitutionem Pij V. *Ad Exequendum*, non reuocauit. dec. 17.num.8. pag.158
2. Conſtitutio Gregorij XV. *Inſcrutabili*, nullam in Hiſpaniarum Regnis vim habet. p.1. q.2. diuiſ.1. n.7. p.8. verſ.*Neque etiam.*

H

Hierarchia.

1. IN Prælatis cuiuſlibet Ordinis Regularis datur. D P. n.11. p.7. & n.29. & 30 pag. 14. cum ſeq. & n.74.p.34
Homo.
1. Magis communicatiuus eſt alteri, quam quodcũque aliud animal gregale. D. P. n. 126. p.57
2. Societas homini emolumentum affert. ibid.
3. Naturale eſt homini in multorum viuere ſocietate. ibid.
Hora Canonica.
1. Non debentur, ex obligatione, horæ in Choro perſolui, in Conuentu in quo ad minus quatuor ad Chorum deputati Religioſi non ſint. D.P. num.4. pag.4
2. Regularis deſeruiens Eccleſiæ Cœnobio, quo ad menſam vnitæ, tenetur horas iuxta ſui Ordinis perſoluere ritum; iuxta Eccleſiæ vero ritum, ſi pleno iure illa Epiſcopo ſubiaceat.part.1.q.2. diuiſ.1. num.13. pag.13
Hyrachenſe Cœnobium.
Plura vide V. *Arbeiza. Arizala. Biloria. Lete. Luguin Mendauia. Oteyza. Stella. Vgar. Vrbiola. & Zubielqui.*

I

Ignorantia.

1. CVlpabilis ignorantia aliquando à cenſuræ incurſione liberat. p.4.q.1. ſect.4. n.11 pag.202
2. Ignorantia culpabilis legum, aut præceptorum humanorum, dummodo affectata non ſit, non ſolum à cenſura, ſed à mortali excuſat culpa. ibidem.
Immemorabilis.
1. Ad probandam immemorabilem, teſtes debent tempore motæ litis 54. annos habere ætatis.dec.18.n.8. p.161
2. Debent deponere de 40. annis ante motam litem: & quod initij non adſit memoria: nec viderint, aut audierint contrarium. deciſ.19. n.3. & 4. p.163.& dec.20.n.3. p.167
3. Solus rumor contrarius improbabilem immemorabilem

lem reddit. dec.19. n.4. p.163. dec.20.n.7. p.168
4. Improbabilis eſt dum de certo initio conſtat.dec.18.n.6. p.160.& dec.20.n.6. p.168
5. Immemorabilis probatur, probata poſſeſſione centum annorum, vbi de initio contrario non conſtat. p.4. q.1.ſect.4. n.5. p.199
6. Non cenſetur ſublata immemorabilis per Conſtitutionem Apoſtolicam non facientem de ea mentionem. dec.18. n.4. p.159
7. Nec tollitur in aliquibus per Concilium Tridentinum; p.3.q.14. num.16. & 17. p.146. & ſeq.

Impetratio.

1. Impetrari nequeunt vnita, quia numquam proprie vacant. p.4.q.1. ſect.1.n.4. p.164
2. Neque Prioratus noſtræ Benedictinæ Congregationis, quamuis vere vacent per mortem, & amotionem Priorum, impetrari poſſunt, quia id cautum eſt per Conſtitut. Apoſtolicas.p.3. q.12.n.14. p.133

Impugnatio.

1. Nemo factum poteſt impugnare ſuum. deciſ. 27. n. 12. pag.187

Incompatibilitas.

1. Locum in vnitis non habet. p.2.q.6.n.11. & 12.p.87.p.4 q.1. ſect.3. concl.1. num. 20.p.181. dec.32.n.1.& 2. p.200
2. Neque in temporalibus.deciſ.32.n.1. & ſeqq. p.200

Inhibitio.

1. Iudex ad quem non poteſt inhibere Iudici à quo, ne in cauſa principali procedat, quo vſque ipſi per inſpectionem conſtiterit actorum, cauſam totaliter ad ſe fuiſſe delatam. D.I.n.90. p.95
2. Inhibitio canonica illa ſolum eſt, quæ fit à Iudice ad quem legitimo, & competente, præuia cauſæ cognitione, actis illius viſis, & citata parte. D. I. num.93. p.97
3. Inhibitionis anima iuriſdictio eſt. Vnde ſpernenda, quæ non fuerit à legitimo iudice. ibid.
4. Præcipuus inhibitionis effectus eſt ſuſpenſio executionis ſententiæ. ibid.

Inſtitutio.

1. Propriè, & impropriè ſumitur, ſeu ſtrictè, & latè. p.1. q.3.§.1.n.16. p.50
2. Inſtitutio propria, eſt collatiua tituli, & dicitur, ***Donatio vacantis Beneficij, non libera ſed coacta ad præſentationem Patroni.*** ibid. n. 7. p.46. Seu ***eſt receptio neceſſaria ad beneficium perpetuo poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus, media tituli conceſſione.*** ibid. n.15. p.50
3. Qui inſtituendi habet facultatem, inſtitutione propria,

non habet à iure præfixum ad inſtituendum tempus. p.1.q.3. §.2. n.8. p.53
4. De iure pertinet ad Epiſcopum inſtitutio propria in tota Diœceſi ſua. p.1.q.3.§.1.n.9. p 46
5. De facto etiam ad alios ſpectat. ibid. n.11. p.47
6. Inſtitutio propria matrimonium denotat perpetuum ſpirituale. p.4. q.1. ſect.4. n.18. p.205
7. Inſtitutio propria, & deſtitutio illius ſunt, cuius eſt res poſſeſſa. p.4.q.1.ſect.3.num.25. p.191
8. Inſtitutio, quæ certo generi perſonarum fieri debet, Patrimonialibus, v. g. aut filiis talis familiæ, ſi duo, vel plures præſententur, & Superior, quem mauult eligit, non eſt inſtitutio propria, ſed impropria, ſcilicet collatio libera. p.1. q.3. §.4.n.3.p.55.p.4 q.1.ſect.1.n.11. p.167
9. Inſtitutio propriè ſumpta, & deſtitutio quoad ſpiritualia, & temporalia in Eccleſiis vnitis ad menſam, non ad Epiſcopum, ſed ad eos, quibus vnitæ ſunt pertinent. p.1.q.3.§.1.n.12. p.48.p.4 q.1. ſect.4. n.16.& 18. p.204.& ſeq.
10. In Eccleſiis vero vnitis quoad ſolum titulum, adminiſtrationem, & temporalia, inſtitutio propria, & deſtitutio ad Epiſcopum pertinent. p. 2. q.2.n.14.& 15. p.65
11. Inſtitutio impropria eſt multiplex. Primo pro collatione ſumitur libera. p.1.q.3. §.4. n.3.& 4. p.55.& ſeq.
12. Secundo ſumitur pro confirmatione electionis. Tertio pro conceſſione tituli poſt electionem. Quarto pro deſtinatione quoad ſolum exercitium curæ. Quinto pro admiſſione neceſſaria, ſeu pro approbatione præſentati per Patronum ad Beneficium, præcedente tituli conceſſionem. p.1. q.3.§.1.n.15.& 16. p.50
13. Sexto accipitur pro conceſſione Commiſſionis, licentiæ, aut poteſtatis ad exercendam curam, quæ *inſtitutio authorizabilis* dicitur. ibid.n.16
14. Septimo ſumitur pro immiſſione in Beneficij poſſeſſionem: quæ *inſtitutio realis* dicitur. ibid n.16
15. *Inſtitutio authorizabilis, eſt conceſſio licentiæ & Commiſſionis, aut poteſtatis ad curam animarum exercendam.* p.1. q.3. §.1. n.8. & 12. verſ. *Prædictam.* p 46
16. Inſtitutio realis, *actualis* etiam dicitur, quia eſt immiſſio realis, & actualis in poſſeſſionem beneficij, ibid. num.9. pag.47
17. Inſtitutio *authorizabilis*, in omnibus Eccleſiis Diœceſis, ad

ad Epiſcopum de iure pertinet. ibid. n.9

18. Poteſt præſcribi iſta inſtitutio ab aliis Prælatis pro Eccleſiis ad menſam vnitis. p.1. q.2. diuiſ.2. n.26. p.39. & q.3. §.1.n.12.& 13. p.48.& ſeq.

19. Inſtitutio *actualis*, & *realis*, de iure pertinet ad Archidiaconum. p.1.q.3.§.1. num.10. p.47

20. De facto vero pertinet ad Prælatos, & Prælatas ad quos pertinet inſtitutio propria. ibid. n.11. Immo ad ſæculares de facto pertinet. ib.n.14. p.49.& p.4.q.9.n.10. p.290

21. In Eccleſiis ad menſam Cœnobiorum vnitis, non inſtituit Epiſcopus inſtitutione,quę dat titulum, ſed inſtitutione authorizabili. p.1. q.2. diuiſ.2. n.25.p.39.p.2.q.2. num.14.p.65. dec.13.n.7.p.150.& dec.21.n.2. p.172

Inſtrumentum.

1. Sumptum de ſumpto fidem non facit. dec.3. num.19. p.116

2. Facit fidem ex obſeruantia contentorum in tali ſumpto, & ex adminiculis. ibid. n.20. Etiam ſi de validitate primi ſumpti non conſtet. dec.23. n.9. p.180

3. Inſtrumenta non extracta ſeruatis ſeruandis, non poſſunt à producente illa impugnari, quia nemo poteſt ſuum impugnare factum. dec.27. num.11. p.187

Interdictum.

1. Interdicta Ciuitate, aut Eccleſia,interdicta manent ſuburbia, Capellæ, & cœmeteria contigua. D.P. n.48. p.24

Interpretatio.

1. Facta iuxta ius commune fauorabilis eſt; odioſa ſi contra illud. dec.11.n.2. p.172

Iudex.

1. In eo quod poteſt tenetur Iudex obuiare malitiis litigantiũ. D.I. n.19. p.72. & n.94.p.97

2. Iudex Regularis ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & apicibus iuris non ſeruatis procedere debet.D.I.n.23.p.75.Et quid per has voces intelligatur. D.I. vide à n.47. vſque ad 73. à p.83. ad 89

3. Omnis Iudex poteſtatem coërcitiuam habet, & non ſolum directiuam.D.I. n.45.p.83. Alias eius executio, immo & iuriſdictio, ipſa eluſoria redderetur. D.I. n.97. 98.99. p.99. & ſeq.

4. Omnia quilibet poteſt Iudex, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinent, & ſine quibus cauſa expediri non poteſt. ibid.

Iuriſdictio.

1. Alia eſt dominatiua,& alia politica.& in quo vtraque conſiſtat,oſtenditur.D.P.num 112. & 113. p.51

2. Politica alia eſt directiua, & alia coërcitiua. Quæ diſtinctio habet locum in politica Eccleſiaſtica, ſicut in ciuili. ib. n.125.126. & 127. p 56.& ſeq.
3. Iuriſdictio directiua inutilis eſt ſine coërcitiua. ib n. 125. & 127
4. Iuriſdictio conſuetudine acquiritur, & præſcriptione. p.1.q.2.diuiſ.1.n.49.p.26.& p.2. q.3.n.22. p.78
5. Quaſi Epiſcopalis cum territorio ſeparato inpræſcriptibilis eſt per inferiorem Epiſcopo. dec.6.n.4. p.129
6. Iuriſdictionem ſuam poteſt quilibet defendere pœnali iudicio. D.P. n.138. p.61
7. Nemo à non ſuo iudice poteſt licitè, aut validè iudicari. p.3.q.2.n.3.& 4. p.99.& ſeq.
8. Iuriſdictio Superioris ab inferiori non dependet nec ab eo limitari valet. ibid.n.13. p.102
9. Iuriſdictio voluntaria extra territorium exerceri poteſt. ib. n.7. p.100
10. Qui iuriſdictionem ad ligandum habet, habet illam ad abſoluendum. D.P. n 139. & ſeqq duobus. p.61.& ſeq.
11. Qui extra neceſſitatem, & periculum abſoluere poteſt, poteſt & ligare. ibid. num.140. pag.62
12. Inferior in Superiorem iuriſdictionem exercere non poteſt, niſi Superior ſe minoris ſubdat arbitrio. ibid.n.140.
13. Iuriſdictio non tollitur Ordinario quando alicui alteri conceditur: iſti enim non priuatiue, ſed cumulatiue confertur. p.1.q.2. diuiſ.1. n.9.p.10. & dec.30.n.1. p.197
14. Si contraria Ordinarius, & delegatus præcipiant, cui ſit obediendum oſtenditur. dec. 30.n.2. p.197
15. Iuriſdictionis collatio, actus eſt voluntatis. part.1. q.2. diuiſ.2.n.28. p.39
16. Iuriſdictio Epiſcopalis eſt extra curam animarum, ſumptâ curâ propriè. p.2. q 2. n.12. pag.64
17. Poteſtatem, & iuriſdictionem fori interni, aut externi, Iudicis, aut Prælati inferioris, non valet licite Superior, niſi ex cauſa legitima, impedire, aut limitare. D.P.n.35. p.34
18. Sed an limitatio illicite facta teneat, controuertitur. ibid.n.77. p.35
19. Illicite impeditus, aut limitatus, ſi ſine ſcandalo id valeat, poteſt impedienti, aut limitanti reſiſtere. ibid.n.77.
20. Illicite impediens, aut limitans poteſt tempore Viſitationis de ea re conueniri, & puniri. ibid.n.78. p.36
21. Superior Prælatus, aut Iudex eximere nequit vllum ab obedientia & iuriſdictione inferioris iudicis, vel Prælati. ibid.

ibid.n.79 & 80. p.36. & ſeq.

22. Neque poteſt auferre ab inferiori Prælato, aut iudice iuriſdictionem procedendi contra ſubditum ſuum, intra limites ſuæ iuriſdictionis, niſi ad id expreſſe Papa ei facultatem conceſſerit. ibid & n.82. p.38

23. Nec valet diſpenſare in pœnis ab inferiori Prælato ſubdito ſuo impoſitis. ibid. n.87. & ſeqq. tribus. p.40. & ſeq.

24. Fallit, in gradu appellationis iuridice proſecutæ: & in caſu, quo inferior Prælatus vita, aut officio functus iam ſit. ibid. n.9. p 41

25. Rector, & Parochus principalis iuriſdictionem habet ſpiritualem ſuper Vicarium etiam perpetuum. p 3.q.10.n.2. p. 127. p.4. q.1. ſect. 3. concl.2. n.23. & 25. pag.190. & ſeq. q.7. ſect.2. concl.1. n.13 pag.273. & q.8. ſect.2. concl.2. n.13. p.281

26. Regulares exempti, ſuppoſita Epiſcopi approbatione à Papa habent ad Confeſſiones iuriſdictionem. p.1. q.2. diuiſ.2. n.29. p.40

27. Prælati Regulares, quorum Conuentibus annexæ ſunt ad menſam Parochiales Eccleſiæ, approbationem, & licentiam ad Sacramenta in illis miniſtranda habent à Papa, ac inſtitutionem. p.1. q.2. diuiſ.1. n.39. & 40. p.22. & ſeq.

28. Prælati omnes Regulares habent erga ſuos ſubditos Regulares poteſtatem, & iuriſdictionem dominatiuam, ſimul ac politicam. D.P.n.112. & 113. pag.51

29. Politicam, quam habent eſt quaſi Epiſcopalis. ibid. n.113. cum tribus ſeqq.

30. Eſt illis ordinaria, & poſſunt eam delegare. ibid. n 122. pag.55

31. Habent iuriſdictionem ad abſoluendos ſubditos, ad diſpenſandumque cum eis in omnibus in quibus poſſunt Epiſcopi vigore Tridentini. p.1. q.2. diuiſ.1 n.15. p.14. & D.P.n.143. & ſeqq. p.63

32. In omnibus, niſi expreſſe illis limitetur, tantam habent poteſtatem, & iuriſdictionem in ſuos ſubditos Religioſos, quantam Epiſcopus in ſuos, & Papa in vniuerſos habet Fideles. D. P. n. 117. cum tribus ſeqq. p.53

33. Habent iuriſdictionem nō ſolum directiuam, ſed etiam coercitiuam, qua poſſunt, & tenentur ex iuſtitia pœnis corporalibus, & ſpiritualibus ſubditos delinquentes punire. ibidem, n 104. p.47. num.112. 113. p.51. num.123. pag 55. & n.127. pag.57.

34. Tantam habent iuriſdictionem electi à Diffinitoribus, aut Conſiliariis, immo, & inſtituti à maiori Superiore, ac ſi à

tota communitate fuiſſent, in forma à iure præſcripta, electi. ibid n.115. p.53
35. Prælati ad tempus, tantam habent iuriſdictionem, ac ſi perpetui eſſent. ibid. n.116.
36. Iuriſdictio Prælatorũ Regularium exemptorum deriuatur à Deo mediante Papa, & Religione, cui ab eo fuit conceſſa. ibid. n.121. p.54.
37. Tantam habent iuriſdictionem, Priores Conuentuales, etiam Prioratuum annexorum, & Præſidens cuiuſlibet Cœnobij, niſi in expreſſe limitatis, quantam habet Abbas. ibid. n.92. & 4. ſeqq. p.42. & ſeq. & n.101. p.45
38. Priores præfati iuriſdictionem nomine exercent proprio. ibid. n.131. Præſidentes vero, nomine Domini Abbatis, aut alterius Superioris localis, cuius vicem gerunt. ibid. n.22. p.12 103. & 105. p.46. & ſeq.
39. Quando conceditur iuriſdictio aſſignata aliqua forma, aut ſub aliquibus conditionibus, ſi iſtæ aut illa, etiam in minimo, non ſeruantur, nulliter iuriſdictio exercetur. D.I. num 83. p.93
40. Quando cum modificationibus, & conditionibus conceditur, conceditur forma data. ibid.
41. Iuriſdictionem ſuæ dignitatis tenentur omnes defendere, & cuſtodire, ex iuſtitiæ debito. D.I.n.95. & ſeq. p.98. & ſeq.
42. Iuriſdictio altioris ordinis eſt, & nullo poteſt pretio comparari. ibid.
43. Iuriſdictio, & poteſtas directiua ſine coercitiua inutilis eſt. D.I.n.45. p.83. n.98. p.100
44. Omnino neceſſaria eſt coercitiua ad finem iudicis, & Prælati fœliciter conſequendum. D.I. n.45. p.83
45. Omnia de iure cenſentur conceſſa, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur. ibid.
46. Iuriſdictionem, aut poteſtatem non habet inferior in Superiorem, neque filius in Patrem, ſed è contra. D.I. num.94. pag.97

Ius.

1. Quiſquis Eccleſiæ ſuæ ius detrahit, iniuſtitiam facit. D.I. num 95. p.98

Iuſpatronatus.

1. *Eſt poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium Eccleſiaſticum vacans.* p.1.q.3.§.1.n.1. pag.44
2. Aliud eſt actiuum, & aliud paſſiuum. p.1. q.2. diuiſ.1. n.44. pag.24
3. Aliud eſt Eccleſiaſticum; aliud laicale; & aliud mixtum ex vtroque. p.1.q.3.§.1. num.2. & ſeqq. p.44
4. Eccleſiaſticum ſub regula cadit reſeruatoria. dec. 29. n.8. pag.193

5. Patroni Eccleſiaſtici poſſunt viſitare Eccleſias, quarum ſunt Patroni, & procurationem accipere. p.4.q.1 ſect.3. concl.2. num.25. p.191

6. Patronus Eccleſiaſticus duos, aut tres nominat in menſibus non reſeruatis Papæ, quos Superior examinat, & ex approbatis eligit, quem vult Patronus. In reſeruatis, nec nominat, nec eligit, ſed Epiſcopus. p.1.q.3. §.1.n.18. p.51

7. Patronus laicus, quem vult præſentat, & Superior approbat, & inſtituit. ibid.

8. Per ſimplicem non vſum præſentandi Patronorum, non acquirit Epiſcopus libertatem aduerſus iuſpatronatus, ſed per actum directe contrarium collationis liberæ. dec.3. num.44. pag.124.

9. Erronea prouiſio tanquam de Iurepatronatus facta, non præiudicat. dec.9.n.6. p.142.& dec.21.n.7. p.174

10. Quod Abbas præſentationes admiſerit, & confeſſus fuerit Vicariam, aut Beneficium eſſe de iurepatronatus laici, non præiudicat ſucceſſoribus, aut Conuentui, ſi ex ſcripturis detegatur erronee proceſſiſſe. p 4. q.3. ſect.2. concl.2. num.14. p.240

11. Iuſpatronatus non acquiritur in Eccleſiis ad menſam vnitis Monaſteriis, niſi ex priuilegio Apoſtolico. part.4. q.1. ſect.1. n.12. p.167. dec.19. n.5. p.164.& dec.20.n.14. p.171

12. Cenſus debetur Monaſterio ex redditibus Eccleſiæ, quæ eſt de iurepatronatus illius. p.1.q.2. diuiſ.1.n.44. p.24.& p.4.q.1 .ſect.4.n.24. p.207

Ius plenum.

1. Aliud eſt abſolutum, & ſimpliciter, quod ſcilicet iuriſdictionem contentioſam habet. p.1. q.2. diuiſ.1.n.19. & 21. p.16.& ſeq.& n.46.p.25.& p.2. q.2.n.12. p.64

2. Aliud eſt ſecundum quid, quoad ſpiritualia, & temporalia cum iuriſdictione ſpirituali in foro tantum Sacramentali, & Pœnitentiæ. p.1. q.2.diuiſ.1. n.47.p.25.& p.2. q.2.n.12.p.64. p.4.q.1.ſect.3.concl.2.n.5.p.185. & dec.2.n.1. p.109

3. Ius plenum ſecundum quid habet in Eccleſia, qui illam ad menſam habet vnitam. p.1. q.2. diuiſ.1. n.28.p.19. & n.47.p.25. & p.4.q.1.ſect.4.n.16. p.204

4. Ius plenum ſecundum quid etiam dicitur habere, qui Eccleſiam ſibi ſubiectam habet quoad adminiſtrationem temporalium, licet illa in proprios vſus cõuertere nequeat. Quod nimis latum eſt, neque iuriſdictionem in Sacramentali foro includit. p.1. q.2. diuiſ. 1. n.28. pag.19. & part.2. quæſt.2. n.23. pag.68.

5. Pleno iure quoad ſpiritualia, & temporalia pertinent ad Monaſterium Eccleſiæ ipſi à Papa confirmatæ. dec.5.num.1. & 2. p.127.& ſeq.
6. Quod Epiſcopus aliqua temporalia ex Eccleſia recipiat, aut quod illam viſitet, non tollit, quod illa ad alium iure pleno pertineat. p.1.q.2. diuiſ.1.n.47. verſ. *Nota*. p.25
7. Quæ importet clauſula: *Pleno iure?* p.4.q.2.ſect.1.ſub n.2. pag.220

L

Lete.

1. IVſpatronatus Eccleſiæ de Lete fuit olim vicinorum illius loci, qui illud in Abbatem, & Conuentum Hyrachenſem, per liberam, tranſtulerunt donationem. p.4.q.4.ſect.1.n.1. p.244
2. Epiſcopus Pampilonenſis dictam confirmauit donationem, & dictam Eccleſiam acceſſoriè vniuit & incorporauit ad menſam dicto Abbati, & Conuentui.ibid.n.3.& 6.p.245. & ſeq. & q.9 ſect.1.n.6. p.287
3. Conuentus percipit omnes decimas dictæ Eccleſiæ, quarto excepto pro Archidiacono Menſæ Pampilonenſis. p.4.q.4.ſect.1.n.1.n.6. p.247
4. Pleno iure quoad ſpiritualia pertinet ad Conuentum dicta Eccleſia. ibid.& ſect.3.concluſ.2.n 3. p.249
5. Eccleſia iſta Regularis eſt. ibid. concl.2.n.11. p.251
6. Abbas, & Præſidens Cœnobij nomine proprio, & Conuentus ſui, ſunt veri,& proprij huius Eccleſiæ Rectores, & Parochi habitu, & actu. ibid. n.5. & ſeqq. p.249
7. Illam viſitant. ibid. ſect.1. n.4. p.246
8. Miſſam populare celebrant, & proceſſiones faciunt. ibid n.5. p.247
9. Omnia Sacramenta miniſtrare poſſunt, & Parochialia exercere. ib. concl.3.n.1.p.251
10. Vicarium deputant, & deponunt ad libitum. ib.ſect.1. n.4.p.246. & ſect.2.concl.2.n.6. p.250
11. Salarium pro congrua illi ſoluunt.ibid.ſect.1.n.6. p.247
12. Non inſtituitur per concurſum. ibid.ſect.2.concl.1.n.5. pag.248
13. Non habet beneficium curatum, & Parochiale. ib.n.3.
14. Neque curam animarum ſed eius exercitium. ibid.n.1.

Lex.

1. Clara eſſe debet.D.P.n.43. pag.21
2. Non tenemur ſtare interpretationi legis extra legem per legiſlatorem factæ, ſi aliter quam illius verba ſonant ab eo interpretetur.ibid.n.44.pag.22. &

& n. 52. p. 25. Secus ſi promulget declarationem cum intentione obligandi. ibid. num. 45. pag. 22

3. Declaratio legis in ipſa non imbiuita nunquam obligat ibid n. 44.

4. Lex correctiua iuris, ſecundum propriam verborum acceptionem, intelligi debet ſecundum non ita propriam, vt iuris vitetur correctio. ibidem num. 46.

5. Quando in rigore, & proprietate verborum intellecta lex, iniquitas ſequitur, vel abſurdum, intelligi debet ſecundum ſenſum non ita proprium. ibid. n. 47.

6. Lex iuſta, & rationabilis debet eſſe. ibid.

7. Si ex proprietate verborum reddatur lex inutilis, ad ſenſum non ita proprium eſt recurrendum. ibidem num. 48. pag. 24

8. Lex quæ primario aliquibus prodeſt quamuis aliis ſecundario noceat, fauorabilis eſt. Vnde quæ primario publicam reſpicit vtilitatem fauorabilis eſt. ibid. n. 50.

9. Econtra odioſa lex eſt, pœnalis, ſeu præceptiua, quæ primario pœnam, aut præceptum continet, etiam ſi ſecundario aliis proſit. ibid.

10. Lex pœnalis, præceptiua, & odioſa, ſecundum naturalem verborum ſignificationem interpretanda eſt; fauorabilis vero, iuxta ciuilem. ibid.

11. Lex dubia, quæ ſcilicet non deprehendatur an fauorabilis, an vero odioſa ſit, ex legiſlatoris fine debet cognoſci. ibid.

12. Lex noua ſecundum priorem interpretari debet, etiam ſi prior abrogata ſit, niſi per eandemmet nouam prior abrogetur. ibid. n. 51. p. 25

13. Lex inferioris poteſtatis ſecundum ſui Superioris legem, maxime in corpore iuris inſertam, interpretari debet. ibid. n. 52

14. Lex inferioris poteſtatis iuri cõmuni derogare nequit, neque aliquid contrarium, licite, nec valide quidem diſponere. ibid. n 54. p. 26. & num. 85. cum tribus ſequentibus. p. 38

15. Nulla lex, aut Conſtitutio facta contra id quod iure communi ſtatutum eſt, tenet, niſi præcedat expreſſa facultas Sedis Apoſtolicæ, cum clauſula: *Non obſtante Conſtitutione in Concilio Generali edita*; aut ſaltem ſimilis confirmatio ſubſequatur ibid. n. 58. p. 27. & n. 83. 84. 85. & 86. p. 38 & ſeq.

16. Leges, & Conſtitutiones, ſupra id quod habetur in Regula, fieri non poſſunt. ib n. 65. p. 29. quia poteſtas legiſlatiua Religionibus conceſſa eſt ſolum

lum pro obſeruantia Regulæ. ibid.

17. Quodlibet legis verbum aliquid operari debet. ib. n.53. p 26

18. Quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. ibid.n 57. p 27

19. Cui verba legis non conueniunt, nec ipſa lex conuenit. p.1.q.2.diu.1.n.17.p.15. E contra cui conuenit lex, conueniunt verba legis. ibid.num.23. p.17. & D.P.n.16

20. Legis intelligentia ex proœmio eius, &c. eſt capienda. D.P. n.16. cum 3. ſeqq. p.9. & ſeq. & n.43. p.21

21. In vim legis emanauit Conſtitutio Pij V. *Ad exequendum.* dec.2 n.5.p.110.& dec.21. num.3. p.173

22. Ceſſante cauſa in lege expreſſa, ceſſat lex. p.3.q.17. n.11. p 154

23. Lex, ſaltem odioſa, in propria, & rigoroſa ſignificatione verborum intelligenda eſt. D.I. n.41. p.82

Limitatio.

1. Superioris ordinis hierarchici poteſtatem, & iuriſdictionem Superioris, ſibi inferioris, ex iuſta cauſa, limitare poteſt. D.P.n.29.p.14. & n.73. & 74. p.33. & ſeq. Secus dicta iuſta non interueniente cauſa. ibid. n.75. cum tribus ſeqq. p.34. & ſeqq.

Locatio.

1. Antiquæ locationes probant etiam ſine effectuatione. dec.23.n.6. p.180

Luquin.

1. Parochialis Eccleſia de Luquiu eſt Regularis. p.4. q.2. ſect.2. concl.2.n.11. p.232

2. Abbati, & Conuentui Hyrachenſis Cœnobij fuit, & eſt acceſſorie ad menſam vnita. ibid.ſect.1.n.1.2.3.p.219.& ſeq. & n.11.p.223. & ſect 2.concl.1. n.3.p.228.& q.9.ſect.1. num.6. pag.287

3. Non habet hæc Eccleſia curam animarum. p.4.q.2. ſect. 2.concl.1.n.9. p.228

4. Non eſt deuolutioni ſubiecta.ibid n.10. p.229

5. Abbas, & Conuentus fructus percipiunt decimales & tertiam oblationum partem. ibid.ſect.1.n.11. p.223. & n.20. pag.226

6. Abbas, & Præſidens nomine proprio, & ſui Conuentus, ſunt veri, & proprij Parochi dictæ Eccleſiæ.ibid. ſect.2. concluſ.1.n.1 & ſeq. p.230

7. Illam viſitant in ſpiritualibus, & temporalibus.ibid.ſect.1. n.11.cum 5.ſeqq. p.224.& ſeq. & n.20.p.226

8. Oeconomos, & Sacriſtam nominauerunt. ibid.n.13.& 15. p.224.& ſeq.

9. Procurationem ob Viſitationes receperunt. ibid. n. 5. 9. p.222.

p.222.& ſeq. & n.18. p.225
10. Miſſam Parochialem, & alios Parochiales exercuerunt actus.ibid.n.14.p.224.Et omnes illos exercere poſſunt. ibidem ſect.2 concl.3.n.1. p.232
11. Deputant Vicarium, cui ſalarium pro congrua ſoluunt ex horreo communi.ibid.ſect.1. n.6 & 7.p.222.& ſect.2.concl.1. num.6. p.228
12. Vicarius cogere intendit Abbatem, vt ſibi congruam augeret.ibid.ſect.1.n.11. p.223
13. Præſentant Vicarium Parochiani Abbati, & Præſidenti, non de iure, ſeu ex vi coactiua, ſed de facto, & ex honorantia. ibid.ſect.2.concl.1.n.6. p.228
14. Sine concurſu deputatur Vicarius.ibid.n.4.
15. Eſt ad nutum amouibilis. ibid.n.1.p.227.& n.14.p.230. & annualis.ibid. ſect.1.n.9.p.223. & ſect.2 concl.1.n.12. p.229
16. Non eſt Parochus, nec habet curam, ſed ſolum eius exercitium, nomine Conuentus. ibid. concl.1. num.1. & 11. p.227.& ſeqq.
17. Non vacat cura per Vicarij remotionem, aut mortem. ibid.n.8. p.228
18. Quatuor Portionarios deputabant Abbas, & Præſidens. ibid.ſect.1.n.4. p.221
19. Præfatis Portionariis donauit Abbas cum Conuentu pro congrua ſuſtentatione dimidiam partem prædiorum, & decimarum, & duas partes oblationum.ibid.n.5. p.222
20. Hanc Eccleſiam, & eius bona tanquam propria locant Abbas, & Conuentus.ibid.n.9. pag.223
21. Nullus Epiſcopus, aut eius miniſter illam viſitauit vſque ad annum 1543.ibid.ſect.1.n 18. & 7.ſeqq.p.225. & ſeqq.

M

Manutentio.

1. AD manutentionem vltimus ſtatus de tempore motæ litis eſt attendendus dec.31.n.3. p.198
2. Manutenibilis non eſt poſſeſſio recentior, quia clandeſtina præſumitur. deciſ.10. n.1. pag.142
3. Ex ſola iuris aſſiſtentia turbida, non datur manutentio. dec 26.n.4. p.184
4. Iuris reſiſtentia niſi vehemens ſit, & ineuitabilis, manutentionem non impedit.dec.3. num.6. p.112
5. Ad manutenendum Moniales in quaſi poſſeſſione nominandi Vicarium, ſufficit probare ex ſola poſſeſſione, dominium Eccleſiæ Monaſterij deciſ.3.n.4. p.111

Mare Magnum.

1. Sixtus IV. conceſſit Mare Magnum Ordini Dominicano,

quod Vrbanus confirmauit VIII.p.1.q.2.diuiſ.1.n.7.verſ.*Hæc ſententia.* p.8

Matrimonium.

1. Vt validum ſit, authorizari debet à Papa, ab Epiſcopo, à Parocho contrahentium, vel ab alio de eorum licentia. p.3. q.6.n.1.cum ſeqq. p.115.& ſeq.

2. Parochus proprius nondum Sacerdos, immo ſola prima initiatus tonſura, valide ſuorum Matrimonia authorizat; ſecus, qui proprius Parochus non ſit, etiam de illius, aut Epiſcopi licentia. ibid. n 7. pag.117

3. Mortaliter peccat Parochus ſuos coniungens contra Epiſcopi prohibitionem ex legitima factam cauſa; Matrimonium tamen validum erit. Ibid.n.5.& 6. p.116

4. Peccat mort. qui ſine Papæ Epiſcopi, aut Parochi contrahentium licẽtia authorizat Matrimonium, in propria, aut aliena Parochia. ibid n.1. pag.115. Et ſuſpenſionem incurrit; non vero excommunicationem, etiam ſi authorizans Religioſus ſit ibid.n.2.

5. An peccet etiam proprius Parochus ſuos in aliena coniungens Parochia, ſine illius Parochi licentia: & an mortaliter: & an ſit nullum Matrimonium, ſub controuerſia eſt. ibid.n.10 & 11. p.118

6. Matrimonium benedicere non poteſt, qui non eſt Contrahentium Parochus; & ſi alius benedicat, mortaliter peccat, & ſuſpenſionem incurrit. ibid.n.1.& 2. p.115

7. Peccat & Parochus extra ſuam Parochiam, aut in ea contra Epiſcopi prohibitionem, ex cauſa factam, ſuos benedicens. ibid.n.6. p.116

8. Matrimonium celebratum coram Abbate, aut Præſidente Monaſterij, ad cuius menſam vnita eſt Parochialis Eccleſia contrahentium, ratum eſt & legitimum. ibid. n. 13. p.118. & p.4.q.1.ſect.3.concluſ.4.n.1. & ſeqq. p.195. & q 8.n.1.& ſeqq. pag.277

9. Matrimonium Clandeſtinum, ipſo iure eſt nullum. p.3. q.6.n.7. p.117

10. Sententia in cauſa Matrimonij lata, ſi errorem continet circa eius validitatem, nunquam in iudicatum tranſit, quia in ea agitur de iure irremiſſibili per partes litigantes. Vnde quandocumque reuocari poteſt.p.4.q.7.ſect.2.concl.3.n.3. in fine. p.276

Alia vide Verbo *Curatus*.

Medicus.

1. Medico mors ægroti quem curare neglexit, adſcribitur.p.3. q.14.n.7. p.141

Mendauia.

1. Iuſpatronatus Eccleſiæ Parochialis

rochialis S. Ioannis de Mendauia fuit donatum à Parochianis Domino Carolo III. Nauarræ Regi. p 4.quæſt.1. ſect.1 num.1. p 162. eodem Rege Abbati, & Conuentui Hyrachenſis Cœnobii. ibid. n 2. p.163

2. Dictus Rex à Summo Pontifice, vt dictam Eccleſiam præfato vniret Conuentui, petiit. ibid.

3. Ordinarius acceſſoriè vniuit ad mẽſam Abbatis, & Conuentus dictam Eccleſiam, & incorporauit cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis in perpetuum. ibid. n.4. p.164. & ſect.3. concluſ.2 num.4. p.185. & n.20. & 23. p. 189. & ſeq. & q.9.ſect.1. n.6. p.287

4. Prædictam vnionem per Ordinarium factam, confirmauit Benedictus Papa XIII p 4. q.1 ſect 1.n.5.&6. p.165

5. Conuentus Hyrachenſis percipit fructus decimales Parocho dictæ Eccleſiæ debitos, & dimidum tertiarum abſentium beneficiatorum. ibid. n.7. & 9. p.166.& ſeq.

6. Conferunt Abbas, & Præſidens tanquam Patroni, & Parochi omnia beneficia S.Ioannis de Mendauia. ibid.num.10. p.167. ſect.3. concl.2. n.13. 14. pagin. 187. & ſeqq. & num.21. p.190

7. Eccleſia dicta, & illius Vicaria, & Beneficia de iure patronatus laici non ſunt. n. 14. citato. p.188

8. Præſentatio Vicarij, & Beneficiariorum per vicinos facta Abbati, & Præſidenti, non inducit iuſpatronatus, cum non ſit coactiua, ſed liberos relinquat Abbatem, & Præſidentem, vt libere, quibus maluerint, Vicariam, & Beneficia concedant. p.1. q.3.§ 4 num.3. p.55.p.4 q.1. ſect.1. n.11 & 12. p. 167. & ſect.3. concl. 2. n.14. p.188

9. Poſſunt Abbas, & Præſidens ſpretis præſentationibus vicinorum, Vicariam, & Beneficia perſonis ſibi bene viſis concedere. p.4.q.1.ſect.3. concluſ.2.n.14. p 188

10. Nominant & deputant Abbas, & Præſidens Vicarium, qui cum ſola approbatione, & commiſſione Ordinarij, curam exercet. ibid. ſect 1. n.1. p.159. & ſect.2. concl.1.n.8 p.171

11. Salarium illi ſoluit Cœnobium. ibid.ſect.1.n.13. p.168

12. Vicarius annualis eſt. ib. ſect.2. concl.1. num 7 p.177.& ſect.3. num.12.pag.179. & non perpetuas. ibid.ſect.4. num.26. p.208.

13. Vicarius prædictus non eſt Parochus, nec habet curam, ſed ſolum exercitium eius.ibid. ſect.3.concluſ.1.n.2. cum ſeqq. p.176. amobiliter quidem ad nutum Abbatis, vel Præſiden-

tis.eod. n.2. p.176. & num.25. p.183
14. Curam nomine Abbatis, Præſidētis,& Conuentus exercet Vicarius.ibid.ſect.3.concl.1. n.23. p.182
15. Per mortem Vicarij dicti cura non vacat. ibid. num.17. p.181
16. Curatus proprius de Mendauia eſt Abbas, ſeu Præſidens nomine proprio ; & ſui Conuentus. ibid. concl. 2. n.1. cum ſeqq. p. 184. non ſolum habitu, ſed & actu ibid. num.31. & 32. p.193
17. Habent Abbas, & Præſidens Beneficium Parochiale de Mēdauia non ſolum quoad fructus , & temporalia , ſed quoad ſpiritualia omnia. ibid. n.15. 17. 18. & 20. p.188.& ſeq. & n.27. p. 192. & ſect.4. n 6. 7. & 8. p. 200. & ſeq. & num.31. p.209
18. In Mendauia non eſt Beneficium Curatum , ſed prædium Cœnobij ibid.ſect.3.concluſ.2.n 27.p.192.& ſect.4. n.7. p.200
19. Dominium Eccleſiæ iſtius in temporalibus , & ſpiritualibus , & iure pleno penes Cœnobium Hyrachenſe reſidet. p.4. q.1. ſect.3. concl.2. num.5. pag.185.& n.26. p.192.& ſect.4. n 6.& 7. p 200
20. Iſta Eccleſia Regularis eſt. ead. ſect.3.concl 1.num.24. p.182.& concl.2. n.29. p.193
21. Actus Parochiales in illa exercet Abbas. ibid. ſect.1 n.14. p. 168. ſect. 3. concl.2. num.21. p.190
22. Poteſt ex officio, & propria authoritate omnes illos exercere , & Sacramenta miniſtrare , matrimonia authorizare, & benedicere. ibid. concluſ.4.n.1.2.& 3.
23. Ab immemorabili dictam viſitauit Eccleſiam. ibid. ſect.1. n 8. & 9. p.166.& ſeq.& ſect.3. concluſ.2. n.21.23.26 p.190.& ſeq.& ſect.4.n.5. p.199
24. Vicaria illius non eſt in perpetuam erecta. ſect.4. n.26. p 208. Et ſi Epiſcopus illam in perpetuam erigeret, poſſet appellare Cœnobium.ibid.cum 3. ſeq. iunctis dictis. pag. 2. q 2. n.13. p.64 & dec.31.n.3. p.198
25. Dom. Epiſcopus Queypo quid ſenſerit & decreuerit circa dictam Eccleſiam. pag.4. q.1.ſect.1. n.3. cum ſeqq. p.161. cum ſeq.

Miſſa.

1. An in propria Parochia Miſſam non audire diebus feſtis ſit illicitum. p 3.q.4.num. 1. & 2. p 109. & ſeq.
2. An teneatur Parochus pro populo illam applicare ? ibid. n.3. cum ſeqq. tribus pag.110. cum ſeq.
Vide verbo. *Epiſcopus*, n 1.2. 17. & 18

Mona

Monachus.

1. Non ſolum conuenit Monacho ſolitudo, & planctus, ſed & doctrina, & prædicatio conueniunt.p.4.q.1.ſect.4.n.35. p.210

2. Monachi capaces ſunt Parochialium Beneficiorum.ibid. n.34. & ſeqq.

3. Benedictini ab ordinariis, legatis, & Nunciis Apoſtolicis exempti ſunt, & immediate Sum. Pontifici ſubiecti. pag.4. q.1.ſect.1.n.4. verſ. *Qui tamen.* p.164

Monaſterium.

1. Si proprie hoc nomen ſumatur, ſignificat vnius tantum Religioſi habitaculum. D. P. n.3. p. 4. Si vero impropriè, & latè plurium Religioſorum habitaculum dicit. ibid.

2. Non datur Monaſterium ſine Eccleſia. dec.3.n.3.p.111. dec.4. n.1.p. 125.& dec.8.n.4. p.136

3. Eccleſia Monaſterij, nomine ipſius Monaſterij venit. dec.3.n.3. p.111.& dec.4.n.1.& ſeqq. p.125

4. Ad ingrediendum in Monaſt. Monialium exemptarum non poteſt Epiſcopus licentiare. p.3.q.17. num. 11. V. *Quia.* pag.154

Moneo.

1. Verbum, *Moneo*, conſilium inducit, non præceptum. D. I. n.38. p.80

Mors.

1. Naturalis mors, eſt ſeparatio animæ à corpore; ciuilis vero, eſt profeſſio in Religione. D.P.n.49. p.24

Motus.

1. Omnia corpora mouentur per primum corpus cœleſte: & iſtud per creaturam rationalem.D.P.n.126. p.57

N

Notorium.

1. NOtorium faciunt probationes teſtium ſicut ſententia, poſt concluſionem ad definitiuam ſaltem; ſi tamen nihil contra eos ſit oppoſitum. D.I.n.34. p.78

O

Obedientia.

1. OBligationi obediendi, poteſtas correſpondet imperandi.D.P.n.136 p.60

Oblatio.

1. Oblationes recipere ius Parochi eſt.part.3.q.8.n.4.& 6. & ſeqq. p.122.& ſeq.

2. Non arguunt neceſſario Parochialitatem. p.3. q.18. n.1. pag.157

3. Poſſunt à Regularibus recipi p.3 q.8.n.7.& 8. p.123

Officium.

1. Beneficium eſt, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem

nem habens,ſine iuriſdictione. p.1.q.2.diuiſ.2.n.1. p.28
2. Officium ſpirituale non eſt, quod Eccleſiaſtica authoritate non eſt inſtitutum, aut confirmatum.p.1.q.1.n.8. p.5

Oraculum.

1. Viuæ vocis oracula per Bullam confirmata, deſinunt eſſe oracula, & ſunt priuilegia Bullata. D.P. n.34. & ſeq.p.17. & ſeq.
2. Oracula Regularibus conceſſa ante Pium V. non ſunt hodie reuocata. ibid. num. 36. pag.18.
3. Quæ oracula reuocauerint vel non, Greg. XV. & Vrbanus VIII. oſtenditur. ibid. num 34. & 38. p.17. & ſeqq.

Ordinarius

1. Ille dicitur Ordinarius, qui ex proprio munere, & proprio nomine aliquid facit. p. 1.q.2. n.19. p.35

Ordo.

1. Ordinis poteſtas in omnibus ordinatis reperitur.p.3.q.1. n.3.& 5. p.97.& ſeq.
2. Sacras veſtes, & paramenta Eccleſiaſtica benedicere, ad Ordinis ſpectat poteſtatem. D. P.n.109. p.48
3. Diſtincta eſt Ordinis poteſtas, à poteſtate iuriſdictionis.p.3.q.1.num.3.& 5.pag.97. & ſeq.

Oteyza.

1. Villam de Oteyza & Eccleſiam Parochialem S.Saluatoris illius, poſſedit, & poſſidet Cœnobium Hyracheнſe ab antiquiſſimo tempore. part.4.q 5. ſect 1.n.9. p.254
2. Rex Nauarræ Sanctius, de Epiſcopi conſenſu, dictam Eccleſiam Cœnobio donauit.ibid. n.14. p.256
3. Donationem præfatam Alexander Papa III. confirmauit.ibid. n.9 pag 254. & in fine operis adeſt Bulla.
4. Dicta Eccleſia ſubiecta eſt, & vnita acceſſorie ad menſam, & pleno iure, quoad ſpiritualia & temporalia Conuentui. ibid. num. 5. 6.8.9. & 10. p.253. & ſeqq. & ſect. 2. concl. 1. n.3. p.257. & concl.2. n.3. p.258. & q.9.ſect.1.n.6. p 287
5. Regularis eſt hæc Eccleſia. p.4. q.5. ſect.2. concl.1. n.11.& concl.2.n.10. p.258 & ſeq.
6. Omnes decimæ, & Primitiæ eius ad Conuentum pertinent Hyrachenſem, præter quartam Epiſcopalem. ibidem ſect.1.n.6 7 & 10. p.253.& ſeq.
7 Vicarium pro exercitio Curæ deputant Abbas, & Præſidens ad præſentationem Parochianorum, non tamen coactiuam ibid n.13. p.256
8. Vicario ſoluit Conuentus ſalarium.ibid.n.10. p.255
9. Vicarius non habet beneficium Parochiale. ibid. ſect.2. concl.1.n.2. p.256

10. Neque habet curam, ſed ſolum eius exercitium.ibid.n.1. & ſeqq.

11. Vicaria non datur per concurſum. ibid. n.4. p.257

12. Non vacat cura, aut Eccleſia per Vicarij mortem. ibid. n.10. p.258

13. Vicaria iſtà eſt temporalis. ibid. n.5. p. 257. & concl.2. n.6. p 259

14. Abbas, & Conuentus habent beneficium Parochiale huius Eccleſiæ. ibid. concluſ.2. n.7.& 8.

15. Sunt veri, & proprij illius Parochi. ibid. n.1. & ſeqq. p.258

16. Illam viſitant. ibid. ſect.1. n.11

17. Miſſam Parochialem, & alia exercent Parochialia. ibid. n.12.

18. Ex proprio officio, & munere, Sacramenta ſuis poſſunt Parochianis miniſtrare: eorum Matrimonia authorizare: & omnia alia iura parochialia exercere. ibid. concl.3. num.1. pag.260

P

Papa.

1. SVpremus hierarchiæ Eccleſiaſticæ Paſtor eſt, ei iure diuino omnes caput inclinant: & ei tanquam ipſi Chriſto obediunt. p.3.q.2.n.10.p.101

2. Nulla eſt collatio per Papam de beneficio non reſeruato facta, tanquam de reſeruato. dec.2. n.3. & ſeqq p.109

3. Eo ipſo quod Papa Regulares ab Epiſcoporum iuriſdictione eximit, eos ſibi immediate ſubiectos reddit. D. P. n.113. p.51

4. Nunquam præiudicium alicui perſonæ per ſuas litteras irrogare intendit Papa. D. I. n.95. p.98

Parochia.

1. Idem eſt quod partitio curæ. dec.1.n.2. p.104

2. Non poteſt niſi de licentia Superioris conſtitui. deciſ. 1. n. 15. Ex temporis curſu illa præſumitur. ibid.

3 Regulares habent à Papa Parochias, quæ non vacant, neque per concurſum obtinentur. p.1.q.2.diuiſ.1.n.6. p.8

4. Parochiæ iura, eadem ſunt, ac iura Parochi. Vide Verbo. *Curatus*, n.1.& 2.

Parochus.

1. Ius plenum Parochi habet, qui poſſidet Eccleſiam pleno iure, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia p.1.q.2.diuiſ 1.n.47. p.25.p.2.q.2.n.12 p.64.p 4.q.1. ſect.3.concl.2. n.5.p.185.& deciſ.2.n.1. p.109

2. Ad Parochum, aſſignare Vicario congruam, ſpectat. deciſ.13.n.5. p.150

3. Parochus, Rector, & Vica-

rius ſæpe vnus pro alio, licet improprie vſurpatur.dec.7.n.4. pag.131

4. Excommunicare poſſunt aliqui Parochi. D.P. num.106. p.47. Et huiuſmodi Parochus vere Prælatus eſt. ibid.

Vide alia plura in verbo *Curatus*.

Pars.

1. Quod maior pars Collegij, Capituli, ſeu communitatis facit, totum Collegium, Capitulum, ſeu Communitas facere videtur. D.P. n.46 p.22. Si tamen omnes res tangat vt Collegio; ſecus ſi vt ſingulis. ibid.n.65. p.29

Patrimonialia.

1. Beneficia Patrimonialia, ea ſunt, quæ ex authoritate Apoſtolica, vel ſtatutis Synodalibus eadem authoritate Apoſtolica confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine, neceſſario conferuntur natis, incolis, vel originariis alicuius patriæ, Ciuitatis, oppidi, vel Parochię p.4.q.1.ſect.3.concl.2. num.14. p.188

Patronus.

1. Ille eſt qui habet iuſpatronatus.p.1.q.3.§.1.n.1. p.44

Alia vide in verbo. *Iuſpatronatus.*

Paulus IV.

1. Conſtitutio Pauli IV. *Poſtquam diuina bonitas*, reuocata eſt per Pium IV. part. 4. quæſt.1.ſect.4. num.45. p.216

Penſio.

2. Non eſt beneficium Penſio.1.p.q.1.n.4. p.4

Permutatio.

1. Beneficiorũ permutatio, eſt reciproca reſignatio, quæ ad inuicem inter permutantes fit legitima Superioris authoritate.p.1.q.3.§.5.n.1. p.56

2. Conditiones ad permutationem neceſſariæ recenſentur.ibid.n.21

Perpetuitas.

1. De ratione Beneficij Eccleſiaſtici tam ſæcularis, quam Regularis eſt perpetuitas. p.1. q.1.n.3.& ſeqq. p.3. & ſeq.

2. Perpetua ſunt Beneficia Regularia, etiam manualia, & quæ pro limitato conferuntur tempore, aptitudine ſcilicet. ibid.n.4.5.& 6.p.4.& ſeq.& p.3. q.12.num.7.cum 5.ſeqq.p.132. & ſeq.

Perſonatus.

1. Eſt beneficium Eccleſiaſticum habens eminentiorem ſedem, & locum, ſine vlla adminiſtratione, aut iuriſdictione in foro externo, aut interno. p.1.q.2. diuiſ.2. n.1.p.28.& q.3.§.2.n.2. p.51

2. Perſonatus Dignitas appellari poteſt, ſed improprie. eod.n.2.

3. Poteſt tamen fieri delegatus ſicut dignitas. D.P. n.70. pag 32

Petitio

Petitorium.

1. In petitorio ius attenditur, & non factum, deciſ. 20. n.11. pag.170
2. Nihil commune habet petitorium cum poſſeſſorio. ibid.
3. Fortiores probationes requiruntur in petitorio, quam in poſſeſſorio. ibid.

Pluralitas.

1. In numero duorum pluralitas ſaluatur. p.4.q.5. ſect.1. n.4. p.252. & D. P. num. 6. 7. & 10. pag. 5

Pœna, Punitio.

1. Pœna eſt menſura culpæ. D.P.n.76. p.35
2. In lege noua impoſita, antiquam tollit. p.3. q.6. n.2. & 3. p.115.& ſeq.
3. Imponi nequit pœna niſi pro culpa, aut pro cauſa legitima. D.P.n.76. p 35
4. Priores, & Superiores annexorum ſicut omnes alij Prælati Regulares ſubditos ſuos pœnis ſpiritualibus, & corporalibus poſſunt punire. D.P. n.137. cum ſeqq.5. p.61
5. Carcerum, verberum, & panis & aquæ pœnas pro trium menſium ſpatio ſubeundas, infligere poſſunt Abbates, & Generales; ſed pro vlteriori tempore ſolum Generalis cum recurſu ad definitorium id valet. D.I. n.16. p.72
6. Alias pœnas poſſunt Abbates pro integro infligere anno, de vnanimi conſilio Seniorum. ibid.

Portio.

1. Pro ſuſtentatione Vicariorum Eccleſiarum Monaſteriis Benedictinis vnitarum, aſſignanda eſt ab eorum Prælatis, priuatiue quoad Epiſcopum. p.3.q.17.n.11. p.154

Poſſeſſio.

1. Alia naturalis, & alia ciuilis. dec.3.n.45. p.125
2. Poſſeſſio naturalis turbatur de facto, ſed non ciuilis. ibid.
3. Poſſeſſio ſolo animo retinetur. ibid.n.32. p.121
4. Non priuat iudex poſſeſſione ſua eum in quem iniuſte procedit. dec.13.n 2. p.202
5. Ex poſſeſſione de præterito, præſumitur continuata poſſeſſio in futurum dum illa non probatur amiſſa. deciſ.3. n.26. p.118.& n.31.33.& 34. p.121
6. Onus probandi dictam amiſſionem aduerſario incumbit. ibid. n.35
7. Non interrumpitur per actus contrarios ignorante poſſeſſore factos. ibid. n.30. p.120. & n.43. p.124
8. Poſſeſſio recentior clandeſtina præſumitur, & non eſt manutenibilis. dec.10.n 1.p 142
9. Poſſeſſio, aut quaſi in incorporalibus non acquiritur ſine ſcientia: & patientia quæ vtraque in factis per errorem deficit. dec.21.n 7. p 174

10. In iudicio poſſeſſorio mera facti inſiſtentia attenditur. dec.20 n.11. p.170
11. Nihil habet commune poſſeſſorium cum petitorio. ib.
12. Leuiores probationes requiruntur in poſſeſſorio, quam in petitorio. ibid.
13. Regula de triennali poſſeſſione, fauet poſſidenti in titulum, non vero poſſidenti in prædium. p.2.q.6.n.20. p.90

Poſtulatio.

1. Eſt ſupplex petitio à Collegio Canonicorum facta ad Superiorem, qua petitur vt aliquis Eccleſiæ vacanti præficiatur, non obſtante aliquo defectu naturali, quem patitur. p.1.q.3. §.3.n.1.& 2. p.53
2. Solus Papa poteſt Poſtulationem admittere, quia ſolus poteſt in defectu diſpenſare. ibid.n.3. p.54
3. Nullum ius Poſtulatus acquirit ante Superioris acceptationem ibid.n.4.
4. Legitime fit Poſtulatio à maiori parte Collegij, etiam ſi alij contradicant. ibid.n.6.
5. Poſſunt Poſtulantes deſiſtere, ante Superioris acceptationem.ibid.n.9.
6. In quibus Poſtulatio, & Electio differant, oſtenditur. ibid.n.8.

Poteſtas.

1. Poteſtas Ordinis, & poteſtas iuriſdictionis diſtinguuntur: prior, in omnibus reperitur ordinatis; ſecunda vero in his ſolum, quibus illam Papa immediate, vel mediate conceſſerit. p.3.q.1.n.3. & 5. p.97. & ſeq.
2. Poteſtas, ſeu virtus vniuerſalis, efficacius agit in id, quod ſubiicitur virtuti particulari, quam ipſa particularis virtus. ibid.q.3.n.8. p 105

Alia require Verbo, *Iuriſdictio.*

Præcedentia.

1. Canonici Cathedralis Eccleſiæ præcedunt Parochis.p.3. q.15.n.5. p 149
2. Parochi ſiue ſæculares, ſiue Regulares inter ſe præcedunt, ſecundum prærogatiuam ſuarum Eccleſiarum, non vero Regulæ.ibid.n.6.
3. Curatus, & Sacriſta Cathedralis, etiam amouibilis quando interuenit Capitulum Cathedralis, præcedit Parocho defuncti.ibid n.7.
4. Parochus, & Rector Eccleſia tanquam caput illius, thurificandus eſt ante loci Dominum.ibid.n.8.
5. Parochus amouibilis Cathedralis in proceſſionibus incedere debet cum Capitulo Cathedralis ſuper Priores, & Parochos alios perpetuos. ibid. num.9.

Prælatus.

1. Vere, & proprie omnis ille eſt,

eſt, qui habet adminiſtrationem cum iuriſdictione ordinaria in foro Sacramentali, & contentioſo. p. 1. q. 3. §. 2. n. 1. p. 51. & D. P. num. 100. & 106. p. 45. & ſeqq.
2. Prælati electio canonica non eſt, niſi vbi duo ſaltem fuerint congregati. D. P. num. 64. pag. 29
3. Prælati Religionum ordine hierarchico præſunt. ibid. n. 11. p. 7. n. 29. & 30. p. 14. & ſeq.
4. Ex hierarchica ſubordinatione prouenit, vt vnus Prælatus tantam non exerceat iuriſdictionem, quantam alij. ibid. n. 29. & 30. p. 14. & ſeq.
5. Prælatus quilibet ius habet in re quoad ſuam iuriſdictionem ordinariam, & ideo ſine culpa, aut ſine cauſa graui illa priuari non debet. ibid. n. 76. pag. 35
6. Prælatus inferior ſi abſque cauſa, aut culpa eius poteſtas à ſuperiore Prælato limitetur, illi licitè reſiſtere valet, ſi ſine ſcandalo poteſt. ibid. 77. & 78. p. 35. & ſeq.
7. Contra Caritatem, & iuſtitiam peccant mortaliter Prælati ſuperiores, qui ſine Culpa, aut cauſa graui, inferiori Prælato poteſtatem limitant. ibid. n. 78. p. 36
8. In qualibet Regulari Domo, etiam ſi duo tantum in ea degant alter eorum Prælatus eſſe debet. ibid. num. 30. p. 15. & n. 126. p. 57
9. Prælati Regulares duplicem habent poteſtatem, & iuriſdictionem in ſuos ſubditos, tam infimi, ſeu Conuentuales, aut locales, quam medij, & ſupremi. ibid. n. 112. p. 51
10. Omnes iſti prælati etiam infimi habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem p. 3. q. 13. n. 7. p. 136. & D. P. n. 95. 96. 97. p. 42. & ſeq. & num. 113. p. 51. & n. 133. p. 59
11. Omnes præfati erga ſuos ſubditos poſſunt omnia, quæ Epiſcopus erga ſuos. part. 1. q. 2. diuiſ. 1. n. 15. p. 14. & D. P. n. 143. & ſeqq. p. 63
12. Poſſunt punire omnia delicta Religioſi Præfecti Eccleſiæ ſuo Conuentui vnitæ; nullũ vero ſi Epiſcopo ſit pleno iure ſubiecta. p. 1. q. 2 diu. 1. n. 22. p. 17
13. Punire poſſunt ſubditos cenſuris. D. P. num. 124. & ſeqq. tribus. p. 56. & ſeq.
14. Poſſunt & corporalibus pœnis. ibid. n. 125. 126. & 127.
15. Poſſunt ſine Epiſcopi approbatione Confeſſiones excipere ſæcularium ouium, pertinentium ad Eccleſias ſuis Monaſteriis ad menſam vnitas. part. 1. q. 2. diuiſ. 1. num 40. p. 23
16. Applicare nequeunt menſæ ſuæ vllam partem fructuum Eccleſiæ per ſubditum ſuum deſeruitæ, ſi Eccleſia de ipſo-

rum menſa non ſit. ibid. n. 37. & 38. p.21. & ſeq.
17. Prior Conuentualis quãuis vnicum habeat ſubditum ſemper eſt Dignitas, & verus Prælatus. D.P.n.26.27.28.p.13. & ſeq & n.71.p.32.& n.95.p.42 & n.135. p.60
18. Prior Clauſtralis quando Conuentui præeſt, verus Prælatus eſt. ibid.n.99.cum 11.ſeq. p 44.& ſeqq.
19. Semper adeſt Prælatus in omni Regulari domo. ibidem n.100. p.45
Alia videre licet verb. *Electio.* & *Iuriſdictio.*
20. Regularis Prælatus non ſolum habet directiuam, ſed etiam coërcitiuam. D.I.n.45.
21. Summarie, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & apicibus iuris non ſeruatis procedere debet in cauſis ciuilibus, & criminalibus. D I.n.24.25. & 26. pag.75. & ſeq.

Præſcriptio.

1 In facultatiuis niſi in duplici caſu contra facultatem præſcribi non poteſt p.1.q.2.diuiſ.2. n.30.p.40 & dec.21.n.5.6. & 7. p.173.& ſeq.
2. In mere facultatiuis non amittitur facultas per nõ vſum? n.5.cit. & ſeqq.
3. Vna Eccleſia aliam tamquam ſibi vnitam poteſt præſcribere. parte 4. quæſt. 9.n.6. pag.187

Præſentatio.

1. Eſt exhibitio perſonæ præſentis, per Patronum legitime facta, ad quam inſtitutio pertinet. p.1.q.3.§.1 n.7. p.46
2. Signum eſt ſuperioritatis in eo ad quem fit præſentatio. p.4.q.1.ſect.3. concl.1.num.15. p.180.& dec.13.n.4. p.150
3. Ex multiplici cauſa fit. deciſ.7.n.5.p.132. & dec.8.num.5. p.137
Alia require in verb. *Eccleſia, & Iuſpatronatus.*

Præſidens.

1. Præſidens, ſeu Vicarius Prælati, dictus *in capite*, Prælatus eſt, quia habet, Præſidentiæ tempore, adminiſtrationem, cum iuriſdictione. D.P. n.99.& ſeqq. p 44.& ſeq.
2. Omne ius Abbati, quoad iuriſdictionem competẽs, Præſidenti competit. ibid.
3. Omnia poteſt facere, quæ Abbas poteſt, niſi ſit ei per Ordinem limitatum. ibid.
4. Sacras veſtes, & paramenta Eccleſiaſtica, pro cuiuſlibet Eccleſiæ vſu, benedicere valet. ibid. n.109. p.48
5. Confeſſarium ſibi eligere extra ordinem poteſt.ib.n.110. pag.50
6. Vota ſubditorum potens eſt irritare.ibid n.29. p.14
Vide V. *Iuriſdictio.*

Præſumptio.

1. Præſumentes non dicuntur, qui ſe probabili aliqua ratione defendunt. p.4.q.1.ſect 4. n.11. p.202

Prior Clauſtralis.

1. Ille eſt, qui in Domo in qua continuo reſidet Abbas, aut alius ſibi Superior, præficitur Cœnobio, & Religioſis cum iuriſdictione tantum circa ea, quæ ad Clauſtrum, & Regulam ſpectant, Abbati tamen, aut alteri ſupremo Superiori Conuentus ſubordinata. D.P. n.21. 22. 25. 26.27.28.29. 31.pag.12 & ſeqq & n.73.p.33. & n.98.& 102. p.44.& ſeq.

2. Non eſt Prælatus,(excepto caſu Præſidentiæ) nec habet iuriſdictionem ſpiritualem. ibidem n. 26. 27. 29. p. 13. & ſeq. & n.70.71.73.pag.32.& ſeq. & n.98. p.44

3. Ad ſolam Abbatis deputatur voluntatem, ſine electione. ibid.n.39.& 40. p 19.& ſeqq.

4. In omnibus eſt Abbati ſubiectus: & nihil præter eius voluntatem agere debet. ibid. n.22.26.27.& 28. p.12.& ſeq.

5. In plurimum Prior Clauſtralis Vicarius Abbatis eſt in eius abſentia, & Cœnobij Præſidens. ibid. num. 22.26. 28.32. p.12. & ſeqq. & n.99.100. cum 4.ſeqq. p.44.cum ſeqq.

6. Præceptum in virtute ſanctæ obedientiæ, niſi ſit Præſidens, iniungere nequit. ibid. n.29.& 31. p.14.& ſeqq.

7. Non poteſt eſſe Delegatus Papæ, aut eius Legati, niſi habeat Perſonatum, ſicuti habet in Congregatione noſtra Benedictina Hiſpana. ibi.n.26. p.13.& n.70.p.32. & n.98.p44.

8. Neque poteſt eſſe Iudex, Procurator, aut executor, neque agere, neque defendere. ibid n 26. p.13

9. Secus autem ſi Præſidens ſit, quia tunc eſt verus Prælatus, & dignitas,cum iuriſdictione ordinaria. ibid. n. 100. cum 10.ſeqq. p.45.& ſeqq.

10. Non ſolum de facto, ſed de iure amouibilis eſt ad ſolius Abbatis nutum, cum non ſit electiuus. ibid.n.40. p.20

11. Comparatur Vicario Prælati localis aliorum Ordinum. ibid.n.28 p.14.& n.111. p.51

12. Solet Præpoſitus appellari. ibid.n.21.p.12.In noſtra Congregatione Prior maior nuncupatur.ibid. n.102. p.46

Prior Conuentualis.

1. Ille eſt, qui toti Conuentui, aut Domui Regulari præeſt, in qua Abbas, aut alius Superior reſidentiam continuam non habet. D.P. num.14.p.8 & n.23.& 27. p.12.& ſeq.

2. Debet 25. annos habere, & intra annum ad Sacerdotium promoueri. p.4. q.1.ſect.4. n.22. p.206

3. Habet

3. Habet adminiſtrationem vniuerſalem ſpiritualem, & temporalem cum iuriſdictione pro vtroque foro, ac eandem, quam habet Abbas. D. P. n.23. 25. & 27. p. 12. & ſeq. & n. 73. p. 33. & n. 92. cum 3. ſeqq. 99. & 101. p. 41. & ſeqq. Exceptis caſibus in quibus expreſſe repentur ei limitata. num.73. cit. pag.33

4. Eandem habet ac Abbas Dignitatem, iuriſdictionem, & priuilegia, quoad iuriſdictionem.ibid. n.25.p.13. n.33 p.17. dec.24.n.4 & 5. p.182

5. Tantam habet iuriſdictionem in ſubditos ſuos, quantam Epiſcopus in ſuos, & Papa in omnes Fideles, exceptis caſibus in quibus expreſſe ei limitatur D.P.n.117.cum 3.ſeqq. pag.53

6. Abbati comparatur in poteſtate iuriſdictionis. ibid.n 24. p.12. & n. 104. p. 47. & n.111. p.51. & n.135.p.60. Immo Epiſcopo in iuriſd ctione comparatur. ibid. n. 95. 96. & 97. p.42. & ſeq.

7. Eſt electiuus, & non Collatiuus, etiam ſi ſit Prior Filiationis, aut annexi ibid.n.24.27. p.12. & ſeq & num.39.40.p.19. & ſeq. & num.59. & ſeqq. p.27. & ſeqq.

8. Etiam ſi electiuus non ſit, nec perpetuus, eandem dignitatem, & iuriſdictionem habet.ibid. num.72.p.33. & n.115. & 116. p.53

9. Iure communi attento perpetuus eſt, & non poteſt ſine graui cauſa, & iuridice cognita, deponi. ibid.n.10.11.12. pag.6. & ſeq.& n.40. p.20

10. Vota pro electione Prioris Conuentualis etiam annexi, deciſiua ſunt. ibid. n.58. & ſeq. pag.27

11. Eſt vere Prælatus, & Dignitas, etiam ſi vnicum habeat ſubditum. ibid. n. 26. 27. & 28. p.13. & ſeq. & n.71 p.32. & n.95. p. 42. & n. 124. & 126. p.56. & ſeq.& n.134. p.60

12. Poteſt fieri Delegatus à Papa, & ab eius legato. ibid. n.25.& 27. p.13

13. Poteſt ſacras veſtes, & paramenta Eccleſiaſtica pro cuiuſuis Eccleſiæ vſu benedicere. ibid.n.109. p.48

14. Poteſt eligere Confeſſarium extra Ordinem.ibid n.110. pag.50

15. Fugitiuos, & eiectos debet annuatim ſolicite requirere.ibid. n 111. p.51

16. Si careat Conuentu, & cura, non eſt actu Dignitas, ſed habitu tantum. dec. 24 n.4.& 6. p.182.& dec.25.n.2. p.183

17. Priores Conuētuales olim fuerunt Prælati Regalium Cœnobiorum S.Benedicti Valliſoletani, S.Mariæ Naierenſis, & S. Vincentij Salmanticenſis, &

& hodie ſunt omnes Priores Prioratuum Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ. D. P. n.14. p.8
18. Quilibet Priorum iſtorum, & Grangiarum Superior, habet ordinariam iuriſdictionem, ſpiritualem, & temporalem. ibid.n.15. & 5. ſeqq.p.8.& ſeqq. n.23.25.29. & 30. p.12. & ſeqq. & 70. n.74. p.32. & ſeqq. & n. 113. pag. 51. Eſtque quaſi Epiſcopalis. ibid.n.95.96.& 97. p.42.& n.113.p.51.& num.133. cum ſeqq. p.59
19. Poteſt ſubditos ſuos pœnis ſpiritualibus, excommunicationis, v. g. punire. ibid.n.124. & 125.pag.56.& n.137.& ſeqq. p.61
20. Poteſtque & pœnis corporalibus carcerum, verberum, &c. eos afficere. ibid.n.30. p.15. & n.97. p.43.& num.123. & 125.p.55.& ſeq. & num.135. p.60.& n.142.p.63
21. Proprius Parochus ſuorum eſt ſubditorum. ibid.n.128. & ſeqq. p.58. & ſeq.
22. Poteſt illos abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis, quatum abſolutio Epiſcopo eſt commiſſa, tam à iure antiquo, quam à Trident. ſeſſ.24. cap.6. & poteſt cum eis pariter diſpenſare in omnibus commiſſis Epiſcopo. ibid. n.143. cum 4. ſeqq.p.63.& ſeq.& n.149. p.65
23. Poteſt à fortiori illos abſoluere à cenſuris, quibus ipſos innodauerat. ibid.n.139.cum 2. ſeqq. p.61.& ſeq.
24. Prælati medius, & ſupremus in duplici tantum caſu poterunt illos abſoluere à pœnis per inferiorem iniunctis. ibid. n.87. cum tribus ſeqq p.40. & n.139.p.61
25. Per mortem, & per amotionem Prioris annexi, vacat Prioratus. p.3.q.12.n.10.p.132. & D.P. n.71. p.32. Non tamen poterit, ſi noſtræ ſit Congregationis, impetrari. q.12. cit. n.14. p.133
26. Irritare poteſt vota ſuorum Prior. D.P. n.29. p.14

Prior ſecundus.

1. Tertius Superior Cœnobiorum principalium Congregationis noſtræ, Prior ſecundus appellatur. D.P. n.103. p.46
2. Minorem poteſtatem, & iuriſdictionem habet, quam Prior Clauſtralis, ſeu Maior. ibid. n.102
3. In abſentia, aut defectu Abbatis, & Prioris Maioris, toti Cœnobio præeſt, cum iuriſdictione ordinaria pro vtroque foro, & omni adminiſtratione, in non exceptis. Et tunc eſt vere Dignitas & Prælatus. ibid. n.101.cum 2.ſeqq.p.45. Limita, ſi alius non fuerit Præſidens ab Abbate de Cōſiliariorum conſilio deſignatus. ibid. num.103. pag.46

4. Solet & hic Prior appellari Clauſtralis. ibid. n.102

Alia verb. *Iuriſdictio*, & verbo, *Præſidens*, require.

Prioratus.

1. Per Regularem ſolitus gubernari, Clerico ſæculari conferri non poteſt. p.1.q.1.num.1. pag.3

2. Prioratus vacant per mortem, & per amotionem Priorum Conuentualium. D.P.n.71. p.32

3. Prioratus Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, quamuis vacent, impetrari nequeunt. p.3.q.12.n.14. p.133

Priuatio.

1. Nemo iure priuatur ſuo ſine culpa. D.P. n.76. p.35

Priuilegium.

1. Eſt lex priuata, & priuatum ius contra ius commune. p.3.q.3.n.20. p.109

2. Priuilegiis omnibus aliorum Ordinum gaudent Benedictini Congregationis Hiſpanæ. ibid. n.16. pag.107. & D.P. n.147. p.64

3. Priuilegia viuæ vocis oracula, quatenus declarationem continent, non comprehenduntur in oraculorum reuocatione. D.P. n.38. p.19

4. Oracula Regularibus ante Pium V. conceſſa non ſunt per Gregorius X V. aut Vrbanum VIII. reuocata. ibid. num.36. pag.18.

5. Oracula per Bullam confirmata, ſunt priuilegia Bullata. ibid.n.34. p.17

6. Priuilegia Congregationis noſtræ ſunt confirmata. ibid.

Probatio.

1. Contra non citatos nihil probat. dec.20.n.2.p.166.& deciſ.26.n.1. p.154

2. Probatio per ſcripturas præualet. deciſ.15.n.2.p.152.& deciſ.29.n.13. p.193

3. Atteſtanti de ſpectantibus ad ſuum officium, creditur. deciſ.3.n.9. p.113

4. Fama in antiquis plene probat. p.2.q.7.n.6. p.93

5. Verba duorum inſtrumentorum antiquorum vim famæ habent. ibid.

6. Confeſſio partis contrariæ plene probat. ibid.n.8. p.94

7. Probatis extremis, præſumitur medium, niſi contrarium doceatur. dec.23.n.7. p.180. & dec.29.n.7. p.192

8. Temporis diuturnitas probat titulum, & ſolemnitates. p.2.q.7.n.9. p.94

9. Teſtes in vna cauſa examinati, probant, vel multum coadiuuant probationem, ex inſtrumento in diuerſa cauſa producto, reſultantem. dec.28. n.3. p.188

10. Inſtrumentum, contra producentem, plene probat. ib.

Procuratio.

1. Non debetur Epiſcopo viſitandi

ſitandi Eccleſias Congregationi Benedictinæ Hiſpanæ vnitas, aut eius Cœnobiis, vel Monaſteriis. p.1.q.2. diuiſ.1.num.8. pag.9

2. Patroni viſitantes ſuas Eccleſias procurationem poſſunt ab eis recipere. p.4. q.1. ſect.3. concl.2.n.25. p.191

Procurator.

1. Sine mandato procuræ ſuæ Eccleſiæ, quiſque agere poteſt ad illius vtilitatem. dec.29.n.4. p.191

Profeſſio Fidei.

1. Religioſus aſſumptus ad Parochialem Eccleſiam, pleno iure Epiſcopo ſubiectam intra bimeſtre Fidei profeſſionem facere tenetur. p.1. q.2. diuiſ.1. n.23. p.17

R

Ratio.

1. VBi eadem eſt, eadem eſt, & iuris diſpoſitio. p.3.q.13.n.4.p.135.& D.P.n.18. pag.10

Regulæ Iuris.

1. Scienti, & volenti non fit iniuria neque dolus. p.3.q.14. n.19. p.147

2. Poteſt quis per alium quod poteſt facere per ſe ipſum. p.3. q.17.n.5. p.151

3. Exceptio firmat Regulam in contrarium in non exceptis. D.P.n.12. p.7

4. Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. ib.n.50.p.25

5. Cui licet, quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. ibid.n.63. p.29

6. Non debet, cui plus licet, quod minus eſt non licere. ibid.

7. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. ibidem 65.

8. Qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet. ibid. n.68. & 69. pag.31

9. Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. ibid.n.76. p.35

10. In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. ibid.n.86. p.86

11. Regula de triennali, non fauet poſſidenti Beneficium in prædium, ſed in titulum. p.2. q.6.n.20. p.90

Regularis.

1. Eo ipſo quo Regulares exempti fuerunt ab Epiſcoporum iuriſdictione, remanſerunt immediatè Papæ ſubiecti D.P. p.3. & ſeqq.

2. Regulares Parochos Eccleſiarum ad Religionem pertinentium, Epiſcopus punire non poteſt. p.1.q.2. diuiſ.1.n.6. & 7. p.8. & n.12. p.12

3. Neque punire poteſt Regularem delinquentem prædicando in caſibus ſibi non per-

miſſis, ſine ipſius Epiſcopi licentia. p.3.q.14.n.12.13. & 14. p.145.& ſeq.
4. Neque poteſt Regulares exemptos cenſuris innodari, niſi in caſibus ſibi expreſſe conceſſis. p.1.q.2.diuiſ.1.n.10. p.11
5. Capaces ſunt Regulares Beneficiorum Parochialium ſæcularium ſine Papæ, aut Epiſcopi diſpenſatione.p.4.q.1. ſect.4.n.34.35.p.210.& n.40.41. p.215.& n.47.p.216.& num.51. & 52. p.218
6. Non tamen ſunt, Beneficiorum ſimplicium ſęcularium, capaces.ibid.n.49. p.217
7. Religioſi expulſi dum viuunt, rerum, quas acquirunt diſpoſitionem habent, quam haberent ſi Religioſi non eſſent.p.1.q.2.diuiſ.1.n.36. p.21
8. Religioſi non debent plus eſſe ſubditi quam expediat. D. P.n.77. p.35
9. Regularium Eccleſiæ, in fauorabilibus, nomine Collegiatarum veniunt. p.1. quæſt.2. diuiſ.1.n.4.pag.7. p .2.q.6.n.16. p.89 & dec.23.n.9. p.180
10. Eccleſiæ Regularibus ad menſam vnitæ Regulares ſunt. p.2.q.6.n.8. p.86. deciſ.4.n.9.p. 127.dec.23 n.3.p.179.dec.19.n. 5.p.164 & dec.20.n.14. p.171
11. Religioſus nomine Clerici in fauorabilibus venit; ſecus in odioſis. p.3.q.13. n.5. p.135. & verè Clericus eſt. ibid. n.6. & 7.
12. Vbique poterant Regulares ab aliquo Ordinario ſemel approbati, & à ſuis Superioribus ad id deputati,nō contradicentibus Parochis, prædicare, & Confeſſiones excipere; exceptis tamen locis vbi Ordinarij exiſtunt, hodie tamen non poſſunt Confeſſiones audire.p.3.q.14.n.11. p.142

Renunciatio.

1. Quilibet priuatus bene valet renunciare voci ſuæ, tam actiuæ, quam paſſiuæ; ſecus, qui illam ex officio habent publico.D.P.n.8.& 9. p.6
2. Nemini publicæ vtilitati renunciare licet. eod.n.9. ibid.

Reſeruatio.

1. Menſium reſeruatio pro beneficiorum collatione, comprehendit beneficia iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.deciſ.29. n.8. p.193
2. Non comprehendit beneficia Eccleſiarum ad menſam vnitarum. p.4.q.1. ſect.1.n.12. p.167. q.8. ſect.1. num.4.p.278. dec.2.n.1.& ſeqq.p.109 dec.23. n.2.p.179.& dec.29. n.8.p.193. Quia de ſui natura perpetua, & collatiua non ſunt. deciſ.34. n.3. p.204

Reſignatio.

1. Eſt libera beneficij dimiſſio facta cum cauſa coram legitimo Superiore. p.1.q.3.§.6.n.1. pag. 57
2. Alia eſt reſignatio tacita. ibid.

ibid. alia expreſſa.ibid. n.2. Expreſſa, alia ſimplex; alia conditionata. Conditionata, alia eſt in fauorem, & alia qualificata. ibid.
3. Conditiones ad reſignationem neceſſariæ recenſentur. ibid.n.3. p.58
4. Quis legitimus Superior ſit ad reſignationem admittendam, oſtenditur. eod. num. 3. ibid.

Reſtitutio.

1. Regularis inſeruiens Eccleſiæ vnitæ ad ſui Cœnobij menſam, non tenetur reſtituere fructus pro abſentiæ tempore; ſecus ſi Eccleſiæ pleno iure Epiſcopo ſubiectæ. part. 1. q. 2. diuiſ.1. n.17.18. p.15
2. Qui ſine Parochi licentia in caſu ſibi non permiſſo alienum Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradit, reſtitutioni obnoxius exiſtit.p.3.q.7.n.5. p.120

Reus.

1. Probans reus exceptionem ſuam, etiam dubie, abſolui debet; ſed ſi nec ſic illam probat, benigniori pœna eſt plectendus. D.I. n.37. p.80

Rex.

1. Rex noſter facultatem habet Apoſtolicam ad donandas Eccleſias. p.4.q.9. num.4.p.285. dec.12. n.1.p.147. dec. 14.n.2. q.151. & dec.17.n.3. p.156
2. Rex Sanctius V. donauit Eccleſiam Sanct. Saluatoris de Oteyza, anno 1074. p. 4. q. 5. ſect.1.n.14. p.256
3. Rex Sanctius VIII. donauit S.Ioannem de Stella, era 1125. p.4.q.9.n.3. p.285
4. Rex Carolus III. donauit iuſpatronatus S.Ioan. de Mendauia.p.4. q.1.ſect.1.n.2. p.163

S

Sacramentum.

1. A Solis Papa, Epiſcopo, & Parocho licite Sacramenta ſuſcipiuntur. p.3.q.1.n.5. p.98.p.2. n.13.p.102. & q.11.n.4. p 130. Intellige, vel ab alio, de illorum licentia. Fallit in caſu neceſſitatis. ibid. quæſt. 5. n. 7. pag 114

Sententia.

1. Non afficit non citatos. dec. 16. n.2. p.154. & deciſ.26. num.5. p.184
2. Omnis ſententia erronea, & iniuſta, etiamſi ab ea non appelletur in iudicatum non tranſit: ideo ſpernenda quoties per inſtrumenta de nouo inuenta, de illius errore, & iniuſtitia conſtiterit.part.4.quæſt.3. ſect.2. concluſ.2. num.12.p.240. & dec.3.n.45. p.125
3. Sententia in cauſa validitatis Matrimonij, ſi errorem continet, in iudicatum non tranſit. p.4.q.7. ſect.2. concl.2. n.3. p.274
4. In iudicatum tranſit ſen-

tentia errorem continens, & iniuſtitiam, quando hæc poteſt per partes tacite, aut expreſſe remitti. ibid.
5. Sententia inter alios lata non attendenda.p.4.q.3.ſect.2. concl.2.n.12. p.240
6. Sententia antiqua ſine actis probat. p.4.q.5.ſect.1.n.4. p.252
7. Sententia ab Abbate contra Epiſcopum obtenta ſuper iure viſitandi, contra Vicarios deſeruit, & Beneficiarios. deciſ 6.num.6. p.130
8. Sententia ſtricti iuris eſt, & aliter non intelligitur, quam verba eius rigoroſe ſonant. D.I. num.30. pag.77. & n.41. & 42. pag.82
9. Æquiparatur legi ſententia, & eiuſdem virtutis cenſetur. ibid.
10. In ſententiis magis attenduntur acta, quam verba. ibidem.
11. In iudicatum tranſit ſententia, quoad ea ſolum, quæ ipſa exprimit. D.I n.27. p.76

Sepultura.

1. Non arguit neceſſario Parochialitatem. deciſ.1. num.10. pag.106.
2. Ius Parochi eſt in ſua Parochia, ſuos ſepelire. p.3.q.7. n.1.& ſeqq. p.119
3. Mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur, qui ſine Parochi licentia ſepelit. ibid. num.5. p.120
4. Sepeliri poſſunt in Cœnobijs, & Monaſteriis eorum famuli contradicente, & inuito Parocho, etiam ſi ibi ſepeliri non elegerint. ibid.

Status.

1. Quæ requirantur ad mutationem ſtatus, Eccleſiæ, aut Beficij, Vide verbo, *Beneficium.*

Stella.

1. Eccleſia Parochialis S.Ioan. de Stella, à Monachis Hyrachenſis Cœnobij facta eſt, in Regis Sanctij Fortis fundo. p.4. q.9. n.3. p.285
2. Illam iure pleno Abbati, & Conuentui idem Rex, & Epiſcopus donauerunt. ibid.
3. Donationem confirmauit Metropolitanus. ibid.
4. Eſt dicta Eccleſia vnita ad menſam Abbatis, & Conuentus. ibid. num.5. & 9. pag.287. & ſeq.
5. Veri, & proprij Parochi eius, & Patroni ſunt, Abbas, & Præſidens. ibid. num.9. 13. pag. 288. & ſeq. & dec.19. n.1 pag.162
6. Eſt Eccleſia Regularis. deciſ.19.n.5.p.164.& dec.20.n.14. p.171
7. Vicarium deputant. p.4. q.9. n.13. p.291.dec.15. num.1. pag 152. & deciſ. 16. num. 3. pag.154
8. Viſitant Eccleſiam, Miſſam popularem celebrant: & omnia

omnia iura parochialia exercent. q.9. cit. n.9. p.288

9. Ad illos priuatiue ſpectat prædicare, & deputare prædicatores. cit. num.9. & 11. ibid. & ſeqq.

10. Excommunicant etiam. dec.13. n.2. p.136

Statuta.

1. Stricti iuris ſunt ſtatuta & ſtrictè interpretanda. D.I.n.81. pag.91

Subditus.

1. Non debet eſſe magis ſubditus, quam expediat. D. P. n.77. p.35

2. Vicarius Eccleſiæ vnitæ ad Cœnobij menſam, ſubiectus eſt iuriſdictioni, & viſitationi Abbatis, & Præſidentis Cœnobij. p.3.q.10. n.2. p.127. & p.4. q. 1. ſect. 3. concluſ.2. num.23. & 25.p. 190. & ſeq. & q.7. ſect.2. concl.1.n.13.p.273. q.8.ſect.2. concl.1.n.13. p.281

3. Eccleſia eo ipſo quod acceſſorie eſt vnita alicui, eſt eidem ſubiecta. p.2.q.2.n.6.p.61. dec.10 n.2. p.143

Suffragium.

1. Suffragium ſuum priuatum, tam actiuum, quam paſſiuum, poteſt quilibet renunciare; non vero quod ex officio habet. D.P. n.8.& 9. p.6

2. Deciſiua ſunt ſuffragia à PP. Conſiliariis Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ in electionibus Priorum annexorum. D.P.n.40.pag.10. Conſultiua vero pro Prioribus Clauſtralibus. ibid. cum ſeqq & pro Monachis ſubditis annexorum. ibid.n.65. p.29

3. Suffragia conſultiua nemo regulariter ſequi tenetur, etiã in caſibus, in quibus ſi non requirerentur, actus eſſet nullus. ibid. n.66. p.30

4. Suffragari ſecreto per calculos, vel fabas & præmiſſo iuramento, non extrahit ſuffragium, alias conſultiuum, à propria natura, & in deciſiuum conuertit. ibid. n.67. p.31

5. Conſilij natura ea eſt, vt excitet ad deliberandum, ſed non obliget ad ſequendum. eod. n.67. ibid.

Superior.

1. Timeri debet. D.P. n.115. p.56

2. Quilibet Superior toti Conuentui præfectus, eandem adminiſtrationem, & iuriſdictionem habet, ac Abbas, niſi expreſsè limitetur. ibid. num.25. pag.13

T

Tempus.

1. TEmporis diuturnitas probat titulum, & ſolemnitates. p.2.q.7.n.6. p.93

Teſtis.

1. Qui ſufficientes, & optimas rationes reddit, bene probat.

bat. dec. 29. n.9. p.193. ſecus ſi illas non reddit. deciſ. 33. n.4. pag.202

2. Qui ſe ad ſcripturas refert, quamuis contrarius ſit, non probat niſi quatenus apparet in relato. deciſ. 29. n. 13. pag.194

Tribunal.

1. Vnum tribunal conſtituunt Epiſcopus, & eius Vicarius. deciſione 3. numer. 14. pag.115

V

Vacatio.

1. DVplex eſt, alia de iure, & alia de facto. dec.23.n.10. p.181

2. Vacante Sede Prælati, non vacat eius dignitas: quia ſuccedit Capitulum. parte 4. quæſt. 5. ſect. 2. concl. 2. n. 18. pag.241

3. In Eccleſiis vnitis non eſt vacatio proprie. part.4 quæſt.8. ſect.1 num.4 pag.278. & deciſ. 12. num.2. pag.147. Sed datur vacatio improprie. dec.29 n.16. pag.191

4. Vacat beneficium, & eius poſſeſſio, eo ipſo quod libere reſignetur, & reſignatio à Superiore acceptetur. dec.29.n.4. pag.191

Vgar.

1. Locus de Vgar cum omnibus pertinentiis ſuis, prius eſt Cœnobij Hyrachẽſis, in cuius Dominij recognitionem ei Pectam annuam, & Cœnam ſoluit. part.4. quæſt.7. ſect.1.n.1. p.268

2. Eccleſia Parochialis illius cum omnibus decimis, & primitiis, excepto quarto Epiſcopali, & Pedaticho Archidiaconi, eſt propria dicti Cœnobij, per donationem, & vnionem ei factam per Epiſcopum, per Papam confirmatam. ibidem num.1.2. & 3. pag.268. & ſeqq. & quæſt. 9. numero 6. pag.287

3. Vnita eſt acceſſorie ad menſam Cœnobij iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia. part.4. quæſt.7. ſect.2. concluſ.1.num.4. p.272. & concl.2. n.3.& 4. p.274

4. Dicta Eccleſia Regularis eſt. ibidem concluſ. 1. num.12. pag. 273

5. Poteſt pro eius ſeruitio Monachus Vicarius poni. ibid. ſect.2.n.2. p 272

6. Proprius, & verus Parochus illius eſt Abbas, ſeu Præſidens, nomine proprio & ſui Conuentus. ibidem ſectione 2. concluſ. 2. num. 1. cum ſeqq. pag. 273. & non ſolum habitualis, & actualis. ibid.num.13. pag.275

7. Abbas, & Præſidens viſitant Eccleſiam, Miſſas populares celebrant, prædicant, & alios

alios actus Parochiales faciunt. ibidem ſection. 1. num. 9. & 10. pag. 272

8. Poſſunt ſacramenta miniſtrare, Matrimonia authorizare, & benedicere, ac omnia alia Parochialia exercere per ſe, & per alios ibidem ſect. 2. concl. 3. n. 1. & ſeqq. p. 276

9. Vicarium deputant, & remouent ad libitum, & ſine cauſa. ibid. n. 5. cum 3. ſeqq.

10. Vicarius non habet curam ſed ſolum eius exercitium. ibidem ſect. 2. concl. 1. num. 1. & ſeqq. p. 272

11. Non habet beneficium Parochiale. ibid. n. 7. ſed ſalarium. n. 7. ibid.

12. Non inſtituitur per concurſum. ibid. n. 5.

13. Per eius mortem non vacat Cura dictæ Eccleſiæ, neque per amotionem. ibid. num. 11. pag. 273

14. Beneficium Parochiale huius Eccleſię Cœnobium poſſidet. ibid. ſect. 1. num 2. & 4. pag. 269. & ſect. 2. concl. 2. n. 11. pag. 275

Vicarius.

1. Vicario Epiſcopi ex officio competit, & iure proprio admittere præſentationes, & inſtituere. dec. 3. n. 7, p. 113

2. Vicarius, & Epiſcopus vnum conſtituunt tribunal. ibid. n. 14. p. 115

3. Vicarius Prælati Regularis ſolum Prælatus eſt, & dignitas, quando eſt Vicarius *in capite*, ſeu totius Conuentus caput. D. P. num. 26. 27. 29. pagin. 13. & ſequent. & num. 70 71. & 73. p. 32. & ſeq & n. 98. pag 44

4. Vicarium, ſeu Oeconomum poteſt Epiſcopus ex officio deputare in beneficio vacante interim, & quouſque de Rectore prouidetur, & cognoſcitur de eligentium iure. dec. 3. n. 37. p. 122

5. Vicarius præſumitur deputatus iuxta Vicariæ naturam, & iuris diſpoſitionem. deciſ. 3. n. 17. p 116

6. Ius nominandi Vicarium ſine iurepatronatus non competit. dec. 18. n. 6. p. 160

7. Nominationes, & præſentationes Vicariorum factæ per viam petitionis, non inducunt poſſeſſionem aliquam nominandi, & præſentandi, nec ius coactiuum, & obligatorium attribuunt. ibid. n. 7. & dec. 20. n. 12. p. 170

8. Præſentatio Vicarij ſignum eſt Superioritatis, quoad curam, in eo, cui præſentatur. part. 4. quæſt. 1. ſect. 3. concluſ. 1. num. 15. pag. 180. & dec. 13. n. 4. pag. 150

9. Vicarij præſentatio arguit vnionem ad menſam, & curam eſſe penes principalem. dec. 8. num. 1. in fine, & 2. & 3. p. 135. & ſeq.

Oo 10. Vica

10. Vicarius ſubiectus eſt iuriſdictioni, & Viſitationi Abbatis, cuius Cœnobio Eccleſia eſt ad menſam vnita p. 3. q. 10. num. 2. pag. 127. p. 4. q. 1. ſect. 3. concluſ. 2. n. 23. & 25. pag. 190. & ſeq.

11. Debet aſſociare, & deſeruire Abbati Parochialia munera exercenti. p. 4. q. 9. num. 9. pag. 288. & deciſ. 14. num. 4. pag. 150

12. Vt Parochiani poſſint firmare ius coactiuũ nominandi Vicarium pro Eccleſiis vnitis, debent probare titulum, vel conſuetudinem præſcriptam, aut immemorabilem cum fama priuilegij. deciſ. 17. num. 6. pag. 157

13. Immo poſt Pianam Conſtitutionem quælibet poſſeſſio, & obſeruantia probata, non ſufficit. ibid. num. 7. & dec. 18. n. 2. p. 159

14. Plures Vicarij eſſe poſſunt in eadem Eccleſia. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. num. 13. p. 32. p. 3 q. 9. n. 5. p. 126. p. 4. q. 1. ſect. 3. concluſ. 1. n. 7. p. 177

15. Vicarius ſine licentia Parochi principalis, prædicare nequit p. 4. q. 9. n. 9. & 11. p. 288. & ſeq.

16. Parochus principalis, poteſt deputare ſubſtitutum, & Vicarium. Et quando, & quomodo, demonſtratur. p. 3. q. 17. n. 6. & ſeqq p. 151. & dec. 1. n. 7. pag. 106. Ille præcipuè ad cuius menſam vnita eſt Eccleſia. q. cit n. 7. 8. 9. 11. & 12. p. 152. & ſequentibus.

17. Vicarium eligere, nominare, & deputare ſpectat ad eum, qui Eccleſiam habet vnitam ad menſam ſuam. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. num. 24. & 25. p. 38. & ſeq. part. 3. q. 17. num. 7. p. 152. dec. 3. num. 2. p. 111. dec. 17. n. 2. p. 156. dec. 18. num. 1. pag. 158. dec. 19. num. 2. p. 162. deciſ. 20. num. 1. p. 165. dec. 21. num. 1. 2. & 5. p. 171. & ſeqq. dec. 32. n. 4. p. 200

18. Poteſt Prælatus, cuius Cœnobio Eccleſia eſt ad menſam vnita, deputare Vicarium Monachum pro illius ſeruitio. p. 1. q. 2. diuiſ. 2. n. 23. & 24. p. 38. p. 2. q. 2. n. 11. 15. p. 63. & ſeqq. & q. 6. num. 8 pag. 86. p. 3. q. 17. num. 9. cum 8. ſeqq. pag. 153. & ſeqq.

19. Vicarius perpetuus deputari non poteſt pro Eccleſia ad menſam vnita. p. 2. q. 2. num. 13. & 15. pag. 64. & ſeq. p. 3. q. 17. num. 18. pag. 150. & dec. 31. n. 2. pag. 198

20. Qui Eccleſiam habet vnitam, vnum, aut plures poteſt nominare inter quos fiat concurſus ad Vicariam, ſine præiudicio ſui iuris nominandi vnum, quando voluerit. dec. 21. n. 5. p 173

21. Non poteſt Epiſcopus pro Eccleſiis

Eccleſiis ad menſam vnitis inſtituere Vicarios, ſed ſolum examinare ſine concurſu, & commiſſionem, ſeu licentiam exercendi dare. p.1.q.2.diuiſ.2. n.25.p.39.p.2.q.2.num.14.p.65. & p.3. q.17.n.17.p.156.& deciſ.13.n.7. p.150

22. Vicaria Eccleſiæ vnitæ ad menſam non eſt titulus. p.1. q.2. diuiſ.3.§.2.n.2. p.41

23. Non poteſt valide ab Epiſcopo in perpetuam erigi. p.2. q.2. num.13. p.64. dec.31.n.3. p.198

24. Nec ab aliquo valet in perpetuam, ſeu in titulum conferri. p.1. q.2. diuiſ. 2.n.4. p.29. p.2.q.2. num.14. & 15. pag.65. p.3. q.17. n.18. pag.156. & p 4. q.1. ſect.3. concl.2. n.9. & ſeqq. p.186

25. Vicarius Eccleſiæ ad menſam vnitæ non eſt beneficiarius. p.4.q.1.ſect.3.concl.1.n.22. p.182

26. Nec habet curam, ſed ſolum eius exercitium.p.3 q.17. n.17. p.156. dec.13. n.3 p.150. deciſ.16. num.3. p.154. dec.21. num.1. p.171

27. Vicarius temporalis potius Capellanus, quam Vicarius dicitur.p.1.q.2.diu.1.n.48 p.25. p.3.q.17.n.11. 14. & 16. p.154. & ſeqq.

28. Vicarius temporalis non eſt beneficiarius. p.4.q.1.ſect.3. concl.1.n.5.pag.177. & dec.32. n.3. p.200

29. Non habet curam. p.3. q.17.n.17.p.156.p.4.q.1.ſect.3. concluſ.1.n.7. p.177. & dec.7. num.4. p.131

30. Sed ſolum exercitium eius nomine ſui principalis.p.1. q.2.diuiſ.2. n.10 p.36.p.3.q.17. n.17. p.156. & deciſ.16. num.4. p.154

31. Et ad nutum principalis ibid.

32. Vicarius vt amouibilis ſit ſufficit vt in titulum Vicaria ei non conferatur. dec.15.num.2. p.153. & dec.32.n.3. p.200

33. Vicarius amouibilis remoueri poteſt etiam ſi non conſueuerit per multos annos remoueri, qui diutiſſime in Vicaria vixerit; duplici caſu excepto. p.1.q.2.diuiſ.2.n.30. pag.40.

34. Vicarius temporalis non poteſt ſine cauſa ante annum amoueri. p.3.quæſt.17.num.19. pag.157

35. Vicariæ titulus perpetuus, & ad vitam datus, ſpernendus eſt, ſi illa per ſcripturas de nouo inuentas, amouibilis reperiatur.part.4.quæſt.3.ſection.2. concl.2.n.13.p.240. & dec.29. n.17. p.196

36. Vicaria in titulum dari non poteſt niſi prius fuerit in perpetuam erecta. ibid.

37. Epiſcopus vigore Conc. Trident.non pot.Vicarias temporales in perpetuas erigere

niſi in Viſitatione, & ex cauſa neceſſaria; alias poterit ab erectione appellari. dec. 29 n. 17. pag. 196
38. Si in vnione, quæ non eſt ad menſam non eſt creatus Vicarius perpetuus, poteſt Eccleſia per temporalem deſeruiri. parte 2. quæſtione 2. numer. 7. pag. 61
39. Vicaria perpetua habetur pro titulo. p. 1. q. 2. diuiſ. 3. num. 2. p. 41
40. Vicaria perpetua æquiparatur beneficio curato, & intra annum illam obtinens, debet ad Sacerdotium promoueri. Et eſt incompatibilis cum alia Vicaria perpetua. p. 4. q. 1. ſect. 4 n. 21. p 206
41. Vicarius perpetuus inſtitui debet in Eccleſiis non vnitis ad menſam. p 2. q. 2. n. 9. 10. 13. pag 62. & ſeqq. & num. 23. pag. 68
42. Vicarius temporalis non eſt Ordinarius, ſed delegatus. part. 1. quæſt. 2. diuiſ. 2. num. 19. pag 35
43. Nec eſt titulus. deciſ. 32. numero 3. & 13. pagina 200. & ſeqq.
44. Immo neque Vicarius perpetuus, ſaltem Eccleſiæ ad menſam vnitæ. deciſ. 13. n. 3. pag 150. deciſ. 16. num 3. p 154. & dec. 21 n. 1. p. 171
45. Vicarius Eccleſiæ vnitæ ad Monaſterium non habet authoritatem tranſigendi ſuper decimis, in quibus nullum ius habet. deciſ. 27. num. 5. pag. 186

Viſitatio.

1. Viſitare an poſſit Epiſcopus Eccleſias Regularibus vnitas, & quæ poſſit in viſitatione præcipere oſtenditur. part. 1. q. 2. diuiſ. 1. num. 8. & 9. pag 9. & ſeq. & n. 48. p. 25
2. Epiſcopus cumulatiuè, & non priuatiuè viſitat dictas Eccleſias. n. 9. cit. p. 10. & dec. 30. n. 1. p. 197
3. Prælatus Regularis cuius Cœnobio Eccleſiæ ſunt vnitæ, poteſt illas viſitare, etiamſi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in illis non habeat. part. 1. quæſt. 2. diuiſ. 1. num. 48. pag. 25. part. 3. quæſt. 10. num. 2. p. 127. part. 4. quæſt. 1. ſect. 3. concl. 2. num. 23. cum 3. ſeqq pag. 190. & ſect. 4. n. 2. p. 197. & deciſ. 30. num. 1. p. 197
4. Procurationem non poteſt Epiſcopus recipere in viſitatione Eccleſiarum vnitarum Congregationi Benedictinæ Hiſpanæ, aut eius Cœnobiis. p. 1. q. 2. diuiſ. 1 n. 8. p 9
5. Poteſt illam recipere Patronus viſitans ſuas Eccleſias. p. 4. q. 1. ſect. 3. concl. 2. num. 25. pag. 191
6. Viſitare ſuam Eccleſiam munus eſt Parochi part. 4. q. 1. ſect. 3. concluſ. 2. num. 23. cum ſeqq.

ſeqq. pag. 190. &ſect.4. num.2. pag 197

7. Obtenta ab Abbate ſententia contra Epiſcopum circa ius viſitandi Eccleſiam, deſeruit contra Vicarium, & Beneficiarios. dec.6.n.6. p.130

8. Viſitatio Sanctiſſimi, Fontis baptiſmalis, &c. Signum euidens eſt ſuperioritatis in viſitante, ſaltem quoad curam. p.4.q.7.ſect.2. concl.1.num 13. pag.273. & q.8. ſect.2. concl.1. n.13. p.281

9. Viſitatio iuriſdictionalis, poteſt præſcriptione quadraginta annorum acquiri cumulatiuè, & priuatiuè. p.4.q.1.ſect.4. n.1.4. & 5. p.198. & dec.7. n.1. & 2. p.130

10. Viſitationi Ordinarij multum tribuitur circa qualitatem, & ſtatum Eccleſiæ. dec.4. n.8. pag.126

Viuæ-vocis oraculum.

Vide verbo, *Oraculum*, & verbo, *Priuilegium.*

Vnio.

1. Eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum ab Epiſcopo, vel ab alio Superiore facta annexio. p.2.q.1.n.1. p.59

2. Vnione acquiritur beneficium p.1.q.3.ante §.1.n.1.p.44. & p.2.q.1.n.1. p.59

3. Vnio alia eſt perpetua, quando ſcilicet id exprimitur: aut dicitur: Ad ſedis beneplacitum: Ad perpetuam rei memoriam: aut quando contemplatione Eccleſiæ, aut Monaſterij fit. p.2.q.1.n.2. p.60

4. Alia eſt temporalis, quando ad vitam eius cui conceditur fit, & amore perſonæ. ibid. num.3

5. In dubio præſumitur facta Eccleſiæ, & eius amore, non autem perſonæ. ibid. n.4

6. Vnio perpetua, alia æque principalis: quando ſcilicet duæ Eccleſiæ ſolum quoad caput, & gubernationem vniuntur. ibid. n.5

7. Alia acceſſoria, & ſubiectionis: quando ſcilicet vna acceſſorie, & pro augmento dotis, & patrimonij ſubiicitur. ibid. n.6. & dec. 10.n.2. pag 143

8. Vnio perpetua acceſſoria, & ſubiectionis, alia eſt ſolum quoad titulum, gubernationem, & temporalia, & dicitur iure pleno. p.1 q.2. diuiſ.1.n.28. p.19. & p.2.q.2.n.7.10.13. cum 4. ſeqq.21. & ſeqq.4. & n.29. p.60. per totam quæſtionem vſque à num.30

9. Alia eſt quoad ſpiritualia, & temporalia, quæ dicitur *ad menſam, & iure pleno*, ſtrictiori ratione, quam præcedens. p.1. q.2. diuiſ.1. n 18. p.15. & n.47. p.25. ibid. diuiſ.2. num.9. cum 5. ſeqq. p.31. & ſeqq. & n.20. p.36. & n.26 p.39. p.2.q.2.n.7.9. & 11. cum 4. ſeqq. pag 61. & ſeqq & n.17. & 19. p.66. & n.23 p 68.

part.3.q.10.n.5.p.119.dec.2. n.1. p.109.dec.7. n.2.pag.130.dec.9. n.2.p.140.dec.13.n.2. p.149

10. Alius modus vnionis eſt iam parum frequens, quando ſcilicet ex duabus Eccleſiis, aut beneficiis vnum fit. p 2. q.2. n.30.p.70. Eius effectus recenſentur. n.31. p.71

13. Sola ſpiritualium communicatio non eſt vnio, ſed confraternitas. ibid.n.32

12. Erectio Eccleſiæ in Cathedralem, illam alteri aggregando, vel non eſt vnio, ſed mutatio ſtatus: vel eſt vnio æque principalis. ibid.

13. Incorporatio fructuum remanente Beneficio penes ſuum Rectorem, non eſt vnio, ſed diſmembratio. ibid.n.33

14. Vnioni etiam repugnat quod Vicarius omnes fructus percipiat Eccleſiæ vnitæ, certa portione principali reſeruata, quia hoc diſmembratio eſt. decis.9.n.3. p.141

15. Quando vnio eſt ad menſam, Eccleſia vnita dicitur, *Filia*, & altera, *Mater*. p.2.q.2. n. . pag 61 & n.20. p 67

16. Vnio cognoſcitur eſſe æque principalis ex litteris vnionis, ſi dicant: *talem, & talem Eccleſiam vnimus.* Si ex litteris id non conſtet, & Eccleſiæ æque dignæ ſunt, vnio erit æque principalis. ibid.num.35. pag.71

17. Vnio cognoſcitur acceſſoria, & ſubiectionis ex litteris illius, ſi dicatur, *talem Eccleſiam tali Eccleſiæ vnimus*: vel ſi dicitur. *Incorporamus.* ibid.

18. Vnio cognoſcitur eſſe ad menſam, & iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, quando conceditur Eccleſia, aut beneficium alicui, vt illius fructus applicet menſæ ſuæ, & in proprios vſus conuertat. p. 1. quæſt. 2. diuiſ.1. num. 28. p 19. ibid. diuiſ 2. num.14. 15 & 16. pag.32. & ſeq.p.2. quæſt. 2.n.7. pag.61 & num.12. & 15.pag.64. & ſeq. & num. 19 & 21. & 23. pag.66.& ſeq. & num.27.& 28. pag.69.& ſeq.& num.36.& 37. pag.72. dec.5. num.1.pag.127. & deciſ.7.num 2. p.130

19. Cognoſcitur etiam eſſe ad menſam, iure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, quando litteræ vnionis dicunt. *Vnimus talem Eccleſiam cum omnibus iuribus ſuis*: vel quando ampliſſimis verbis fit. deciſ. 17. num. 4 pag. 156. Item quando dicitur: *In perpetuum vnimus.* deciſ.9. num. 2. pag. 140. Alia ſigna recenſentur, dec.13. n.1. & ſeqq. p. 149. iunct. deciſ 7. n.1. pag 130

20. Si ex litteris vnionis cognoſci nequeat, quod ſit ad menſam facta, cognoſcetur ſi principalis percipit fructus ratione Curæ Parocho debitos,

relicta

relicta Vicario congrua. part.2. q.2.n.37.p.72. deciſ.7. n.1.& 2. p.130. deciſ.8.n.1.2.& 3.p.134. & ſeqq.& n 8. p.139

21. In Eccleſiis vnitis ad menſam Monaſterij ceſſat iuſpatronatus extraneorum, & reſeruatio menſium Papæ. p. 4. q.1. ſect.1. num. 12. pag. 167. dec.2. num.3. p.109. & dec.19. num.5. pag.592

22. Bona Eccleſiæ Monaſterio vnitæ, ipſum poſſidet Monaſterium.dec.10.n.2.& 3.p.143 & dec.31.n.6. p.199

23. Eccleſia ad menſam vnita, per Vicarium temporalem, & ad nutum amouibilem debet deſeruiri. part. 2. quæſt. 2. n.7.9.11.12.14.& 15.p.61. & ſequentibus & dec.32. 1.& ſeqq. pag.200

24. Quando vnio non eſt ad menſam debet conſtitui Vicarius perpetuus. part.2. quæſt.2. n.9.10.13. p.62. & ſeqq. & n.23. pag.68

25. Si in vnione, quæ non eſt ad menſam, non fuit creatus Vicarius perpetuus, poteſt deſeruiri Eccleſia per temporalem. ibid.n.7. p.61

26. Vnio facta ex titulo oneroſo permutationis, non cadit ſub regula reuocatoria.dec.27. num.10. p.186

27. Vnio iam facta non alteraretur, nec tolleretur præcedens obſeruantia quoad modum prouidendi & exercitium curæ, eo quod Vicaria Eccleſiæ vnitæ daretur in titulum. dec. 29.n.17. p.196

28. Vnio fit per traditionem Superioris: per poſſeſſionem immemorabilem: & per modum traditum in Clem. *Si vna.* p.2.q.7. num.3. p.92. Item per poſſeſſionem quadragenariam. p.4 q.9 n.6. p.287

29. Vnire poteſt Papa omnes Eccleſias, & beneficia. p.2.q.3. num.1. p.73

30. Legatus à Latere Eccleſias, & beneficia ſuæ Prouinciæ.ibid.n.3.

31. Archiepiſcopus in Diœceſi ſua. ibid.

32. Epiſcopus in ſua. ibid. à n.4. vſque ad 18.

33. Capitulum Sede vacante.ibid.n.19. p.77

34. Abbates, & omnes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes.ibid.n.21. p.78

35. Habentes priuilegium, aut conſuetudinem præſcritam.ibid.n.22.

36. Alij præter recenſitos vnire non poſſunt, neque Vicarius Generalis Epiſcopi.ibid. n.20. p.77

37. Ad vnionem faciendam neceſſario requiritur euidens neceſſitas.p.2. q.3. n.2. p.73. vel vtilitas.ibid.n.3.

38. Conditiones etiam iſtæ requiruntur. Cauſæ cognitio.

p.2.q.5.n.1.p.80. Quod citentur omnes, quorum intereſt. ibid. num.2. cum 5. ſeqq. p.81. & ſeqq. Vt exprimatur vtriuſque Beneficij, aut Eccleſiæ valor, ſi vnio à Papa, vel legato facienda eſt. ibid. n.8. p.82. An vero tractatus requiratur controuerſum eſt. ibid.n.9

39. Solemnitates vnionis præceſſiſſe, antiquitate probatur. p.2.q.7.n.9. p.94

40. Effectus vnionis acceſſoriæ præcipuè ad menſam, ſequentes ſunt. ibid.

Extinctio nominis, & tituli beneficij alteri vniti, itavt amplius nec nominetur, nec ſit beneficium. p.2.q.5.n.1.& 2. p 80. & ſeq. Sed prædium principalis.p.2.q 6.n.2.p.84.& n.20. p.90. p.4 q.1.ſect.1.n.5. p.165. & ſect 4. n.1. p.197. dec 9 n.2. p.140.dec.10.n.3.p 143.dec.11. n.5.& 7. p.145 & ſeq.

41. Extinctio omnium prærogatiuarum, priuilegiorum, qualitatum, & naturæ beneficij, aut Eccleſiæ vnitæ: & ſortitio prærogatiuarum, &c. eius cui fuit vnita, in quam transformatur. p 2.q.6.n.3 & 4.p.84. & ſeq.& n.11.p.87. & p.4. q.1. ſect.4.n.1 p.197. dec.10. num.4. p.143. dec.11.n.5. p.145

42. Vt omnia emolumenta, omneſque actiones, & iura Eccleſiæ vnitæ ad principalem pertineant, & tranſeant. p.2. q.6.n.5.p.85 p.4.q.1. ſect.4.n.1. p.197. & dec.10. n.4. p.143. & dec.11.n.5. p.145

43. Vt nemo intituletur in Eccleſia vnita, ſed in principali. p.2. q 6. num.6.p.85.p.4.q.1. ſect.4.n.1. p.197

44. Vt vnita non cenſeatur habere curam, ſed Prælatus Eccleſiæ principalis. p.2. q.2. n.11. & 12.14.& 15.p.63.& ſeq. & n.28.p.70.& q.6. n.7. p.86.& p.4.q.1.ſect.4.n.1. p.197. dec.9. n.2.p.140 & dec.32.n.3.& ſeqq. p.200. & ſeq.

45. Vt Eccleſia ſæcularis vnita Regulari, Regularis efficiatur. part.2. quæſt.6. n.8.pag.86. dec.19.num.5.pag.164.dec.20. n.13. p.171

46. Vt Eccleſia Parochialis ſimplici vnita, ſimplex efficiatur. p.2. quæſt.6. n.9. pag.86. & dec.10.n.4. p.143

47. Vt Eccleſia, & beneficium vnitum nunquam vacet. p.2.q.2.n.12.15.& 17.21.& 22. p.64 & ſequentibus & q.6 n.3. p.84. & n.10.13.p.87.& ſeq. & dec.10.n.3. p.143

48. Vt per vnionem incompatibilitas auferatur.part.2.q.6. num.11 12. p 87. & ſeq p.4.q.1. ſect.3.concluſ.1.n.20. pag.181. & dec.32.n.1.& 2. p.200

49. Vt Collatio,& deuolutio non habeant locum in vnitis ad menſam, & in earum Vicariis. p.2.q.2.n.21. p.67.quæſt.6. num.13.

num.13. pag.88. & dec.12.n.2. pag.147

50. Vt in caſu impetrationis non debeat fieri mentio vniti, ſed ſolum principalis. p.2. q. 6. n.14. p.89

51. Vt ad beneficium ſimplex, cui curatum eſt vnitum, non ſit neceſſaria ætas pro Parochiali requiſita, neque ad ſacerdotium debet intra annum, illud obtinens, promoueri. ibid. num. 15. & deciſ. 10. num.4. p.143

52. Vt non ſit neceſſarius concurſus ad acquirendum curatum vnitum. p.2.q.6. num.16. pag.89

53. Vt beneficium, aut Eccleſia vnita non poſſit permutari, reſignari, impetrati, aut conferri. ibid.n.18. p.90

54. Vt poſſit Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo ad beneficium ſimplex, cui eſt parochia'e vnitum. ibid n.19.

55. Vt regula de triennali poſſeſſione locum non habeat in vnito.ibid n.20.

56. Vt accepta poſſeſſione, vel collatione principalis, collatio, & poſſeſſio vniti accepta cenſeatur.ibid.num.21.pag.91. dec.10. num.2.& 3.pag.143.& dec.11.n.6. p.146

57. Vt vnita ſi ante vnionem erat libera, & principalis ſubiecta, ſubiecta & ipſa reddatur; & econtra. p.2.q.6. n.22. p.91

58. Vt Eccleſia vnita poſſit per Vicarium deſeruiri. ibidem n.23.& dec.10. n.4. p.145

59. Vnio probatur per tituli exhibitionem, p.2.q.7. num.1. pag. 92. Per poſſeſſionem immemorabilem, poſſidendi Eccleſiam tanquam vnitam. ibid. n 2. & 3. & p.4. q. 5. ſect.1. n.2. p.252. Per poſſeſſionem centenariam, vel quadragenariam cum titulo, vel illius fama. p.2. q.7.n.4. & 5. pag.93. & p.4.q.5. ſect.1.n 1. p.251. Per confeſſionem partis contrariæ. p. 2. q. 7. n.8.p.94.Per publicam vocem, & famam. deciſ. 17. n.5. p.157. Per ſigna recenſita part. 4.q.2. ſect.1.num.2. & 3.p.210. & ſeq. dec.7.n.1. p.130. & n 7. p. 132. deciſ.8.num. 2.pag.136. dec.17. n.4. p.150. Per duas enuntiatiuas antiquas à diuerſis emanatas probatur etiam contra tertium.p.4. q.9.n.6.pag 287. D.P. num.7. p.5

Vox.

Vide verbo, *Suffragium.*

Votum.

Vide verbo, *Abbas*,n.7.

Vrbanus VIII.

Suſpendit pro Hiſpania Conſtitutionem Gregorij XV. p. 1. q.2.diuiſ.1.n.7. p.8

Vrbiola.

1. Parochialis Eccleſia de Vrbiola Regularis eſt. p. 4. q. 2. ſect.2. concl.2.n.13. p.232

2. Acceſſorie eſt vnita ad

 menſam

menſam Cœnobij Hyrachenſis. ibid. ſect. 1. n. 1. 2. & 3. p. 219, & ſeq. & n. 11. p. 223. & ſect. 2. concluſ. 1. n. 3. p. 228. & q. 9. n. 6. pag. 287
3. Non habet curam animarum p. 2. q. 2. n. 11. 12. 14. 15. p. 63, & ſeqq & n. 28. p. 70. & p. 4. q. 2. ſect. 2. concl. 1. n. 9. p. 228
4. Non ſubeſt deuolutioni. p. 4. q. 2. ſect. 2. concl. 1. num. 10. pag. 229. iuncta p. 2. q. 2. n. 21, p. 67. q. 6. n. 13. p. 88. & dec. 12. num. 2. p. 147
5. Abbas & Conuentus fructus decimales illius percipiunt p. 4. q. 2. ſect. 1. n. 5. & 9. pag. 222. & ſeq.
6. Sunt veri illius Parochi. ibid. ſect. 2. concl. 2. n. 1. & ſeqq. pag. 230
7. Illam viſitant in ſpiritualibus, & temporalibus. ibidem ſect. 1. n. 15. cum 3. ſeqq. p. 225. & ſect. 2. concl. 2. n. 15. p. 232
8. Oeconomos nominauerunt. ſect. 1. n. 15. p. 225
9. Procurationem pro viſitatione receperunt. ibid. n. 5. 9. p. 222. & ſeq. & n. 18. p. 225
10. Sacramenta poſſunt miniſtrare, & Matrimonia authorizare, & benediceere, & omnia Parochialia exercere. ibid. ſect. 2. concl. 3. n. 1. p. 232
11. Vicarium deputant, & ſalarium illi ex communi horreo ſoluunt. ſect. 1. num. 8. pag. 223. & ſect. 2. concl. 1. n. 6. p. 228
12. Vicini Vicarium præſentant, non vi coactiua ſed exhonorantia ibid.
Vide verbo *Eccleſia*, n. 23.
13. Sine concurſu deputatur. ibid. n. 4. p. 228
14. Eſt ad nutum amouibilis, & annualis. ſect. 1. n. 9. pag 223. ſect. 2. concl. 1. n. 1. p. 227. & n. 12. 14. p. 229. & ſeq.
15. Non eſt Parochus nec habet curam, ſed exercitium nomine Abbatis, Præſidentis, & Conuentus, & eorum ad libitum. ſect. 2. concl. 1. n. 1. pag. 227. & n. 11. p. 229
Vide verb. *Vicarius*, n. 26.
16. Non vacat cura per remotionem, aut mortem Vicarij p. 4. q. 2. concl. 1. n. 8. p. 222
17. Portionariis huius, & Eccleſiæ de Luquin donauit Abbas cum Conuentu dimidiam partem prædiorum, & decimarum, & duas partes oblationum. ibid. ſect. 1. n. 5. p. 222
18. Tanquam ſuam locat Conuentus hanc Eccleſiam. ibid. n. 9. p. 223

Z

Zubielqui.

1. POpulus de Zubielqui cum omnibus pertinentiis ſuis pertinuit ad Cœnobium Hyrachenſe. p. 4. q. 6. ſect. 1. n. 1. pag. 260
2. Illius Eccleſia Parochialis ad

ad menſam dicti Cœnobij eſt pleno iure vnita. ibi.n.3.ſect.2. concl.2. n.2. & 3. p.266. & q 9. num.6. p.287

3. Dictam vnionem confirmauit Alexander III.ibid ſect.1. n.4. p. 261. in fine operis adeſt eius Bulla.

4. Integre percipit Cœnobium decimas.ibid.n.6.

5. Abbas, & Præſidens Vicarium deputant ad præſentationem, non coactiuam, ſed liberam Parochianorum. ibid. n. 6. & ſect.1.concl.1.n 6. p.264

Vide verb.*Eccleſia*, n.23.

6. Salarium in pecuniis illi ſoluunt. ſect.1.n.5. p.261

7. Portionem conferunt perſonis ſibi bene viſis, in omnibus anni menſibus.ibid.num.7. pag.262

8. Viſitant Eccleſiam. ibid. n.10. p.263

9. Vicarius eſt amouibilis ad nutum Abbatis, & Præſidentis. ibid.ſect.2. concluſ.1.n.11. & 13. p.265.& ſeq. concl.2.n.7.p.267

10. Non inſtituitur per concurſum.ibid.ſect.2. concl.1.n.4. p.264

11. Non habet Parochiale beneficium. ibid. num.2.& 12. p.264. & ſeqq.

12. Non habet Parochiam, ſeu curam animarum, ſed ſolum eius exercitium nomine Conuentus. ibid. n. 1. & ſeqq. pag.263

Vide verbo, *Vicarius*.n. 26. 29.& 30.

13. Non vacat cura per remotionem, aut mortem Vicarij.ſect.2.concl.1. n.7. p.265

14. Eccleſia iſta eſt Regularis. ibid.concl.2.n.12. p.268

15. Beneficium Parochiale eius Cœnobium poſſidet. ibid. n.8 & 9.

16. Cura animarum illius penes Abbatem, Præſidentem, & Conuentum reſidet. concluſ.2. num. 1. & ſeqq. & non ſolum habitu, ſed & actu.ibid.n.13.

Vide verbo *Vnio*, n.44.

17. Poſſunt Sacramenta miniſtrare Parochianis dictæ Eccleſiæ, & eorum Matrimonia authorizare, & benedicere, & omnia alia parochialia munera, munere ex proprio exercere. ibid.concl.3.n.1. p.268

FINIS.

Z
2 3 76

Angelo * Pandimiglio
restauratore

Digitized by Google